= R. 1. $\frac{45}{4}$

= R 10, 4° $\frac{35}{4(1)}$

2,995 c. $\frac{2}{4(1)}$

1037 - 2 60 = C Aa d. 29 / 4(1)

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

POETARVM LATINORVM MEDII AEVI

TOMI IV PARS PRIOR

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCIC

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

POETARVM LATINORVM MEDII AEVI

TOMI IV FASCICVLVS I

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXCIX

POETAE LATINI

AEVI CAROLINI

TOMI IV

FASCICVLVS I

RECENSVIT

PAVLVS DE WINTERFELD

ADIECTAE SVNT TABVLAE II

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXCIX

Aulae Vimariensis officina typographica.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Paulus de Winterfeld iuvenis praeclarissimus, quem invida fortuna nimis mature studiis nostris eripuit, cum a. 1899 hunc fasciculum in publicum ederet, brevem praemisit praefationem, quam paucis exceptis hic repetendam esse duxi:

'Poematum aevi Carolini quae restabant ita digessi, ut a duobus carminibus historicis Corbeiensi Parisinoque profectus in Gallia Belgicoque vagarer; unde ad Bretones exspatiatus inverso itinere s. Galli nidum salutarem, deinceps per Aquitaniam ad Italos Veronam Romam Casinum devenirem . . .

Optime omnium de Poetis meis meruerunt tomorum I—III editores duumviri: E. Duemmler ut olim carmina Sangallensia et Aquitanica, Gesta Berengarii Eugeniumque Vulgarium edidit et de omnium fere poetarum hoc fasciculo comprehensorum memoria exposuit, etiam huius editionis plagulas omnes mecum correxit et siquid e re esse videbatur, adnotavit; L. Traube Liu libello edendo mihi summa cum liberalitate cessit neque consilio et opera me adiuvare umquam desiit. Praeter eos cum alia re tum codicibus conferendis de iis qui nunc prodeunt poetis bene meruerunt Viri Clarissimi domnus A. Amelli, R. Arnold, H. Bloch, O. Cartellieri, L. Delisle, L. Demaison, A. Dopsch, I. Egli, E. Fétis, domnus I. van den Gheyn, K. Hampe, O. Holder-Egger, G. Hueffer, H. Jadart, I. Koch, V. Krause b. m., H. Lebègue, Fr. Leitschuh b. m., Wilh. Meyer, P. C. Molhuysen, Alph. Mueller, H. Pirenne, E. Sackur, E. Schaus, K. Schellhass, Ioh. Schmidt b. m., A. Schoene, I. Schwalm, A. Vidier, S. G. de Vries, A. Warburg, H. Wartmann, A. Werminghoff . . . .'

Ego indices confeci et cum indicibus fasciculorum II et III coniunxi.

Berolini Ian. 1923.

Karolus Strecker.

HOC FASCICVLO CONTINENTVR

Signa in hoc fasciculo adhibita sunt haec:

// *totidem litterae erasae*
... *totidem litterae non legibiles*
[ ] *interpolata*
⟨ ⟩ *e coniectura addita*
| *versus extremus*
m_1: *manus librarii*
m_2: *manus correctoris*
ss.: *suprascripsit*

Poematum aevi Carolini quae restabant ita digessi, ut a duobus carminibus historicis Corbeiensi Parisinoque profectus in Gallia Belgicoque vagarer; unde ad Bretones exspatiatus inverso itinere s. Galli nidum salutarem, deinceps per Aquitaniam ad Italos Veronam Romam Casinum devenirem. Restant rhythmi, sequentiae, carmina minora, supplementa; nisi quod nonnulla cum amplioribus carminibus coniunxi.

Optime omnium de Poetis meis meruerunt tomorum I—III editores duumviri: E. Duemmler ut olim carmina Sangallensia et Aquitanica, Gesta Berengarii Eugeniumque Vulgarium edidit et de omnium fere poetarum hoc fasciculo comprehensorum memoria exposuit, etiam huius editionis plagulas omnes mecum correxit et siquid e re esse videbatur, adnotavit; L. Traube Liu libello edendo mihi summa cum liberalitate cessit neque consilio et opera me adiuvare umquam desiit. Praeter eos cum alia re tum codicibus conferendis de iis qui nunc prodeunt poetis bene meruerunt Viri Clarissimi domnus A. Amelli, R. Arnold, H. Bloch, O. Cartellieri, L. Delisle, L. Demaison, A. Dopsch, I. Egli, E. Fétis, domnus I. van den Gheyn, K. Hampe, O. Holder-Egger, G. Hueffer, H. Jadart, I. Koch, V. Krause b. m., H. Lebègue, Fr. Leitschuh b. m., Wilh. Meyer, P. C. Molhuysen, Alph. Mueller, H. Pirenne, E. Sackur, E. Schaus, K. Schellhass, Ioh. Schmidt b. m., A. Schoene, I. Schwalm, A. Vidier, S. G. de Vries, A. Warburg, H. Wartmann, A. Werminghoff. Atque etiam pluribus gratiae agendae erunt in totius tomi praefatione; id iam hoc loco profiteri liceat, plurimum me debere W. Meyero Spirensi in sequentiis et Walthario, nec sequentiis edendis iustum fundamentum iaci potuisse nisi insigni bibliothecae Sangallensis beneficio quinque pretiosissimis codicibus partim nunc primum a s. Gallo egressis per quattuor menses continuos una Berolini uti licuisset.

Paulus de Winterfeld.

PRAETERITA.

Pag. 1		*De poeta Saxone nuper optime meruit G. Hueffer (Korveier Studien, München 1898), Corbeiensium opusculorum indolem et doctrinam latissime persecutus. Evicit enim vitam et epicedion Hathumodae, vitam et translationem s. Liborii, gesta Karoli tam arte inter se cohaerere, ut de communi illorum opusculorum origine eaque Corbeiensi dubitari nequeat: tanta est similitudo et lectionis et elocutionis, etiamsi nonnulla quae minus recte inter se comparata esse videntur, omiseris. Praeterea novorum exemplorum copias uberrimas vir doctissimus privatim mecum communicavit: quas ipsum mox publici iuris facturum spero. Quam de re metrica moveram offensionem, eam ita fortasse explicari posse concedo, ut meliores versus Agius facere didicerit; quae Wilhelmi Meyeri Hueffero adstipulantis est sententia. Quamquam scrupulus quidam haeret, cum nesciam an gesta Karoli alterius poetae item Corbeiensis esse possint qui cum eiusdem bibliothecae copiis et confratrum opusculis usus sit, meliores tamen Agio versus fecerit. Qua in quaestione solvenda accuratius considerandum erit, num recte libros I—IV, sub Karolo III scriptos esse conieceerim (p. 1 adn. 2): tum enim minuitur tempus poetae excercendo datum. — Singula exempla quae recte comparavit Hueffer, totius tomi addendis inseram: nunc ad librum eius lectores delegare visum est.*
p. 2		*de Aethiopibus dealbatis cf. etiam Voigt, Egbert von Lüttich p. 16.*
p. 4		*cf. Wattenbach, Anz. des germ. Mus. XXIII p. 235.*
p. 20	*v.* 79	consumptus
p. 29	*v.* 433	Sclavorum; *v. 427 corrigo* Baioaricam
p. 39	*v.* 341	Ibinmage *B recte cum ann. Einh.*
p. 41	*v.* 446	*fort.* similes sed mente feroci; *v. 429 cf. Osee 13, 14.*
p. 75		*Abbonis bella Parisiaca legerunt Radbodus (p. 165 sqq.) et chronographus s. Benigni Divionensis saec. XI medio; libri III codicem deperditum commemorat Schum, Verz. der Amplon. Hss. p. 790, 4.*
p. 82	*v.* 103	Occidunt
p. 87	*v.* 270	*cf. I 311*
p. 99	*v.* 34	aulas, Germani
p. 105	*v.* 269	*cf. Sedul. III 59 sqq.*
p. 109	*v.* 409	*glossa interpretanda erat* Normanni obeunt
p. 117	*v.* 35	*(app.)* monotalmus *etiam P*
p. 125	*v.* 26, 1	Hariulfus *corrigo (cf. appar. ad v. 108, 2)*
p. 130	*v.* 14, 1	*(app.) cf. P. A. C. II p. 152 (14, 2), Zs. f. d. A. XXIII p. 264 inscr.*
p. 132	*v.* 43, 2	*fort.* beluam an scripserim
p. 137	*v.* 7	Kalendas Atria
p. 138	*v.* 9, 2	'dulcida *recte; cf. P. A. C. III p. 177 (v. 9). 178 (v. 12)'. Traube.*
p. 143	*v.* 8	Martis, eo quod inest *distinguo* (eo: *'durch ihn'*)
p. 148	*v.* 208	Vox penetrans omnes secreti faminis aures *corrigo.*
p. 152	*v.* 348	amici, Se

<table>
<tr><td>p. 157</td><td>v. 4, 1</td><td>omnis, Natum</td></tr>
<tr><td>p. 164</td><td>v. 71</td><td>nos'. et in app. v. 53: sueui Holder-Eggeri codd.</td></tr>
<tr><td>p. 169</td><td>v. 5</td><td>cf. Migne 219, 147.</td></tr>
<tr><td>p. 174</td><td>v. 1, 2</td><td>amantissime recte</td></tr>
<tr><td>p. 176</td><td></td><td>(app.) 'Gothicarum litterarum' elocutionem saec. XVII ambiguam esse monet Traube.</td></tr>
<tr><td>p. 182</td><td>v. 25</td><td>Natum Syrophanis corrigo coll. Fulgentio, myth. I 1 p. 15, 22 ed. Helm.</td></tr>
<tr><td></td><td>v. 29</td><td>'Cencris recte, i. e. Pharaonis (cf. De-Vit, onom. s. v. Chenchres; catalog. codd. hagiogr. Bruxell. II p. 12'). Traube.</td></tr>
<tr><td>p. 187</td><td>v. 232</td><td>(app.) omit P[1].</td></tr>
<tr><td>p. 193</td><td>v. 432</td><td>speculatorīs non minus vitiosum quam speculatŏrias propter leoninitatem sperno.</td></tr>
<tr><td>p. 200</td><td>v. 25</td><td>(app.) dele Hrotsvithae exemplum.</td></tr>
<tr><td>p. 206</td><td>v. 245</td><td>namque</td></tr>
<tr><td>p. 208</td><td>v. 327</td><td>Hippocras recte.</td></tr>
<tr><td>p. 211</td><td>v. 17</td><td>cf. Fulg. myth. I 11 (p. 23, 15 ed. Helm; de die) = mythogr. Vatic. III 8 (p. 202, 33 ed. Bode; de anno); errat etiam G. Thiele, antike Himmelsbilder p. 135</td></tr>
<tr><td>p. 217</td><td>v. 163</td><td>cf. Sidon. Apollin. carm. 16, 44 gressum quoque reddere claudis, auditum surdis</td></tr>
<tr><td>p. 239</td><td>v. 30, 2</td><td>fort. omnĭbus molestiis</td></tr>
<tr><td>p. 241</td><td>v. 11, 3</td><td>pertinent'.</td></tr>
<tr><td>p. 242</td><td></td><td>de codice Bern. n. 358 cf. Halm, Kirchenväterhss. in der Schweiz p. 26.</td></tr>
<tr><td>p. 245</td><td>v. 39</td><td>legumine</td></tr>
<tr><td>p. 253</td><td>v. 165</td><td>fol. 46ᵛ; p. 254, 13 fol. 47ᵛ; p. 255 v. 91 fol. 49ᵛ.</td></tr>
<tr><td>p. 261[1]</td><td>v. 7</td><td>om. cod. Cantabr.; alterum eclogae codicem Cantabrig. (Trin. O 4, 11) nuper notavit H. Schenkl, bibl. patr. lat. Brit. n. 2424.</td></tr>
<tr><td>p. 264</td><td></td><td>prooem. v. 25 peniteant recte etiam w.</td></tr>
<tr><td>p. 281</td><td>v. 94</td><td>olivi, Per</td></tr>
<tr><td>p. 317</td><td></td><td>cod. G(uelferb. Helmst. n. 1008) nuper ad carm. 1—4. 6—11. 15 contulit Werminghoff; unde haec excerpo graviora: 1, 3, 1 Vultus SBG (fort. recte; declini = declines?) || 2, 17 ut SG || 4, 24 miserendo SG || 4, 45 perpetuo resonent SG || 4, 79 ut SB (Morinii coniectura usus YCOC WΔICCETE corrigo, i. e. '. . . Ιησοῦς' ᾠδίζετε πάντες: cf. Amalarii ep. 8 EE. V p. 259 sq.) || 6, 14 miserate SBG; v. 15. 16 habet G || 11, 11 At S: Et G || 15, 5 sancta mundi domina G ||</td></tr>
<tr><td>p. 341</td><td>v. 52</td><td>soli.</td></tr>
</table>

POETAE SAXONIS
ANNALIUM DE GESTIS CAROLI MAGNI IMPERATORIS
LIBRI QUINQUE.

Caroli Magni imperatoris gesta[1] *primis Arnulfi regis annis*[2] *cecinit poeta quidam Saxo genere*[3], *cuius nomen ignoramus, secutus annorum ordinem ita, ut incipiens a Carolomanni morte libris primo secundo tertio denos annos enarraret secundum annales Einhardi, quarto libro tredecim qui restabant annos complecteretur, inde ab a. 801 non iam Einhardi annalibus uteretur, sed aliis Hersfeldensium similibus*[4], *unde cum alia recepit, tum ea, quae de pace Saltzensi tradidit. Quinto libro elegis composito vitam Caroli ab eodem Einhardo scriptam exposuit.*

Iam quod nomen eius ignorari dixi, id indagasse sibi videbatur Pertzius. Coniecit enim panegyricum Caroli compositum esse ab Agio illo qui vitam Hathumodae et dialogum scripsit. Cum enim codex Guelferbytanus infra describendus in prima pagina haec verba exhibeat liber sancti Adriani in Lamespringe *et iterum in extrema* liber sancti Adriani martiris, *Agius autem Lamespringae monachus fuisse videatur, dialogum et panegyricum eadem laude dignos ab eodem poeta scriptos esse putabat. Quam opinionem Wattenbachius*[5], *Simson*[6], *Jaffé, Duemmler*[7] *improbaverunt: defendit nuper novo argumento Ludovicus Traube*[8]. *Animadvertit enim in utroque carmine eadem fere ratione mentionem fieri Aethiopum a Matthaeo apostolo, qui eos fide imbuit, dealbatorum; sed tamen plenius et apertius in panegyrico post dialogum scripto. Inde igitur vir doctissimus panegyricum quoque ab Agio scriptum esse conclusit. Neque vero ei assentior, sed argumento allato*

---

1) *Ita ob subscriptiones libri secundi et quarti plenas et mancam tertii cum argumento optime concinentes (cf. V 202) inscripsi, neglecto titulo in fronte scripto* vita Karoli, *praesertim cum quinto libro inscriptum sit* incipit quintus qui est de vita et obitu eiusdem. *Hinc etiam addidi primi libri subscriptionem omissam, et supplevi mancam tertii. Ceterum in codice praeter V 653 nomen semper a littera* C *incipit.* 2) *Cf. V 135 sqq. et 415 sqq.; neque vero Arnulfus iam magna fecit, sed magna ab eo expectantur: 421* moles immensa, diu quae corruit ante, non restaurari se subito patitur. *Normannorum victor longe aliter celebrandus erat. Fortasse igitur quattuor libri iam Carolo III imperatore compositi sunt, quinto vero poeta novi regis laudem inseruit.* 3) *Cf. V 25* gentem nostram *i. e. Saxones; 49* nostri parentes; *615* per patriam nostram; *690* nostro de populo. 4) *Cf. B. Simson 'der poeta Saxo und der Friede zu Salz', F z d G I 303 sqq.; unde sua fere omnia furatus est Hubertus Brieden 'historischer Werth des poeta Saxo für die Geschichte Karls des Grossen' progr. Arnsberg. a. 1878.* 5) *D G-Q i M-A I*[6] *256.* 6) *l. l.* 7) *N A IV 543.* 8) *P A C III 370 sq.*

nihil demonstrari posse censeo. Neque enim licet ita ratiocinari, cum imago utrique communis a neutro excogitata sit, sed communi usu trita inde a patrum aetate, ex quibus nonnulla congessit exempla A. Otto, 'die Sprichwoerter u. sprichwoertlichen Redensarten der Roemer' p. 7 s. v. Aethiops. *Pauca addo ex medii aevi scriptoribus a me collecta; velut quod Baeda venerabilis scribit in commentario super actus apostolorum 8, 27 (Migne PL 92, 962 b):*

> Ibi enim quod Ieremias admirando proloquitur, mutavit Aethiops pellem suam, i. e. sorde peccatorum abluta de lavacro Iesu dealbatus adscendit.

Bis deinde ea imagine usus est Flodoardus Remensis, cum scribit de Matthaeo (Palaest. I 13, 10 p. 498 c Migne vol. 135):

> Aethiopum gentem peccato et corpore nigram
> Candorem nitidum docuisti sumere Christi,

ac de eodem illo Candaces eunucho (Palaest. II 10, 17 p. 522 a):

> Mutavitque atram tinctus baptismate pellem
> Hic niger eunuchus, gentilia corda figurans;

necnon Letselinus in vita s. Arnulfi v. 50 (novem vitae sanctorum metricae ed. Harster p. 88):

> Fonte sacro tinctum pellem mutare videres
> Aethiopem.

Et mirum esset, ni hanc figuram procreasset locus Ieremiae prophetae 13, 23. Cum igitur ab Aethiopibus dealbatis nihil subsidii peti possit opinioni Pertzianae, eius autem ipsius argumentatione nihil ostendi Traubius recte monuerit, ad elocutionem et artem metricam omne iudicium refertur. Neque enim multum tribuo ei rei, quod Agius summo cum studio Hathumodae mortem planxit, poeta Saxo vero Caroli Magni gesta enarravit ita, ut Einhardi opera pedestria versibus exprimeret: nempe aliud est sororis carissimae et coniunctissimae fata deflere, aliud imperatoris ante plus septuaginta annos defuncti gesta explicare, etsi non caret panegyricus suis luminibus. Iam vero inter poetae Saxonis et Agii artem tantum est discrimen, ut equidem certe persuadere mihi nullo modo possim Agium in versibus pangendis minime exercitatum tam bonos versus producere didicisse. Velut Agius luxuriatur usque ad taedium synaloephis: poeta Saxo in carmine 2693 versuum paucissima exempla habet (I 57. 164. II 14. 98. 281. 406. 435. III 48. 153. IV 180. 380. V 245. 334. 495). Nam neque Pertzius II 111 configere aperta *scribere debuit; neque Iaffeus I 98* per terrenum iter, *III 443* qui implerunt, *V 243* dulci facundia abundans[1]. *Standum igitur in vulgata censeo sententia, poetae nomen ignorari; idque argumentis per litteras expositis persuasi L. Traubio*[2].

Carmen servatum est codice olim Lamspringensi, deinceps Helmstadiensi, nunc Guelferbytano (inter Helmst. 553), descripto ab Ottone de Heinemann in Helmstadiensium librorum catalogo II p. 39 (n. 601), nisi quod ille apertius dicere debebat[3] *poetam Saxonem praecedere extremos tredecim versus de quarto* Iuvenci *libro suo loco repetitos in scheda*

---

1) *Pauca adiungere liceat de re metrica huius poetae. Qui quantopere synaloepham oderit, inde apparet, quod eius vitandae causa vel hiatum admisit, non solum in commissura pentametri et ante* h *litteram cuius naturam consonam ostendunt velut III 13. 82 IV 374, sed etiam in voce cretica III 423 (cf. Gesta Berengarii III 80); sed IV 265 male editur* iam ostendebat, *cum in codice primo scriptum fuerit* iam postendebat *i. e.* iam portendebat; *notum enim est ligaturam* rt *a recentioribus librariis saepe* st *solutam esse; necnon V 569* cum *in* cur *mutandum est. Huc id quoque refero, quod I 373 pronomine usus est non determinativo, sed reflexivo, cum vitasse videatur synaloepham* pariterque eius; *itemque IV 110* legatisque suis *et V 369* ferre suum. 2) *Cf. addenda vol. III p. 754.* 3) *Recte de hac re dixit O. Korn, 'die Hss. der hist. evang. des Iuvencus in Danzig, Rom u. Wolfenbüttel' p. 4.*

singulari, cum proxime superior versus quaternionis sui extremus sit; eadem manu atque poetae Saxonis annales scriptus est Iuvencus, alia Adalberti vita, quae nunc secundo loco legitur. Debebant igitur opera hoc volumine comprehensa ita poni, ut Iuvencus primum locum obtineret, secundum poeta Saxo, tertium vita Adalberti. Hunc autem codicem, ex quo miro errore Leibnitius duos fecit alterum Helmstadiensem, alterum Guelferbytanum (S R B I p. 132), undecimo saeculo vindicant G. H. Pertz, Ph. Jaffé, O. de Heinemann. Sed tamen de ea re dubitare licebit, cum nonnullis indiciis initio duodecimi potius saeculi codex assignari videatur. Nempe q littera plerumque hastam ab inferiori parte dextrorsum habet infractam; necnon litterarum s et r inferior pars dextrorsum interdum deflectitur, etsi hoc ipse librarius corrigere solet; passim etiam in primo vel medio verbo s uncialis legitur, quamquam non frequenter; huc etiam id pertinet, quod librarium decepit ligatura rt (cf. p. 2 adn. 1) undecimo saeculo frequens. Sed utcunque de ea re iudicatur, multo gravius est ferendum, quod correctiones in libro hoc satis crebras editores non dixerunt diversis manibus factas esse. Mirum est eos fugere potuisse accuratissime esse discernendum inter ea quae ipse librarius correxit (G^1) et ea quae corrector fere aequalis mutavit simili neque vero eodem atramento usus (G^2); in solo libro quinto saepius dubitavi, utri manui correctionem vindicarem. Ut autem inter correctiones ipsius librarii nulla est quae non videatur ex codice archetypo ducta esse, ita corrector aequalis plerumque turpissime interpolavit verba poetae; cf. I 460 sq.; II 191. 503; III 110. 164. 177. 286; IV 265; V 123. 196. Huic igitur correctori fides numquam est habenda, nisi ea quae effecit ita sunt comparata, ut coniectura probabilis laudari possit. Neque vero id diffiteri licet, satis multa a correctore renovata esse, quae Pertzius tamquam in loco raso scripta notavit. Id autem cum perspexissem, satis habui, initio carminis unum atque alterum renovatarum litterarum syllabarumve exemplum attulisse; postea, sicubi eadem prima manu scripta fuisse cognoveram, id ubique commemorare non erat necessarium. Semel et iterum deinde tertia quoque manus aequalis quam ex atramento facile cognoscas (G^3) in codice corrigendo versata est; eadem sc. quae glossas[1] ascripsit partim latinas partim saxonicas incertis plerumque atque senectutem prodentibus ductibus. Quarta etiam ab his tribus diversa manus in codice versata est recentissima, quae rex inseruit II 18 et numina in munimina correxit III 75; aetas autem eius inde cognoscitur, quod hac manu transpositio indicata est I 65 similis factura: quam si indicatam invenisset Reineccius, nullus dubito quin recte eam secuturus fuerit; atqui recepit factura simulque columna; unde sequitur Reineccio, qui a. 1594 primus carmen edidit, eam esse recentiorem. Omnis igitur recensio carminis nititur prima manu, reliquas ad emendanda demum verba adhibere licet.

Iam cum de hoc codice Guelferbytano satis videatur dictum esse, vertor ad eius archetypum. Cum enim carmen non integrum ad nos pervenerit, sed transpositis et interceptis versibus graviter afflictum, continget, ut ex interstitiis archetypi naturam

---

1) *Glossas ediderunt Pertz et Jaffé omnes; saxonicas solas Steinmeyer (althochdeutsche Glossen II 366); scripturae imaginem phototypicam antiquissimis linguae saxonicae reliquiis addidit Galée tab. VIII. Cum autem multo recentiores sint, hoc loco eas compono: I 319* Noviomagum: niumagan. *I 321* suspectos: dubios. *II 281* sequester: griedward. *II 323* circumsessum: bisetenne. *II 331* obses: gisl. *III 2* Laconas: geminos. *III 31* suggereret *(ita G^2;* surgeret *G^1)*: scunde. *III 51* seiunxerat: secernerat *(sic). III 65* seiungit: secernit. *III 94* tradant: diceƀ *(sic). III 110* Regino *(ita G^1;* regina *G^2)*: i. reinesburg. *III 130* cretus: natus. *III 154* intermisit: dimisit. *III 223* foedifragis: infidelibus. *III 258* operiens: i. expectans. *III 580* pyrate: ashmen. *IV 373* conicientes: putantes. *IV 378* suspectum: dubium. *V 101* constans: commonuit. *V 144* futurā *(sic)*: benediccionem. *V 286* commonuit: s. tol. mortem *(cf. adn.). V 302* proprium: servum. *V 393* seiungit: secessit *(sic). V 516* nobilitate: i. libertate. *Verum II 202* factio: consilium *prima manu additum videtur.*

indagemus[1]. *Sc. initio libri alterius hic est versuum ordo: 1—12. 101—130. 13—100. 131 sqq.; sed v. 99 sq. necnon v. 110 in marginibus scripti sunt, atque hic ita, ut falso loco inseratur; praeterea v. 82 falso loco extat. Interciderunt autem non pauca post v. 12 et post v. 100, ut res anni 782 integrae servatae sint, perierint vero superioris anni extrema et prima pars anni insequentis. Itaque in codice archetypo v. 101—130 una pagina continebantur; erat autem v. 110 in margine scriptus; ipsa pagina versus habebat undetriginta. Versus autem 13—100 tres paginas occupabant versuum item undetricenorum; nimirum v. 82, quem Pertzius primus ad suum locum revocavit, margini erat additus; quod autem v. 99 sq. in codicis margine scripti sunt, ei rei nihil videtur tribuendum esse. Plus fortasse alicui valere videatur id quod totus annus 782 servatus est. Et concluderemus hinc profecto, singulorum annorum initia in novis paginis scripta fuisse, nisi simplicior videretur ratio antea a me proposita.*

Alter codex adhuc fere neglegebatur, Bruxellensis 1638—1649[2], *quoniam Pertzius eum Guelferbytani apographon dixerat. Neque vero quicquam inde licet colligere, quod ea, quae Guelferbytanus non habet, etiam a recentiori exemplari absunt, quia archetypi id vitium est, non Guelferbytani. Quod cum perspexissem, enotavi versiculos aliquot ab interpolatore corruptos, quibus comparatis cum codice Bruxellensi appareret, num recte Pertzius iudicavisset: vix autem acceperam excerpta humanissime mecum communicata, cum alterum testem interpolatum quidem, sed tamen ad archetypon ipsum ascendentem agnovi. Codicem deinde huc tramissum exeunte anno 1895 contuli. Est liber cartaceus in fol. minori, binis columnis scriptus; folium 1 praecedit schedula minuta, in qua haec leguntur* Quarta pars diversarum legendarum in Korssendonck[3]; *fol. 1 leguntur versiculi complures eadem manu ac reliqua omnia scripti; quos edere iuvat:*

Hic liber est fratrum de Korssendonck prope Tu⟨rnhout⟩:
  Lectum vel scriptum sorde remitte sine.
Anthonii liber iste manu Bergensis aratus,
Pro mercede cui dominus det gaudia celi.
In quibus erravit, scriptor veniam sibi poscit;
Nam festina manus viciis obnoxia constat;

et vitia frequentissime admisit bonus Antonius; sed hac de re postea. Deinde legitur

Preconium opidi Be⟨rgen⟩:
Dat reliquas inter urbes Brabantia Bergis
  Haud minimum laudis, te supra[4] astra ferens.
Urbs, etsi modica, felici munere gaudet;
  Nam tellus mare servit utrumque sibi.
Illo[5] fert terra venum pelagusque vicissim,
  Quo gens utilius queque carere valet[6];
Turribus et muris, portis munita robustis
  Haut martem trepidat auxiliante deo;
Sunt domus, ecclesia, platee, claustra venusta;
  Viribus et vulgus ingenioque valet.

---

1) *In summa re iam Pertzius verum vidit, etsi is tricenos versus in singulis paginis codicis archetypi fuisse statuit.* 2) *Archiv VII 379. VIII 489.* 3) *i. e. Corsendonck bei Turnhout (Prov. Antwerpen); Antonius ortus erat ex urbe Bergen op Zoom.* 4) *sic B; volebat Antonius* super; *eodem errore apud Notkerum in versibus ad iuvenem (formulae ed. Zeumer p. 433, 10) editur* tot caeli cives te supra astra ferant, *ubi cod. Monac. 19 413 a me collatus* sup *recte habet; cf. etiam letaniam rhythmicam (ed. Duemmler, St. Gallische Denkmäler p. 222) v. 1.* 5) *i. e. illuc.* 6) *Ecce hominem severum!*

Deinde pro eis orat, qui caute libros tractant,

Rex immortalis, illos, rogo, conde sub alis,
Qui velut altare libros metuunt maculare

et pro semet ipso

Tu qui suxisti de virgine virgineum lac,
Celestis regni scriptorem participem fac.

Deinde rursus leguntur haec: Quarta pars legendarum diversarum in cenobio nostro de Korssendonck. *Fol. 2 legitur index legendarum, quibus Karoli gesta non essent inserta, nisi inter sanctos receptus fuisset;* vita et gesta sancti Karoli Magni regis Francorum et imperatoris Romanorum metrice *incipiunt p. 86 a 1 et expliciunt p. 102 a 2. Subscripsit* frater Anthonius de Bergis supra Zomam cantor anno domini 1494 altera die sancte Agathe virginis et martiris *se poetam Saxonem absolvisse. Pretium libri vel inde apparet, quod praeter unum versum V 563 (ubi error in promptu erat cum maxime) nusquam falsas lectiones ab interpolatore* G^2 *illatas agnoscit; quod ex apparatu nostro satis apparet. Coniecturae deinde confirmantur Reineccii innumerae, Chesnii et Kulpisii singulae (V 569 et III 458, ubi ego primus sequi constitueram Kulpisii distinctionem ab omnibus editoribus neglectam), Leibnitii duae (III 5 et V 681), Pertzii duae (IV 118 et V 393), Simsonis duae (II 179; V 321), Iaffei tres (II 416 et II 503 utraque satis audax, et II 88), meae octo (I 394; II 114; II 191; III 418; III 572; IV 363; V 123; V 538). Necnon indictiones in codice Bruxellensi semper fere rectae leguntur, non (ut in Guelferbytano) uno numero minores; errores in altero potissimum libro ex transpositionibus et iacturis ortos non adnotavi. Nec exhibere volui plenam codicis lectionem, ne corraderem farraginem inutilem; nam, etiamsi utilissimus codex est ob virtutes modo laudatas, dici vix potest quot vitia, quot interpolationes exhibeat; quae si omnia recenserem, apparatus vilissima mole addita ad triplicem fere ambitum crevisset; sed cum optimum codicem habeamus Guelferbytanum, sufficit, dum illum cum pulvisculo exhauriamus, ex Bruxellensi libro ea prudenter deligere, quorum aliqua utilitas esse potest. Ne vero ii, qui mea editione usuri sunt, nesciant, qualia ego omiserim, ea proponam, quae ad centum primos versus totius carminis ascribere taedebat: 4* paene] fere. *7* Karlomannus. *11* suscepit. *12* retractā. *18* rex atq; *25* decrevi. *26* rc̄o *(i. e. recto). 28* que nā vicine. *30* utrūque. *40* saltim. *44* indivisa *in* indiversa *corr. 45* populoss. *48* vocitavit. *50* regionis. *51* oesterlindi. *52* oestfalos. *53* infestat. *57* occeano sed. *60* igne *(itemque II 453 et III 81). 63* noīant eresburgh. *65* irninisul. *68* cum continuato. *74* iusta phani *in* iusta prophani *corr. 75* mediante deo. *76* proximis. *77* proruperet. *84* aiā *in* nā *corr. 85* romanos / violencia. *86* regni. *90* navim. *97* petii. *Frequentissimae praeterea in hoc codice sunt transpositiones, non tam rectae (ut I 65* silis factura columpne*) vel probabiles (I 187* cultu rituque *ut IV 98) quam temerariae; quas hic componam, cum fieri possit, ut una aut altera mentione digna alicui videatur: I 101* qui summus. *355* non cum. *359* hoc ob. *386* rerum quod. *437* spe se. *II 80* populus bello. *119* esse solet. *266* iam non. *317* nomine qui. *337* populus quondam. *III 37* post hec sunt. *39* sibi caros. *46* populis ingens. *159* tantus fieret. *256* federe sibi. *335* ne duras. *530* fragilem vitam. *622* sic vel. *IV 322* similem patri. *V 356* habitu populi. *555* obitus cursusque. *571* mestum nobis.

Edidit carmen primus Reineccius Helmaestadii a. 1594, cuius editionem repetiverunt Duchesne in hist. Franc. script. II 136 sqq. et Kulpis in appendice ad Aeneae Silvii historiam Friderici III. Reineccïano contextui Leibnitius codicis lectiones satis diligenter enotatas subiecit in Script. rer. Brunsv. I 120 sqq. perspecta primum correctoris fallacia; quem secutus est Bouquetus (recueil V 136 sqq.). Diligenter deinceps codicem contulerunt Pertzius, qui SS I 227 sqq. poetam denuo edidit, et Jaffé, qui eum inseruit monumentis Carolinis p. 542 sqq. Denique codicem, quem quasi unicum vel Bruxellensis patrem nunc

alio non licet tramittere, ego in bibliotheca Guelferbytana ipse contuli aestate anni h. s. 95, non sine bono fructu, cum primae manus lectionibus adhuc ignotis non uno loco vel meae coniecturae confirmatae sint vel ipse eis uti potuerim ad verum inveniendum; accedit quod nec Pertzius nec Jaffé ubique verum viderant in eruendis lectionibus primariis neuterque de manuum discrimine monuerat. Tamen nolo egregiis editorum priorum meritis obtrectare, quorum acumine effectum est ut in hoc poeta pauciora restarent emendanda quam in ceteris plerisque; quamquam is praecipue, qui ceteris multo plura ingeniosissime correxit, Iaffeus non raro etiam prorsus incredibilia protulerat; quae hic silentio praetermitti par fuit.

Apparatum exemplorum a Maximiliano Manitio collectum tradidit mihi Duemmlerus qui et ipse nonnulla mihi suppeditavit exempla: sed ex ingenti farragine Manitiana non multa potui in meum usum convertere; ipse addidi cum pauca ad veteres spectantia poetas tum plura ex ipsius poetae huius carmine sumpta, cum poetam sui similem ostendere multo ducam utilius quam vanam speciem similitudinis captare eorum operum, quae dubitari interdum potest num omnino viderit poeta.

Priusquam autem ipsum carmen ex mea recensione constitutum proponatur, de uno loco accuratius agere liceat, quem quamquam iam Philippus Jaffé recte edidit, tamen tam neglegenter apparatus critici ratio intricatissima explanari solet, ut diligentiorem disputatiunculam flagitare videatur. Dico versus ad annum 783 pertinentes II 109 sqq.

106 Transierantque dies pauci, cum rursus eodem
Comperit in populo repetitum surgere bellum
Scilicet in Westfalhorum regione gregatis
109 Pluribus in ripa fluvii hasa nom̄ //////
111 Qui victi totiens atie confligere habent / s.

Inter v. 109 et 111 interpositus est asteriscus, quo inseri iubetur versus in margine superiore scriptus

110 Audebant animi plus quam virtutis habentes.

Versu praeterea 109 post nom̄, *quod ita in codice scriptum esse recte testatur Jaffé (Pertzius enim ediderat* nomine *neque quicquam adnotaverat), in rasura manus secunda scripsit* rursus. *Versu 111 manu secunda in rasura scripta est littera* i : habentis; *cuius erroris ratio ex versu marginali manifesto elucet. Praeterea* rursus *manu secunda scriptum et* habentis *utrumque prima manus punctis notavit, quibus ea verba transponenda esse indicatur. Cum autem sic* rursus *aptissime conveniat v. 111 et metro et sententiae et vindicari insuper videatur v. 106 cumque id corruptelae genus etiam v. 305 sq. huius alterius libri inquinaverit, equidem hic idem factum suspicor, quod alibi factum est, ut sc. corrector sive ob ductus parum elegantes sive alia nescio qua causa commotus ea, quae prima manu scripta erant, simpliciter repeteret. Tum vero hoc tantum restat, ut versus in margine scriptus inseratur non ante eum versum, ante quem inserendum eum esse librarius asterisco notavit, sed post eum. Recte igitur, nisi quod post v. 109 lenius interpungere debebat, de toto loco iudicavit Jaffé, dum lectoribus rationis examinandae copiam fecisset. — Haec de loco difficillimo scripseram, cum Bruxellensis libri copia facta omnia ibi recte se habere vidi, praeterquam quod pro* ai̅ *i. e.* animi *exaratum est* cū. *Neque vero oportebat, ideo disputationem resecari, cum aliquid sit, id, quod nunc testimonio confirmatum est, ratione recuperare potuisse; et impius mihi viderer erga Ph. Jaffé, cuius acerrimo ingenio ex tanta perturbatione veram lectionem egregie restitutam debemus.*

Iam exhibemus ipsum carmen nostra opera recensitum et emendatum.

⟨ANNALIUM DE GESTIS CAROLI MAGNI IMPERATORIS LIBER I INCIPIT⟩

⟨ANNO DCCLXXI. INDICTIONE VIII⟩

Salvator mundi postquam de virgine nasci 771
Dignatus nostri se corporis induit artus,
Evolvit septingentos rota temporis annos
Et decies septem, sed et unus pene peractus
Insuper annus erat, cum iure monarchia regni
Francorum Carolo divinitus est data magno.
Nam Carolomannus frater decesserat eius
Presentis iam supremis propę partibus anni.
Et Carolus, villam quę Carbonata vocatur
Adveniens, summos proceres omnesque potentes
Fraternę quondam partis susceperat illic,
Haud retractantes domino se subdere tali;
Exceptis tantum paucis, quos forte prioris
Magnus amor domini cum coniuge fecerat eius
Et natis remanere; quibus comitata petivit
Italiam, sperans se degere posse quietam
Sub regis Desiderii munimine vitam.
Rex autem Carolus celebravit in Attiniaco
Natalem domini nec non paschalia festa.

⟨ANNO DCCLXXII. INDICTIONE VIIII⟩

Paulo Romane defuncto pręsule sedis, 772
Suscepit post hunc Adrianus pontificatum.
Et rex Wormatiam Carolus collegit in urbem
Francorum proceres ad concilium generale:
Cum quibus, ut bello Saxones aggrederetur,
Decrevit, quoniam Saxonum proxima Francis
Adiacet ad boream tellus; vix limite certo
Divisi gentis fines utriusque coherent.
Que tum vicinę quo plus regione fuere,
Tanto seiunctas animis discordia fecit.
Finitimos etenim per agros utrimque solebant
Assidue fieri cedes, incendia, praede;
Saxonum natura ferox et pectora dura
Ferre iugum Christi necdum dignata suave

I *Inscribitur in G* Vita Karoli; *cf. praef. p. 1 adn. 1* 9 carolus (c *ex incohata* a) G^1 17 munimine (*prior* m *ex* d) G^1 30 sed enim *BG: corr. Jaffé* 31 praebe *in* praede *corr.* G^1

I 1 *citatur in vita Meinwerci Patherbrunnensis episcopi (SS. XI 107). SIMSON p. 322.* 2 *cf. [Venant. Fortun.] 1, 43.* 8 *sc. pridie Nonas Decembres.* 18 sq. *Einh.:* celebravitque natalem domini Attiniaco et pascha Haristallio *SIMSON p. 304; neque vero post v. 19 intercidit versiculus, quoniam ex I 317 apparet Heristallium illo loco primum commemorari.* 20 *immo Stephano IV. SIMSON p. 304; sed is Paulo I successerat.* 25 sqq. *cf. Einh. v. K. 7. PERTZ.* 33 *cf. Matth. 11, 30.*

Demonico nimium fuerant errore subacta:
Christicolę vero iam longo tempore Franci
Catholicam tenuere fidem, multisque per orbem
Iam dominabantur populis; quibus undique fulti,
Precipue virtute dei, quem rite colebant,
Hanc unam poterant nimirum vincere gentem.
Que nec rege fuit saltem sociata sub uno,
Ut se militiae pariter defenderet usu,
Sed variis divisa modis plebs omnis habebat
Quot pagos tot pęne duces, velut unius artus
Corporis in diversa forent hinc inde revulsi.
Sed generalis habet populos divisio ternos,
Insignita quibus Saxonia floruit olim;
Nomina nunc remanent, virtus antiqua recessit:
Denique Westfalos vocitant in parte manentes
Occidua, quorum non longe terminus amne
A Rheno distat. Regionem solis ad ortum
Inhabitant Osterliudi, quos nomine quidam
Ostvalos alio vocitant; confinia quorum
Infestant coniuncta suis gens perfida Sclavi.
Inter praedictos media regione morantur
Angarii, populus Saxonum tertius; horum
Patria Francorum terris sotiatur ab austro
Oceanoque eadem coniungitur ex aquilone.
  Hanc igitur Carolus statuit sibi subdere gentem;
Nec mora, cum totis Francorum viribus ipsam
Aggressus late ferro vastavit et igni.
Castellum naturali munimine forte
Valde, manu quoque firmatum, quod barbara lingua
Nominat Eresburg, valido cum robore cepit.
Gens eadem coluit simulacrum quod vocitabant
Irminsul, cuius similis factura columne
Non operis parvi fuerat pariterque decoris.
Hoc rex evertens mansit tribus ipse diebus
In castris iuxta positis. Tum continuato
Aestatis fervore diu caeloque sereno
Arebant agri nec in ipsis fontibus humor
Ullus erat, multo squalebant pulvere rivi;
Iamque fatigabat graviter regalia castra
Aucta calore sitis: sed vis dedit omnipotentis,
Cui placuit fani subversio iusta profani,

39 uircere G^1 45 ternas *in* ternos *corr.* G^1 49 amnę (nę *paene detrita*) *G* 51 inhabitabant *G; cf. II 39* 53 sclavi *G* (*voluerat* saecula vi) 56 paria *in* patria *corr.* G^1 61 munime *G* *malim post* forte *distinguere quam post* valde *cum codice et editoribus* 65 similis factura BG^4: factura similis G^1 69 ueruore G^1 70 Ardebant *BG* : *corr. Traube (cf. Verg. ecl. 7, 57)* 71 multo/qualebant (*cf. IV 55*) G^1 : *corr.* G^2 (*errat Pertz*); multoque squalebant *B* 74 Cui placuit *et* 75 Ut medi *in ras.* G^2; G^1 *lineam neglexerat*

62 *ita saepe hic poeta* (I 317; II 176; III 553; V 19. 546. 550; cf. V 33) *Einhardi exemplum secutus, plerumque de lingua patria; cf. Duemmler, Kaiser Otto der Grosse p. 559.* 74 *cf. Sedul. I 47 (cf. Huemer p. 363).*

Ut mediante die subito per concava sicci 772
Cuiusdam torrentis, erat qui proximus illis,
Sufficiens exercitui prorumperet unda.
  His gestis, cum rex Wisuram venisset ad amnem,
Obsidibus bis sex ipsa de gente receptis,
Ad patriam rediit magna cum prosperitate.

⟨ANNO DCCLXXIII. INDICTIONE X⟩

Missis legatis Adrianus papa sacratus 773
Auxilium Caroli studuit deposcere magni
Adversus Longobardos, quorum fuit illo
Tempore rex Desiderius; nam valde premebat
Improba Romanos huius violentia gentis.
Et quia tunc illi pars maxima subdita regno
Italiae totius erat terrasque per illas,
Scilicet hostiles, non quenquam mittere tute
Romanus praesul potuit, qui tramite recto
Francorum terras peteret, conscendere navem
Fecit apud Romam legatum nomine Petrum:
Ut, mare circuitu longo fluctusque pererrans,
Suspectum vitaret iter. Sic sepe videtur
Tucior oceani fervor pelagique procella
Quam mentes hominum, quas turbida commovet ira.
  Hic igitur Petrus Roma directus ab urbe
Per mare Massiliam petiit longumque deinde
Preteriens iter in villa Theodone vocata
Insignis Caroli pietatem regis adivit
Orans devote satis, ut defendere vellet
Ecclesiam Petri, summus qui claviger aulę
Illi celestis dare praemia maxima posset,
Necnon pontificis succurreret anxietati
Romanique simul populi mala plurima passi,
Cui libertatis iam spes vitęque tenendę
Unica post dominum tantum restaret in illo.
  Talibus auditis causam rex protinus omnem
Sollicito volvens animo satis affore iustum
Perpendit gratumque deo, defensor ut ipse
Sedis apostolicę totis pro viribus esset.
Atque suo statim regno collegit ab omni
Roboris inmensi variis ex gentibus agmen;
Quod secum ducens, Genuam pervenit in urbem,
Quam rapido cursu Rhodanus praeterfluit amnis.
Tum gemino Langabardos invadere bello
Decrevit populumque suum divisit: et unam

---

77 exercitui (u *in ras. fort. m. 1*) *G* 78 omnē (*non* omne) G^1 80 prosperitate G^1; *extremas litteras renov.* G^2 83 aduersos longobardus *in* aduersos longobardos *corr.* G^1 86 regni *B* 93 suspectum *G* itaer *G* 95 quē G^1 (*non* quum) 98 per terrenum iter *Jaffé, cf. praef. p. 2* 101 petri G^1 103 pontificis (*prima* i *in ras.*) *G* 105 libertatis iam G^1; s iam *renov.* G^2

Cum duce Bernhardo partem praeceperat ire 773
Per montem Iovis (id nomen vetus indidit error),
At reliquam per Cinisium rex duxerat ipse.
Transcensis igitur horrendis Alpibus instar
Turbinis Ausonię duplex exercitus arva
Irruerat, late regnum vastans opulentum;
Iamque metus cunctos Francorum perculit ingens.
Nam Desiderium, primo qui bella parabat
Se frustra Carolo sperans obsistere posse,
Congressu necdum facto terrore fugavit
Et clausum Ticino, cui nunc est Papia nomen,
Regius admotis exercitus undique castris
Obsedit; variisque modis perplurima temptans
Temporis hiberni spatio molimina toto
Non urbis poterat muros irrumpere ferro.

⟨ANNO DCCLXXIIII. INDICTIONE XI⟩

Tales Italicis dum res agerentur in horis, 774
Saxones sibi contiguos invadere fines
Ausi Francorum pagum, qui dicitur Hassi,
Praedantur flammisque simul populantur et armis.
Quos animavit ad hoc longinqua profectio regis
Credentes, ulciscendi sibi tunc fore tempus
Damna, prius per eum que maxima sustinuere.
Qui tamen usque locum qui Frideshlar vocitatur
Progressi quandam cupierunt tradere flammis
Ecclesiam, quam sacravit Bonifacius illic,
Martir et antistes Christo dilectus in aevum.
Hoc frustra nisos facinus complere nefandum
Invasit subito terror divinitus ingens
Atque fuga turpi trepidos repedare coegit
Ad patriam; quos non hostes, non arma fugarunt.
At rex dispositis legionibus ad Ticinensem
Obsidione iugi populum belloque premendum
Orandi causa Rome loca sancta petivit.
Illic supplicibus votis ex corde peractis
Ad Ticinum rediit, que iam certamine longo
Fessa repugnandi vires amiserat omnes.
Dedita tum Francis haec urbs clarissima cunctis
Exemplo fuerat reliquis; nam protinus omnes
Tradiderant Carolo sese concorditer urbes
Eiusdem regni. Quod iam sibi iure subactum
Disposuit, quantum potuit pro tempore tali.

---

126 *distinctionem post* fugavit *poni solitam sustuli* 130 spario *in* spatio *corr.* G^1 133 inua//dere *G* 134 franco‿uim (illic) *G* 141 longinqua *corr.* G^1; *aberratum erat ad v. 136* 146 fugerunt *in* fugarunt *corr.* G^1 147 Ticinensem *B*: Ticinensum *G* 153 / urbs *G*

125 *cf. I 363. 437.* 129 *cf. I 453; III 186; V 463.*

Ad sedes etenim cupiens remeare paternas 774
Accelerabat iter, secum ducens memoratum
Italię regem, noviter quem coeperat armis.
Hic humanarum videas ludibria rerum,
Quam vario cursu vitae rota volvitur huius:
Hesterno Desiderius diademate regni
Floruit — en hodie est pauper, captivus et exul.
Filius illius cognomine dictus Adalgis,
Cum Longabardis in eo spes ampla maneret,
Diffidens rebus patriae se contulit inde
Ad Constantinum Grecorum sceptra regentem;
A quo patricius praeclaro munere factus,
Hoc in honore suae permansit ad ultima vitę.
  Rex autem Carolus veniens, dum cognitus eius
Velox adventus necdum Saxonibus esset,
Fecerat, ut triplex exercitus in regiones
Illorum missus multis affligeret ipsos
Cedibus ac praedis. Loca denique plurima vastans
Hinc est cum spoliis victor regressus opimis.

⟨ANNO DCCLXXV. INDICTIONE XII⟩

Rex hiemis tempus ducens in Carisiaco, 775
Nomine quo quedam regalis villa vocatur,
Illuc Francorum proceres totumque senatum
Convocat; ac multum tractans de rebus agendis
Et variis, quibus indiguit res publica, curis
Inprimis hoc consilium perhibetur inisse,
Ut iugiter bellum Saxonibus ingereretur,
Quos expertus erat fidei vel foederis omnis
Immemores nunquam sub pace quiescere velle.
Hinc statuit, requies illis ut nulla daretur,
Donec gentili ritu cultuque relicto
Christicole fierent aut delerentur in aevum.
  O pietas benedicta dei, quae vult genus omne
Humanum fieri salvum! Quia noverat huius
Non aliter gentis molliri pectora posse,
Disceret ut cervix reflectere dura rigorem
Ingenitum mitique iugo se subdere Christi,
Ob hoc doctorem talem fideique magistrum
Scilicet insignem Carolum donavit eisdem,
Qui bello premeret, quos non ratione domaret,
Sicque vel invitos salvari cogeret ipsos.
Hoc inspiratum cordi divinitus eius
Utile consilium comitantur strenua facta.

---

164 est *om.* *B* 168 //sceptra *G* (*erasae sunt* sp) 187 cultu rituque *B* (*cf. IV 98*)

158 *cf. I 466.* 168 *cf. I 342; V 277.* 186 *cf. Verg. Aen. VI 600.* 193 *cf. Matth. 11, 30.*

Quippe duces omnisque simul delecta iuventus 775
Ad Duriam vicum properant: nam rege iubente
Illic conventus populi generalis habetur.
Atque dehinc grandi transmisso flumine Rheno
Saxonum Carolus fines hostiliter intrat,
Ac primo Sigiburg castellum cepit. Et inde
Eresburg petiit, quam captam diximus urbem:
Sed ne praesidio Francis fore posset, eandem
Indigene destruxerunt; hanc denique rursus
Munivit, posuitque suas illic legiones.
Inde gradu celeri Wisuram pervenit ad amnem:
Cui iuxta montem, qui Brunesberg vocitatur,
Obvia magna fuit cupiens obsistere turba,
Ne fluvium transiret; et hoc conamine casso:
Fugit enim primo statim certamine pulsa;
Innumerosque die ferrum prostraverat illo.
Inde movens Carolus regiones venit ad illas,
Quas Osterliudi retinent; seditque locatis
Ad fluvium castris, qui nunc Ovaccra vocatur.
Tunc illi quidam, qui de primoribus eius
Gentis erat, supplex occurrit nomine Hessi;
Partis et illius pariter plebs obvia tota
Venerat, obsidibusque datis, quos iusserat ipse,
Se servare fidem regi per maxima spondent
Iuramenta. Quibus cunctis hoc ordine gestis
In pagum rediit, quem dicunt nomine Bukki.
Illic occurrere duces simul Angariorum
Cum populo; similique modo regalibus omnes
Dum parent iussis iuramentisque fideles
Se fore confirmant, reditum parat ilico victor.
Interea iuxta Wisuram dimissa manebat
Pars exercituum regis; locus ipse vocatur
Hlidbeki, quo castris idem sedere locatis.
Sed male securos res prospera fecerat illos,
Qua rex usus erat, cum cunctis hostibus esset
Terrori, iam tunc audente resistere nullo.
Hinc erat in castris cautela remissior illis,
Ut possent nimia Saxonum fraude noceri.
Sol summo cęli pronus vergebat ab axe
Et vespertinas iam tendere coepit ad horas;
Tunc ut equis quidam deferrent pabula longe
De castris prius egressi pariter redierunt.
His se Saxonum quoddam permiscuit agmen
Fingentum semet socios animoque fideles.

---

205 syburgh *B* 209 posuidque *radendo mutatum in* posuitque *G* (*cf. II 61. 62; IV 320*) 217 quas *B*: quos *G* 220 Centis G^1; *cf. v. 431 et II 217*

200 *cf. III 231 et Verg. Aen. IV 130; VIII 499; IX 226.* 206 *sc. v. 63.* 223 *cf. II 272. 329.* 236 illis: *sc. Francis.*

Tum se quisque novo blande sociabat amico, 775
Hostis quo sęvus latuit sub nomine tectus;
Adhibitumque fidem verbis fallacibus auget
Obsequium: cuncti simul in commune laborant,
Pars subvectat onus viridis simul utraque foeni.
Sic introgressi Francorum castra dolosi,
Quod vi non poterant, egerunt arte; sed olim
Est dictum: 'Dolus an virtus, quis in hoste requirat?'
Depressos somno Francos instanter adorti
Saxones caedem nimiam fecere feroces,
Donec discusso tandem torpore soporis
Quidam correptis obstare viriliter armis
Coeperunt. Pugnaque dehinc utcumque remota,
Scilicet ex pacto quod tunc angustia talis
Dictabat, hostes celeri rediere recursu.
His rex auditis illuc properare sategit,
Atque satis velox fugientum terga secutus
Prostravit multos auctores criminis huius.
Hinc ad Westfalhos venit; statimque receptis
Obsidibus, quos tradiderant, abscesserat inde,
Ac suscepit ovans redeuntem Francia regem.

⟨ANNO DCCLXXVI. INDICTIONE XIII⟩

Cumque domum rediens princeps iter acceleraret, 776
Comperit Ausoniis in partibus esse tirannum
Nomine Hrodgaudum, nova qui molimina temptans
Nec, quem rex illi dederat, contentus honore
Italię latum voluit sibi subdere regnum.
Quippe ducem comitemque Foroiulensibus ipsum
Constituit Carolus, primo cum clara triumpho
De Langobardis victor vexilla revexit.
Huic nimis ingratus dono male sollicitabat
Urbibus ex multis populos, ac fecit, ut ad se
Deficerent iusto Caroli spreto dominatu.
Hos ut comprimeret motus, nil ipse moratus
Strenua quam celeri raptim vocat agmina iussu.
Cum quibus Italiam properans meritoque tyrannum
Interitu plectens, urbes servare receptas
Francorum comites, quos ipse locabat in illis,
Iussit et, ut venit velox, sic inde recessit.
Vix Alpinarum nivium iuga proxima caelo
Illi transgresso tristis fuit obvia fama
Eresburg referens urbem, quam coeperat olim
Militibusque suis mandaverat ipse tuendam,
Saxones expugnatam coepisse suumque
Expulsum fore praesidium violenter ab illis.

---

251 dolus / an *G* 254 tandem (*coeperat* ti *vel* to) *G* 259 sat / git G^1; satagit G^2

251 *Verg. Aen. II 390.* 281 *cf. I 374.*

Tum Siburg aliud multo conamine castrum 776
Oppugnare quidem studuit nec vincere quivit
Gens eadem, cupiens ab eo regis legiones
Pellere; sed pugnę populus Saxonicus instans
A tergo circumventus fuit atque fugatus,
Interius positis simul erumpentibus atque
Incautos plaga facile sternentibus ampla.
  Hic rumor Caroli cum primum venit ad aures,
Conventum procerum fieri praecoepit in urbe
Wormacia statuitque moras innectere nullas,
Quin lueret tanti sceleris gens perfida poenas.
Ergo suis exercitibus rex undique lectis
Conatus celer hostiles praevertitur omnes,
Temptavere quibus primo defendere sese.
Nam fontes adiens, ubi Lyppia nascitur amnis,
Repperit ex ipsa numerosas gente catervas
Illic collectas humiles veniamque precantes,
Quod non servassent anno promissa priori.
Cum vero Carolus clemens ignosceret illis,
Complures domino se Christo credere velle
Spondentes simulacrorumque relinquere cultus
Purgari iussit sacri baptismatis unda;
Servandeque iterum fidei promissa recepit
Obsidibus firmata datis, quibus ipse volebat.
Eresburg iterum firmat munimine forti;
Et iuxta fluvium, quem Lyppia diximus ante,
Castellum condens aliud complevit utrumque
Militibus lectis. Tum Gallica rursus ad arva
Regrediens, hiemis tempus transegit in aula,
Nomen Heristalli dederat cui barbara lingua.

⟨ANNO DCCLXXVII. INDICTIONE XIIII⟩

Aspirante novi placido cum tempore veris 777
Horrida iam transisset hiems, rex Noviomagum
Adveniens celebravit ibi sollempnia paschae.
Tum, quia Saxones suspectos semper habebat,
Haud dubitans illos pro libertate tenenda
Artibus acturos variis, quodcumque valerent,
Et nisi continui premerentur pondere belli,
Foedera rupturos secum condicta frequenter,
Rursus in illorum patriam fortissima ducit
Agmina. Conventum placiti generalis habere
Cum ducibus se velle suis denunciat illic.

---

288 Sigiburg *B et Reineccius (cf. v. 205); Sigifridum (II 22; III 377) semel (I 342), sed metro coactus,* Sifridum *nominavit* 290 ab eo *B*: ab ea *G* 297 uuomacia *in* uuormacia *corr.* G^1 313 /////diximus *G* (*eras.* di...) 316 tranegit *in* transegit *corr.* G^1 325 condita *in* condicta *corr.* G^1

297 *cf. Statii Theb. V 743.* 304 *cf. II 325.* 312 iterum*: cf. v. 61.* 313 ante, *sc. v. 302.*

Tanto concilio locus est electus agendo, 777
Quem Pađarbrunnon vocitant; quo non habet ipsa
Gens alium naturali plus nobilitate
Insignem. Qui praecipue redimitus abundat
Fontibus et nitidis et pluribus; et trahit inde
Barbaricę nomen lingue sermone vetustum.
Tunc ibi villa fuit tantum, nunc pontificalis
Ecclesiae constructa nitet clarissima sedes.
Quo Carolus veniens collectos repperit omnes
Paene duces populumque simul totumque senatum
Saxonum, nisi quod quidam Widokindus abinde
Aufugit regem veritus. Nam conscius idem
Audacis sibimet facti multique reatus
Sifridum petiit Danorum sceptra regentem.
Porro duces illic alii cum plebe gregati
Suppliciter cuncti veniam pacemque petentes
Paruerant regi sub tali conditione,
Ut cuncta scelerum dimissa mole priorum
Si post auderent eius violare statuta,
Libertate simul prisca patriaque carerent.
Quorum tum Christo se credere velle professa
Magna salutiferum suscepit turba lavacrum,
Sed simulata fides versuto prodiit ore;
Quod notum multis fecere sequentia gesta.
Tunc Sarracenus quidam pervenerat illuc,
Nomine qui patrio dictus fuit Ibinalarbi.
Hic cum non paucis sociis ac civibus, ipsum
Qui comitabantur fines regionis Hiberę
Linquentem, Carolo se dedidit ac simul urbes,
Rex Sarracenus quibus hunc praefecerat olim.
Ob hoc Saxonum tandem regione relicta
Gallica regna petit. Post haec Aquitania regem
Insignem Carolum tenet ad paschalia festa.

(ANNO DCCLXXVIII. INDICTIONE XV)

Hortatu Sarraceni cum se memorati 778
Hispanas urbes quasdam sibi subdere posse
Haud frustra speraret, eo sua maxima coepit
Agmina per celsos Wasconum ducere montes.
Qui cum prima Pyrenei iuga iam superasset,
Ad Pompelonem, quod fertur nobile castrum
Esse Navarrorum, veniens id coeperat armis.
Traiciensque vado famosum flumen Hiberum

330 pađ////////// G^1: pathalbrunnon G^2, padebornum *B*; *correxi ex III 490 et II 174* 332 praecipuae *G* 339 uuidokinđ *G* 342 sceptr/ G^1 345 paruarant *in* paruerant *corr.* G^1 348 priscā G^1 349 tú *in* tū *corr.* G^1 351 uersutu *in* uersuto *corr.* G^1 353 puenerat *et* 354 s fuit *et* 355 ciuibus *et* 356 gionis *renov.* G^2 357 / sé *G* (s *fort. a m. 2*) 364 frastra *in* frvstra *corr.* G^1 365 / celsos *G* (*erasa* s) 366 cum *ss.* G^1 367 pompolonem *in* pompelonem *corr.* G^1; pampolonem *B* (*sed v. 375* pampilonem; *ann. Laur. exhibent* Pampilonam *p. 50 ed. Kurze*)

Cesaris Augusti quandam de nomine dictam 778
Urbem praecipuam terris penetravit in illis.
Acceptis tamen obsidibus, quos Ibinalarbi
Iam dictus pariterque sua de gente fideles
Illustresque viri dederant; sic inde recessit.
Ac Pompelonem rediens deiecerat eius
Ad terram muros, fieret ne forte rebellis.
  Cumque, Pyrenei regressus ad intima saltus
Milite cum lasso calles transcenderet artos,
Insidias eius summo sub vertice montis
Tendere Wascones ausi nova praelia temptant.
Denique postremos populi regalis adorti
Missilibus primo sternunt ex collibus altis;
Et Francos, quamvis armis animisque priores,
Impar fecit et angustus locus inferiores.
Rex iam praecessit, tardumque remanserat agmen,
Cura vehendarum quod rerum praepediebat.
Fit pavor hinc exercitibus subitoque tumultu
Turbantur; victrix latronum turba nefanda
Ingentem rapuit praedam pluresque necavit:
Namque palatini quidam cecidere ministri,
Commendata quibus regalis copia gazae
Predones illos spoliis ditavit opimis.
His gestis, hostes vasti per devia saltus
Fugerunt celeres, fuerant quibus ardua montis,
Abdita silvarum, vallis loca nota profunde;
Quos fuga dilapsos investigabilis et nox
Instans eripuit, sequeretur ut ultio nulla.
Ac facinus tantum quoniam permansit inultum,
Tristia regali subduxit nubila menti,
Prospera quam fecere prius complura serenam.
  Aptum praeterea se tempus habere putantes
Saxones ulciscendi quam plurima dampna
A Francis illata sibi, quia rex erat absens,
Infesto Rheni petierunt agmine litus.
Quem transire tamen nulla ratione valentes
Francorum terras in eadem parte iacentes,
Qua venere, nimis vastare ferociter ausi,
A muris urbis quę dicta Diutia nunc est
Donec pervenias ubi Rhenus confluit idem
Litoribusque ferens fontes Musella Liei,
Cunctas quas poterant villas invadere, flammis
Tradiderant. Ipsis etiam non ira pepercit

---

378 transcenderat *in* transcenderet *corr.* G^1 381 posttremos *G*; *in archetypo nescio an fuerit* p'tremos 385 am *in* iam *corr.* G^1 387 tumulto *in* tumultv *corr.* G^1 388 uictrix *G* (ui *in ras., fort. m.* 2) 394 celeres *B*: celerant *G errore ex* fuerant *nato; cf. II 40. 368*

380 *cf. Verg. Aen. III 240.* 385 *cf. Verg. Aen. IX 47.* 387 sq. *cf. Verg. Aen. IX 397.* 392 *cf. Verg. Aen. VI 856.* 410 *cf. IV 132.* 411 *cf. II 141.*

Aecclesiis; nec erat hominum cędis modus ullus. 778
Non aliquod sexus, aetatis, condicionis
Ullius furor immitis discrimen agebat,
Omnia sed ferrum vel edax consumpserat ignis.
Hinc non praedandi studio, sed ut ultio quędam
In Francos fieret, hoc eos gessisse probatur.
  Hoc rex Hispanis didicit regressus ab horis.
Tunc orientales Francos necnon Alamannos
Obvia ferre iubet statim Saxonibus arma.
Quos cum iam patriam redeuntes insequerentur,
In Baddanfeldun (sic est locus ille vocatus)
Adernam iuxta fluvium constanter in ipsos
Irruerant; nutuque dei, quem crimina tanta
In populo commissa suo dampnare decebat,
Saxones tanta ceciderunt strage perempti,
Ut de praegrandi superessent agmine pauci.

⟨ANNO DCCLXXIX. INDICTIONE I⟩

Vere novo Carolus causa poscente peragrans 779
Gallorum quondam terras ad Wirciniacum
Accessit vicum. Quo tunc occurrit eidem
Dux Spoletanus Hildibrandus vocitatus;
Qui preciosa ferens insigni munera regi
Ad sua cum magno satis ⟨est⟩ dimissus honore.
  At rex intente meditans invadere terras
Saxonum citius Rhenum traiecerat amnem.
Cui se spe vana gens ipsa resistere posse
Confidens pariter sumptis occurrerat armis
In quodam collecta loco Bocholt vocitato;
Sed cum coepissent acie confligere, statim
Terga dedit numero Francorum territa grandi.
Accepit tunc Westfalhos in deditionem
Progressusque dehinc Wisuram pervenit ad amnem
Atque dies aliquot mansit stacione locata.
Angarios sed et Ostfalhos ad se venientes
Promissam firmare fidem, qua semet eidem
Subiectos fore spondebant animoque fideles,
Obsidibusque datis sacramentisque coegit.
His gestis rex Wormaciam remeavit ad urbem.

⟨ANNO DCCLXXX. INDICTIONE II⟩

Inde movens oportuno sua tempore castra 780
Saxonum rursus properaverat in regionem.
Eresburg primo petiit; post hęc, ubi fontes
Lyppia flumen habet, perplurima dispositurus
In castris aliquot fertur mansisse diebus.

415 gebat *in* agebat *corr.* G[1]   423 badānoldū *B (ann. Einh. nomen non habent)*   430 Callorum *G*
432 Dum *in* Dux *corr.* G[1]   434 est *B: om. G*   442 uuestfalos *in* uuestfallos *corr.* G[1] *(errat Jaffé)*

Hinc orientis iter sumens ad flumen Ovaccrum 780
Venit; et eiusdem gentis quam maxima turba
Illuc praecepto parens occurrerat atque
Credere se Christo simulans baptisma recepit.
Indeque festinus pergens ibi castra locavit,
Albia qua grandis fluvius miscetur et Ora.
Nam res Saxonum voluit componere necnon
Sclavorum, medius quos Albia dividit amnis:
Citra Saxones degunt; in litore vero
Sclavorum pagana manet gens ulteriori.
Dispositis sane rebus pro tempore cunctis
Ad sedes tandem studuit remeare paternas.
  Tum, quia praecipuo semper flagrabat amore
Petri, qui summe praeclarus apostolus extat,
Ipsius Romę decrevit limina sancta
Querere vota precesque deo persolvere curans.
Atque citus properans assumpta coniuge secum
Et natis urbem pervenerat ad Ticinensem,
In qua natalis domini festum celebravit.
  Hic igitur statui primę cum fine decadis
Annorum Caroli, postquam rex coeperat esse
Francorum solus, primum finire libellum,
Viribus ut parvis requies solatia praestet.

⟨ANNALIUM DE GESTIS CAROLI MAGNI IMPERATORIS LIBER PRIMUS EXPLICIT. INCIPIT SECUNDUS⟩

⟨ANNO DCCLXXXI. INDICTIONE III⟩

Octonis decies septingentisque peractis 781
Annis, est genitus postquam de virgine Christus,
Hic primus sequitur, Carolus quo rex pius arces
Romanas adiit domino ducente secundo.
Tunc Adrianus eum, iam dudum commemoratus
Presul apostolicus, cum magno lętus honore
Suscepit; populusque simul Romanus ad ipsum
Ut defensorem libertatisque datorem
Unanimis concurrit ovans gratesque rependens.
Illic cum praesens foret ad sollempnia paschae,

460 ora G^1B; horas *(i. e. oras, cui nomini in G aspirari solet)* G^2; *interpolator desiderabat casum quartum, ex quo* Saxonum *penderet; cf. ad proximum versum* 461 rex *GB*: *corr. Reineccius* 466 tandem *in marg. add.* G^1 474 dicadis *in* decadis *corr.* G^1

II *Inscriptionem addidi; cf. praef. p. 1 adn. 1* 4 romanus *in* romanas *corr.* G^1 adit *G* 10 sollemnia *in* sollempnia *corr.* G^1

469 ipsius: *sc. Petri.*

II 1 *cf. Hrotsv. prim. 397 P = 403 B* centum mansurnis octo vicibus revolutis octonis decies uno pariter superaucto (*sic corrigo pro* mansuris *et* denis) *i. e. anno 881.* 4 *cf. I 147 sqq.* 9 *cf. III 619.*

Fonte salutifero Pippinum nomine natum 781
Abluit ipsius praesul venerabilis idem.
. . . .
. . . .
. . . .

ANNO DCCLXXXII. INDICTIONE IIII.

Exoriens aestas ubi primum gramine pulcro 782
Vestierat terras poteratque exercitus apte
Educi, quoniam molles animalibus herbę
Dultia praebuerant florentis pabula foeni,
Innumeris fultus populis et milite claro
Saxonum rursus rex inclitus in regionem
Venit et ad fontes fluvii, cui Lyppia nomen,
Conventum fieri procerum iussit generalem.
Illic, disponens complura negotia regni,
Danorum regis Sigifridi nomine missos
Et quos Iugurgus pariterque Caganus ad ipsum
Hunorum misere duces pro pace petenda,
Audiit absolvitque, datis prudenter eisdem
Responsis. Post hęc Renum traiecerat amnem,
Gallica seque dehinc rex magnus in arva recepit.
  Interea patrię quondam Widukindus ab oris
Qui fuerat profugus Normannorum⟨que⟩ petivit
Auxilium, rediens vana spe sollicitabat
Saxones, initum cum Francis rumpere foedus
Ut conarentur; multosque vocavit in arma
E populo fecitque novum consurgere bellum.
  Gens quoque Sclavorum Sorabi cognomine dicta
Audacter sumtis subito proruperat armis
Vicinas sibi Saxonum terras populando
Atque Thuringorum fecundos frugibus agros.
Qui medias Sorabi terras camposque iacentes
Inhabitant inter fluvios: hinc volvitur amnis
Qui Sala nomen habet, fluit Albia latior inde.
Ast ubi Sclavorum Carolo sunt cognita gesta,
Protinus illorum reprimendos censuit ausus
Arcendosque sui regni de finibus hostes.
Unde palatinis ad se tribus ipse vocatis
Principibus, quorum fuerat camerarius unus
Regis Adalgisus, Geilo stabuli comes alter,
Ductores exercituum fore iussit eosdem;
Quos orientali Francorum de regione
Collectos contra Sclavos praeceperat ire,

12 *sqq. usque ad v. 100 post v. 130 in libris scripti sunt; cf. praef.* 18 rex G^4B: *om.* G^1 29 normannorumque *B*: normannorum *G* 35 praeruperat *GB*: *correxi* 40 habet fluit *B*: habuit fluit *G* 46 gilo *GB (cf. v. 82); post hunc versum defectum statuit Pertz, sed v. 82 hi duo tantum commemorantur; cf. etiam II 278. III 157. 411. 424. 527 sqq.* 49 praeceperar G^1

13 sq. *cf. II 501 sqq. et Verg. Georg. II 219.*

Necnon Saxones, sibi quos parere iubebat, 782
Auxilio fieri ducibus mandaverat ipsis.
  Sed cum legati per eorum ducere terras
Agmina coepissent (nam sic invadere Sclavos
Tramite debuerant recto), fit protinus ipsis
Cognita iam dictę grandis defectio gentis.
Ob hoc iter coeptum flectunt primo cupientes
Saxones, numero freti, prosternere bello:
Quod nimis incaute coeptum pariterque superbe
Francorum misera fuerat cum clade peractum.
Namque duces, ubi compererant, quod se Widukindus
Ad pugnam multa stipatus plebe parasset
Et iuxta montem Suntal sua castra locasset,
Illuc infestis properarunt ilico signis;
Ad praedam pocius quam pugnam semet ituros
Sperantes, ipsam patriam rex ipse quotannis
Cum prius inpugnans vires exhauserit eius:
Immemores morum gentis simul ingenii(que),
Quae tanto varia plus nititur arte doloque,
Quo premitur bellis, et victa quiescere nescit
Vindictae rediviva parans conamina semper.
Ergo palatinis ducibus properantibus ad se,
Saxones atie longo satis ordine structa
Pro castris occurrerunt. Ibi protinus atrox
Conseritur fundens ingentem pugna cruorem
Francorumque truci proceres sunt cede necati,
82 Interfectus Adalgisus pariter quoque Geillo
76 Regis legati, praeclari quattuor illic
Extincti comites cum viginti venerandis
Nobilibusque viris aliis hac clade peremptis;
At reliquus bello populus consumptos in illo
Censeri numero nequit. Altum denique montem,
81 Qui vicinus erat, fugiens paucissima turma
83 Expetiit silvisque latens evaserat hostem.
  Nuncius hęc tristis narraverat omnia regi;
Ille suis exercitibus festinus in unum
Collectis statim Saxonica venit in arva.
Quem cum primores eiusdem gentis adissent
Illud se (facinus) non commisisse probantes
Et rex auctores facti perquireret, una
Esse reum clamant Widukindum criminis huius

58 superb / t G^1, superbę G^2 61 parassed G^1 62 locassed G^1 67 ingenii *G* 68 quod *GB*: *correxi* 71 palatiu / s G^1 78 ac *G* 80 neqid *G* 82 *transposuit Pertz.* gilo *B (ex v. 46)* 86 venit harena *G; corr. Jaffé; cf. II 27. 152.* 87 p̄mores *G* 88 facinus *B*: *om. G* (*add. Jaffé ex Einh.* tantum facinus peregerunt) commisse proba / / / s G^1 90 reum *om. G add. Reineccius;* Esse clamant omnes *interpol. B*

65 patriam: *regionem; etsi Saxonia poetae patria est.* 69 *cf. Livium IX 3, 12* ea est Romana gens, quae victa quiescere nesciat. 71 *palatinis ducibus occurrerunt.* 79 *male accepit verba Einhardi*: sed maior Francis quam pro numero iactura fuit, quia legatorum duo ... interfecti.

Et quos hortatu proprio sibi consotiavit. 782
Nec potuit tradi, quia rursus contulerat se
Ad Northmannorum patriam post proelia gesta.
Tradita sunt sane reliquorum bis duo ⟨regi⟩
Milia quingentique viri, qui tam grave bellum
Illius contra Francos gessere suasu;
Hosque die cunctos rex decollaverat una
Iuxta Alaram fluvium, locus idem Ferdi vocatur.
Hac ubi vindicta regum clarissimus acta,
Ad propriam rediit villam Theodone vocatam.

⟨ANNO DCCLXXXIII. INDICTIONE V⟩

. . . . 783
. . . .
. . . .
Gloria, certabat, sibi ne consueta periret;
Altera iam nullam statuens sperare salutem
In ferrum prisca pro libertate ruebat.
Sed tandem Carolus divino munere victor
Caesis innumeris reliquos exinde fugavit.
  Transierantque dies pauci, cum rursus eodem
Comperit in populo repetitum surgere bellum,
Scilicet in Westfalhorum regione gregatis
Pluribus in ripa fluvii Hasa nomen habentis,
Qui victi totiens atie confligere rursus
Audebant, animi plus quam virtutis habentes.
Pergere rex ad quos meditans sociosque recensens
Repperit in pugna plures cecidisse priori,
Aegros vulneribus multos ibi forte receptis.
Sed subito novus ex Francis exercitus illi
Advenit, cunctisque suis legionibus auctis
Ad debellandos studuit properare rebelles.
Qua dux egregie prudens dum cuncta parasset,
Virtutem, sicut solet, est fortuna secuta.
Saxones iterum caesi longeque fugati,
Abductus captivorum numerus fuit ingens.
Inde plagas orientales rex victor adivit,
Omnia quam late ferro populatus et igni,
Donec ad fluvium qui dicitur Albia venit.
  Post hęc ad patriam rediit; tunc est sociata
Regali thalamo coniunx Fastrada vocata,
Filia Radolfi comitis, sata germine claro.

---

94 bis duo gesta *G ex v. 93: corr. Jaffé; versum om. B* 95 qu/ G^1 98 iuxa *in* iuxta *corr.* G^1 alarā *G (postrema* a *in ras. a m. 2)* 99 *et* 100 *in marg. add.* G^1 101 *cf. ad v. 12* nec G^1 102 alter G^2 nullā *G* (a *in ras. a m. 2)* 109 *sqq. cf. praef. p. 6* 112 meditantes G^1 114 receptis *B*: recept/s G^1, receptos G^2 118 paresset G^1

102 *cf. Verg. Aen. II 354.* 103 *cf. Verg. Aen. VIII 648.*

Hibernas in Eristalli tum duxerat horas, 783
Atque dies, quibus hunc nascens moriensque redemptor
Salvavit mundum, voto celebraverat almo.

ANNO DCCLXXXIIII. INDICTIONE VI.

Reliquias belli tandem fortissimus heros 784
Consummare volens, tanto quod tempore gestum
Saxonum ⟨cum⟩ gente fuit, numerosa virorum
Milia lectorum terris induxit eorum.
Ac primum Rheni trans⟨gressus⟩ fluminis undam
Vastabat pagos Westvalorum regionis,
Venit et ad Wisuram, locus est ubi dictus Uculbi.
Inde Thuringorum per agros iter aegerat; atque
Saxonum campos, quos Albia vel Sala tangunt
Amnes vicini, lustrans villas ibi plures
Tradiderat flammis, donec pervenit ad illum
Qui veteri locus est Scannigi nomine dictus.
Hinc in Warmatiam rediens se contulit urbem.
  Filius interea regis, qui par genitori
Indole mentis erat, tum nomine dictus eodem,
Cum patriis exercitibus, quos ipse regebat,
In Westvalorum pago cognomine Dreini,
Eiusdem populi turbas ad bella paratas
Offendens statim certamine vicit equestri,
Victor et ad patrem iam dicta venit in urbe.
  Qui valida comitante manu Saxonica statim
Arva petens, iuxta fluvium consederat Ambram,
Est ubi castellum quod Skidronburg vocitatur.
In castris ibidem votis sollempnibus actis
Natalis domini, processit ad hostia Warnae,
Qua fluit in Wisuram. Nec iam fuit ulla facultas
Longius ad boream sicut cupiebat eundi:
Temporis obstabat simul asperitas hiemalis,
Atque iugis pluvię cursus vehementer inundans;
Ob hoc in Eresburg rediens se contulit urbem.

ANNO DCCLXXXV. INDICTIONE VII.

Cumque dies reliquos brumalis frigoris illic 785
Ipse manere suum decrevisset comitatum,
Accersivit eo propriam cum coniuge prolem.
Cum quibus, ut decuit, fido firmoque relicto
Pręsidio, iuvenes animis ac viribus acres

---

133 cum *B*: *om. G* uirorom *in* uirorum *corr. G*[1] 135 trans/fluminis *G* (fluminis *in ras., sed a m. 1*): *corr. Pertz;* transivit *B, quod verbum solet librarius* traiciendi *potissimum verbo substituere, ut hic quoque fide indignus videatur* 137 dictas *in* dictus *corr. G*[1] 139 qos *G* 143 i *in* in *corr. G*[1] redienséuse *in* rediens se *corr. G*[1] 146 pat//// *G*[1] 152 considerat *G*[1] 153 skidronburg *sic G* (*cf. Kurze ad Einh.*): swatrouburgh *B* 159 casus *Jaffé* 160 resideus *BG*: *corr. Jaffé; cf. v. 143*

140 sq. *cf. I 411 sq.* 144 sq. *cf. IV 281 sq.*

Assumpsit secum, latęque vagatus in omnes 785
Illius regionis agros, sed et oppida quaeque,
Cuncta simul flammis, spoliis ac cede feroci
Miscuerat, cupiens animos, quos sepe rebelles
Expertus fuerat, tali prosternere clade.
  Hec lugubris hiems illi funestaque genti
Cum tandem finita foret, vernalis et aura
Iucundum spirans ornaret floribus arva,
Publicus in Padarbrunnon conventus habetur.
Quo rex insignis sollempni more peracto
In pagum quendam, vocitat quem barbara lingua
Berdango, celeri studuit se tramite ferre!
Tunc ibi compererat Widokindum iam memoratum
Abbonemque simul, qui de primoribus eius
Gentis erant, memores scelerum latitare suorum
Finibus in patriis, quos sepserat ad borealem
Albia lata plagam iuxta confinia terrę
Danorum. ⟨Primo⟩ mittens de civibus ipsis
Legatos, ortatur eos, quo flectere tandem
Colla sibi fideique suę se credere vellent,
Commissi veniam necnon et praemia spondens.
Conscia sed magni dubitarunt corda reatus
His de promissis, donec firmata salutis
Spes est obsidibus missis, quos expetierunt.
Quos ut Amulwinus quidam vernaculus aulae
Illis adduxit, properarunt protinus ambo
Ad regem, iam tunc fuerat qui forte reversus
Ad villam propriam que dicitur Attiniacus.
Hic idem proceres sacri baptismatis unda
Perfusi tandem regi mansere fideles.
Ipsaque gens aliquot requieverat inde per annos.
  Interea quidam coniuravere maligni,
Ut dirum facinus scelerato corde patrarent,
Vel ferro regem vel qualibet arte necando.
Criminis incentor Hardradus tunc comes huius
Extiterat; sed ut indicio delata fideli
Factio seva fuit, statim sedata quievit,
Ingens valde foret licet et nimis acriter orta.
Auctores eius privari lumine quosdam,
Exilio reliquos dampnari iusserat ipse
Rex summe prudens, cuius clementia nulli
Reddiderat dignam tanto pro crimine poenam.

---

166 uagatatus (?) *in* uagatus *corr.* G^1 167 queque *B*: q̊q *sic G* (o *fort. a m. 2*); *cf.* omnes (*v. 166*) *et* cuncta (*v. 168*), *necnon III 515; IV 247* 168 Cuncta G^2B: C/cta G^1; *nescio an fuerit* Cūcta feroti *G* 173 //cundum G^1: Iocundum G^2 (*cf. III 4*); Iocum *B* spirat G^1 175 peracta *in* peracto *corr.* G^1 176 vocitat *B*: *om.* G^1 (*add. in extremo versu* G^1 *vel* G^2); *cf. III 96.* 178 ubi *Reineccius; sed cf. Einh.:* ibique audiens 179 primoribus *B* (*cf. II 87; III 518; IV 133. 303*); minoribus G^1: maioribus G^2 181 seperat G^1 (*correxisse putabam ipsum librarium, sed etiam B habet* ceperat) 183 primo *om. G: add. Pertz ex Einh.* primo eis .. suadere coepit; *sed* mittens ⟨quosdam⟩ *B* 184 Legatus *in* Legatos *corr.* G^1 191 Illis *B*: Ius G^1, Eius G^2 (*cf. Einh.*: quos eis Amalwinus, unus aulicorum, a rege missus adduxerat) 196 aliquos *in* aliquot *corr.* G^1 197 cum coniurauer̈ *in* cum coniurauere *corr.* G^1 198 disum *in* dirum *corr.* G^1 facimus G^1 199 Ut *G* (*ex v. 198*)

ANNO DCCLXXXVI. INDICTIONE VIII.

Magni decreto Caroli sacrique senatus 786
Missus in occiduas exercitus exiit horas,
Subdere Brettones, gentem tunc forte rebellem.
Insula cuius erat fecunda Britannia dudum
Patria; namque illic habitabat tempore multo,
Cumque novas Angli sedes sibi quęrere vellent
Saxonesque simul, hanc invasere feroces:
Expulsi statim veteres cessere coloni.
Maxima pars quorum fugiens mare transiit atque,
Gallia qua fines habet extremos, ibi tandem,
Fluctibus oceani que proxima viderat, arva
Detinuit; quibus in terris huc usque moratur,
Indicium patriae solo dans nomine priscę.
Haec a principibus Francorum gens superata
Solvere vectigal quamvis invita solebat.
Cum temptaret eo dominorum tempore iussa
Spernere, directus multis cum milibus illuc
Dux Audulfus eam celeri virtute repressit
Et satis edomuit populi fera corda rebellis.
Tum regis regum Christi pietate iuvante
Disposito Carolus regno placidaque per orbem
Undique pace data statuit Romam proficisci,
Necnon Italiae reliquam sibi subdere partem,
Cuius erat victum caput et pars maxima, capto
Iam Desiderio Langobardisque subactis:
Ducatus Beneventanę tantum regionis
Non illi subiectus erat, cui praefuit illo
Tempore dux Aragisus. Eum tunc aggrediendi
Accensus studio partesque profectus in illas
Accelerabat iter; quem non tardare valebat
Vel glacialis hiems solitis iam mensibus instans
Vel via terribiles visu scandenda per Alpes
Montibus in summis, ubi tectae nubibus atris
Ac nive perpetua rupes ad sidera surgunt.
Transcensis quibus Italicas intraverat urbes;
Ex quibus est quedam Florentia nomine dicta,
In qua virginei partus florem veneratus
Christi sanctificum supplex celebraverat hortum.
Inde cito Romam cursu penetrare sategit.
Quo cum suscepti tractans molimina belli
Parvum transigeret tempus, cupiens Aragisus
Hunc auro quem non potuit depellere ferro,
Per natum misit proprium quam maxima dona,

214 simul *cum sequentibus coniungere malim* 217 Callia *G* 218 arma *G*[1] 222 uectigel *in* uectigal *corr.* *G*[1] 245 sanctific/m *G*[1] ortum *BG*[2]; h////m *G*[1]

211 *cf. Ven. Fort. VIII 3, 155 et Alcvinum passim (PAC I p. 235)* 215 *cf. Ovid. met. VI 318.* 238 *cf. Verg. Aen. III 285.*

Suppliciter pacem rogitans. Sed rex sibi longe 786
De rebus ceptis aliter ratus esse gerendum,
Qua prebet latos Campania fertilis agros,
Illuc progressus Capua consedit in urbe,
Gesturus statim bellum, nisi dux memoratus
Prudenti sibimet facto bene consuluisset.
Nam primo firma se clausit in urbe Salerno:
Tum natos utrosque suos, quorum vocitatus
Rumoldus maior fuerat, Grimoldus et alter,
Missis legatis regi contradidit ac se
Ipsius imperiis subiectum mente fideli
Mansurum populumque suum promiserat omnem.
Talibus oblatis Caroli requieverat ardor,
Precipuęque deum metuens, ne christicolarum
Sanguinis effusi posthaec reus ipse maneret,
Abstinuit bello, non iam curans latitantem
Expugnare ducem; necnon et filius ipsi
Concessus maior, minor est detentus, ut obses
Esset apud regem; Beneventanus quoque cunctus
Dedere se populus non distulit obsidibusque
Undenis pro pace datis hoc deditionis
Confirmans foedus per sacramenta spopondit,
Ut Francis rerum dominis serviret in aevum.
  Tunc Romam regressus ovans, ibi pectore lęto
Maxima pascalis celebravit gaudia festi.

ANNO DCCLXXXVII. INDICTIONE VIIII.

Adhuc Romulea dum rex mansisset in urbe, 787
Tassilo legatos Adrianum misit ad almum
Pontificem, quorum fuit Arnus episcopus unus,
Abbas alter erat Hunricus nomine dictus,
Obnixe rogitans, idem mediator ut esset
Inter se et Carolum pacis fideique sequester.
Hoc antistes apostolicus ratus esse decorum,
Ut Petri de sede sacra concordia pacis
Restaurata daret ducibus populisque quietem,
Instanter regem petiit deponere cunctas
Corde simultates. Ad que cum mente benigna
Annueret, ducis ab missis inquirere coepit,
Pactio quo praesens esset firmanda tenore.
Legati nihil iniunctum de re sibi tali,
Sed domino responsa suo, quę rex daret et quę
Pręsul apostolicus, tantum referenda fatentur.
Quapropter tamquam fallacia fraudeque plena
Papa sacratus eos sprevit mandata ferentes,

---

253 Quae G^1 compania *in* campania *corr.* G^1 269 qq *G* 276 romulę *cum nimia litterae e lingua* G^1 278 amus *GB*: *corr. Reineccius*

268 est *ἀπὸ κοινοῦ positum.* 273 *cf. Verg. Aen. I 282.* 276 *cf. III 276. 436 et Ovid. met. XV 625.*

Damnandos etiam statuens anathemate diro, 787
Promissę dudum fidei si rumpere foedus
Temptarent, quod cum Carolo pepigere volentes;
Sicque relinquentes infecta negotia pacis
Ad patriam rediere suam. Rex his quoque gestis
Francorum laetus remeaverat in regionem,
Conciliumque dehinc procerum generale suorum
Intra Wormacię muros collegit, et illic
Decrevit, certo quo disceret experimento,
Utrumnam sibimet memoratus Tassilo vellet
Iuratam servare fidem, subiectus et esse.
Unde suo populos regno produxit ad ipsa
Fortia castra nimis, ternis in partibus omnes
Disponens, Baioarii quo tanta paverent
Agmina; nam terrore magis quam sanguine fuso
Christicolae voluit plebis superare tumorem.
Pippinus regis natus cum milite multo
Italicis illuc fultus legionibus ibat,
Perque Tredentinam sua duxerat agmina vallem.
Ast, orientalis quos hęc in proelia misit
Francia, Saxones etiam tum signa sequentes
Regia, sic iussi quendam Pheringa vocatum
Armati petiere locum, prope litora magni
Danubii, prisco qui nomine dicitur Hister.
Ipse super Lecchum, certus qui terminus amnis
Est inter Baioarios necnon Alamannos,
Urbis ad Augustę confinia castra locavit.
Stipatusque manu valida cum Norica regna,
Tassilo quae tenuit, ferro prosternere vellet,
Undique dux idem circumsessum fore sese
Conspiciens supplex adiit vestigia regis,
Devotis vitam precibus veniamque precatus.
Qui quia natura fuerat mitissimus, illi,
Quem penitus victum vidit humilemque, pepercit.
Foedera prisca tamen rursus Baioariorum
Firmantur populo per sacramenta coacto
Perpetuam spondere fidem seu subditionem.
Preterea regi duodenus traditur obses.
Regressusque dehinc hiberno tempore toto
Mansit in Ingulenheim, sedes ubi regia fulget.

ANNO DCCLXXXVIII. INDICTIONE X.

Cum rex in villa fieri iussisset eadem 788
Conventum procerum sollempni more suorum,
Cum reliquis etiam fuit illic Tassilo praesens.

---

296 calolo G^1; *corr.* G^2 301 uurmacię *G* 305 produxit ad ipsa *Jaffé* (*cf. III 50*): perduxit ad omnes *G* (*cf. v. 306*), perduxit ab omni *B* 306 omnes *Jaffé*: ipsa *BG* 307 baiorii *in* baioarii *corr.* G^1 327 poenitus (*ad analogiam* poenae) *G* 328 *ante* baioariorum *distinguitur in G, ut coniungatur* Baioariorum populo.

313 *cf. Einh.*: orientales quoque Franci ac Saxones.

Quem proprius quondam populus, cui praefuit ipse, 788
Criminibus magnis maiestatisque reatu
Accusans regis merito commoverat iram,
Obiciens primo, quod foedere deditionis
Neglecto, quo subiectum seu pectore fidum
Se fore iuravit, donis crebroque rogatu
Instigans Hunos Francis ita fecerit hostes,
Ut vellent sumptis vastare ferociter armis
Illorum fines Carolumque lacessere bello.
Eius ut hoc faceret Leutberga suaserat uxor,
Quę, Desiderii fuerat quia filia regis,
Post patris exilium Francis inimica manebat,
Femineique gerens odii sub pectore flammas
Mittere ⟨iam⟩ populos in summa pericula pravo
Consilio studuit, non curans sanguine quanto
Humani generis fuso quot utrimque perirent
Milia, dum tantum Francis inferre labores
Bellorum satagens necnon dispendia rerum
Ulcisci patrem tali ratione valeret.
Pręterea dictis seu factis pluribus illi
Obiectis, quibus indicio clarebat aperto,
Quod violata fides esset, quod foedere spreto
Tassilo molitus fuerit contraria regi,
Ipse nihil horum vel coeperat inficiari
Vel poterat, sed convictus noxae capitali
Dampnatur poena. Merito sic evenit illi,
Consilium quisquis fuerit muliebre secutus.
At regis pietas dampnatum protinus illum
Absolvit retrahens ipso de limine mortis
Et factum monachum servare monasteriale
Propositum iussit. Iuvenis quoque natus ab illo
Nomen habens Theodo genitoris fata secutus
Contemplativę susceperat otia vitae.
At vero Huni, studiis gens aspera belli,
Praefato promissa duci complere studentes
Instructis exercitibus coepere duobus
Francorum regni fines invadere quosdam.
Italiae partes unum penetraverat agmen,
Quaque Foro nomen dederas, clarissime Iuli,
Urbis ad eiusdem confinia venerat hostis;
Invasit Baioarios exercitus alter.
Sed frustra, totus quoniam conatus inanis
Is fuerat, victique loco ceduntur utroque.

---

343 fecerit G^1; *eodem atramento supra* i *scripta est maiuscula* Λ, *vix ab ipso librario, qui minuscula forma uti solet; cf. V 92* 350 iam *ss.* G^1, *ut videbatur:* que *B* (*ut in communi archetypo vocem intercidisse facile conicias*) 366 E G^1 368 Nomens habens G^1 facta *BG; corr. Pertz; neque enim Einh. Theodonem seditionis paternae participem fuisse scribit*

345 *cf. Verg. Aen. XI 842.* 349 *cf. Ovid. met. VII 17; unde tamen non est cur scribamus* femineoque 370 *cf. IV 164 et Verg. Aen. I 14* 371 complere: *secundieren*

His quoque temporibus Grecorum nobile rexit 788
Imperium Constantinus, qui splendidus ortu
Debitus augustis patribus successerat heres.
Qui iam preterito missis oraverat anno
Legatis, ut se generum dignantis habere
Susciperet natam Caroli sibi consociandam
Foedere coniugii; sed spes frustrata petentum
More leves solito Grecos commovit in iram.
Hinc dedit augusto pariter sua curia tale
Consilium, penitus quo non pateretur inultum,
Quod rex contempsit Carolus praestare petitos
Virginis amplexus illi, cui summa potestas
Mortalem vix esse parem permitteret ullum.
Ob hoc praefecto, cui procurare Sicanas
Officium fuerat regiones, nomine dicto
Theodoro, iunctis ducibus quoque pluribus illi,
Hoc opus edicto mandaverat imperiali,
Ut sibi contiguas vastaret protinus horas
Regni Francorum, sic incentiva moveri
Disponens belli generalis suscipiendi.
Sed cum primores Grai sibi iussa secuti
Hesperium litus forti cum classe petissent,
Ut Beneventane villas regionis et urbes
Depopularentur ferro flammaque voraci,
Occurrere duces Caroli, quibus illa tueri
Cura fuit loca: praecipue Grimoldus in ipso
Dux anno factus patre pro defuncto Aragiso:
Necnon Spoleti rector cum milite multo
Hildibrandus ad hoc bellum properabat agendum.
Cumque novos hostes opibus numeroque potentes
Ignotos lingua celebris iam fama referret
Adventasse maris traiecto gurgite vasto,
Urbibus Italicis ex pluribus arma suasit
Obvia ferre viros coniunctis viribus omnes,
Ut sibi consulerent praedonibus inde repulsis.
Quo motu prorsus concussa Calabria tota
Vix umquam fertur similes spectasse tumultus,
In qua conseritur pugne certamen utrimque
Ingenti studio; sumit pars iusta tropheum,
Cedit Achiva cohors, Danaum dant terga phalanges:
Grecorum quoniam semper gens strenua lingua,
Pigra manu tantum facilis solet esse movendis,
Sed bene tractandis haud extat idonea bellis.
Victores igitur Caroli rediere fideles

---

405 cora *in* cura *corr.* G^1 416 similes// specta G^1 (suspecta G^2): *quod Jaffé coniecit satis audacter* similes spectasse (spectata *praeeunte Pertzio*), *id ipsum habet B* (*cf. V 481*); perpessa *coll. IV 252 ego conieceram voces similes inter se confusas ratus; sed videtur lectio* G^1 *orta ex hac correctione archetypi* simil(specta)esse 417 sq. *distinxi* 420 somper (?) *in* semper *corr.* G^1

383 *cf. V 275 sqq. et Einh. ad a. 786 extr.* 403 *cf. III 19 et V 452; Iudicum 20, 48.*

Hostibus innumeris caesis; praeda quoque multa 788
Et captivorum turba sua castra replentes
Absque gravi dampno magnum cepere triumphum.
Tum Baioariam se contulit in regionem
Rex Carolus, cunctisque suis cum finibus ipsam
Disponens commendavit rectoribus aptis.
Et rediens in Aquisgrani, quam condidit ipse
Aulam magnificam, sibimet gratissima festa
Natalis domini, sanctum quoque pascha peregit.

ANNO DCCLXXXVIIII. INDICTIONE XI.

Gens est Slavorum Wilti cognomine dicta, 789
Proxima litoribus que possidet arva supremis,
Iungit ubi oceano proprios Germania fines.
Haec Francis inimica nimis cum tempore multo
Esset, eis vel subiectos vel foedere iunctos
Sclavorum populos sibimet regione propinquos
Insectans odiis, bello quoque sepe premebat.
Nec potuit tolerare diu hoc inclitus archos,
Sed populis secum variis legioneque multa
Assumpta gentem studuit penetrare procacem.
Cui per Saxonum terras iter istud agenti
Albia traiciendus erat latissimus amnis.
Illic immensum positis in litore castris
Est opus aggressus, celeri quod fine peregit:
Nam gemino stravit quam maxima ponte fluenta
Et caput ipsius vallo munivit utrumque,
Imponens et praesidium, ne forte regresso
Quis prohibere viam super alto flumine stratam
Lignorum rupta fragili compage valeret.
Exin Wiltorum terras invaserat amne
Transmisso, quas cum ferro vastaret et igni,
Barbaricum subito domuit terrore tumorem.
Denique Francorum multis ubi castra referta
Conspiciunt populis Wilti, fortissima quamvis
Gens foret et numero pollens, certamina belli
Omnimodis fugiens se dedidit ilico regi:
Inprimis rex Dragawiti, quem nobile clarum
Prę reliquis fecit genus et maturior aetas.
Namque propinquaret cum rex illius ad urbem,
Obvius ipse suo pariter processerat omni
Cum populo, Caroli sese tradens dicioni.
Sic quoque cum ducibus gens et primoribus illa
Cuncta suis servituram se mente fideli

---

426 in agnum G^1 427 baioiriam *in* baioariam *corr.* G^1 431 sibimet *cum praecedentibus coniungit Jaffé incisione neglecta* 435 oceano (e *ex* a) G^1 444 traicendus *in* traiciendus *corr.* G^1 453 quas *B*: quā *G* 456 *ante* uuilti *dist.* *G*

439 *i. e. odiis belloque* 457 sq. *cf. III 239 sq.*

Francorum dominis dans iuramenta spopondit. 789
Tum rex obsidibus, quos iusserat ipse, receptis
Et simul hoc populo tali ratione subacto,
Tramite quo venit, memoratum rursus ad amnem
Felici cursu rediit; cunctisque reductis
Per pontem propriis legionibus ipse reversus
Wormatia tempus hiemis transegit in urbe.

ANNO DCCXC. INDICTIONE XII.

Hic modo, Musa, novam Caroli deprome quietem. 790
Est hic primus enim, postquam regnaverat, annus,
Quo non cum propriis foret in longinqua profectus
Militibus, seu diversos ut sterneret hostes,
Aut aliis quoque pro causis ac rebus agendis.
  Cui cum Wormatiae tandem residere liceret,
Illic Hunorum missos audivit, ad illos
Ipse suos etiam misit. Nam maxima causa
Hos inter populos litem commovit atrocem,
Dum, quo regnorum confinia certa suorum
Esse loco veteri deberent iure statuta,
Ingenti studio disceptaretur utrimque;
Haec et origo fuit belli, quod posteriori
Tempore cum Hunis Franci gessisse probantur.
  Sed rex nec spatium torpere per otia parvum
Dignatus, semper sed strenuus indole mentis,
Est aggressus iter Moinum navale per amnem,
Ascenditque per hunc, donec prope moenia venit
Magna palatinę sedis Salt nomine dictae
Nascenti vicina Salę; nam fluminis huius
Rivus adhuc modicus haec ipsa palatia cingit,
Vix raucum per saxa ciens resonantia murmur.
  Dispositis ibi rebus aqua redeundo secunda
Wormatiam petiit; qua cum per tempora brumae
Mansisset, subito regales funditus aedes
Illic constructas noctu consumpserat ignis.
Ipse redemptoris nati passique sacrata
Festa gerens ibidem veris transegerat ortum,
Expectans, vestita foret dum gramine tellus,
Fronderent silvae, possent et sole sereno
Educi de diversis regionibus apte
Ad bellum gentes variae populique vocati.
Namque novum rursus voluit certamen inire
Atque labore gravi modicam mutare quietem.

---

475 in *ss.* *G*[1] 478 uuormatia *G*[2] 482 Cum *B* 483 iurę *G* 491 dicta *BG*: *correxi; cf. IV 95. 152* 503 educi de *B* (*cf. II 13 sqq.*): ed cęde *G*[1], et cęde *G*[2] 504 uocati *G*[1]*B*: uocari *in G ab ipso librario factum putabam*

494 *cf. Ovid. met. VIII 18 (= Verg. Aen. III 432) et XIII 567.*

ANNALIUM DE GESTIS CAROLI MAGNI IMPERATORIS LIBER SECUNDUS EXPLICIT. INCIPIT III.

(ANNO DCCXCI. INDICTIONE XIII)

Aurea siderei transcendere cornua Tauri 791
Fulgentesque polo iam sol intrare Laconas
Coeperat, et gelidis breviatę noctibus umbrae,
Auraque productę spatio iucunda diei
Florenti semper studiis animoque vigenti
Dant gratum Carolo tempus, quo viribus uti
Posset et ad bellum proprias educere turmas.
Qui post annorum centena volumina cursu
Septeno transacta, decem quoque circiter annis
Emensis novies, postquam deus est homo natus,
Hoc fuit aggressus Hunos certamine primo.
  Nec sibi cunctandum ratus est, quin redderet illis,
Quam meruere vicem; veteris hoc denique causę
Poscebant odii. Nam gens dum floruit illa
Innumeris dominans aliis, quas subdidit armis,
Tum Francis inferre malum persepe solebant.
Sic veteres memorare solent, quod funditus olim
Illorum terras immani cęde furentes
Vastarint, dederintque voracibus omnia flammis
Oppida, rura, domos, urbes, coenobia, villas.
Nam furor hostilis voluit nec parcere sacris
Aedibus, et regno vix una remansit in illo
Mettenses intra muros constructa decenter
Ecclesia Stephani, martyr qui primus habetur.
Denique continuis Francos compluribus annis
Sic impugnabant Huni, rex donec eorum
Attila, multorum totiens victor populorum,
Feminea periit dextra sub Tartara trusus.
Namque ferunt, quod eum vino somnoque gravatum,
Cum nox omnigenis animantibus alta quietem
Suggereret, coeptis crudelibus effera coniunx
Ducens insomnes odiis stimulantibus umbras
Horrendo regem regina peremerit ausu;
Ulta necem proprii tamen est hoc crimine patris.
Hoc res Hunorum tristi velut omine lapsa
Post rediit retro, nec prosperitate priori
Sunt post hęc usi; prius oppressere profani

III *Inscriptionem ita exhibet G* 2 Lacones *Jaffé, sed lectio cod. G confirmatur etiam errore Bruxellensis, qui habet* lacunas; *cf. Martialem IX 3, 11* 5 florenti semper *B*: florentis ē. p *G*[1], florens ē *G*[2] 13 veteres *Reineccius* 27 attilo *G* 31 surgeret *G*[1] 35 homine *G*[1]

III 1 *cf. Verg. Georg. IV 371.* 14 sqq. *cf. Gregor. Turon. hist. Franc. II 6 (p. 68 ed. Arndt).* *PERTZ* 26 sqq. *cf. W. Grimm, deutsche Heldensage* [2] *p. 9; Jordanes Getic. 49, 254 (p. 123 ed. Mommsen) Attilam* vino somnoque gravatum *inter nuptias periisse dicit sanguine faucibus illapso; Alboinum (cf. Pauli diac. hist. Langob. II 28 SRL p. 88) et Attilam confusos censet Pertz.*

Christicolas Francos antiqui temporis aevo, 791
Castigante deo caros sibi more benigno.
Ergo patrum cladis nota mansit inusta nepotum
Pectoribus, servans irae monimenta vetuste.
Tum nova praeterea de causis orta simultas
Iam dictis animum Caroli commovit, ut illos
Francorum totis cum viribus aggrederetur.
Protinus edicto producitur imperiali
Ex cunctis ingens populis exercitus illi
Subiectis; et cunctarum validissima rerum
Copia, quas tanti belli instrumenta gerendi
Poscebant, vigili cura studioque paratur.
Sed numerosa nimis quoniam produxerat ex hoc
Agmina, per partes eadem seiunxerat, ac sic
Pannoniam, gens Hunorum quam seva tenebat,
Tramite distantem longo penetrare sategit.
Tunc unam populi partem comiti Theodrico,
Atque Magenfrido, ducibus hoc tempore primis,
Committens, aquilonales per fluminis horas
Danubii praecepit eos iter accelerare:
Ipse per australis tendebat litoris agros,
Milibus innumeris stipatus et agmine forti.
In medio fluvius cunctis alimenta vehebat
Agminibus regis speciosa classe repletus,
Quam Baioariis fuit ingens cura tueri;
Ipsos in ratibus descendere quippe secunda
Iussit aqua. Sic ad fluvium rex venit Anesum,
Qui medius Baioarios seiungit et Hunos.
Hunc iuxta positis per prata virentia castris,
Communi voto ternis statuere diebus
Suppliciter celebrare preces ac pectore toto
Auxilium regis regum deposcere Christi,
Ut coeptis pius annueret, quo cuncta darentur
Prospera, tot populis in tam longinqua profectis,
Munitis signo fidei, contraque nefandos
Gentiles felix fieret certamen agendum.
Atque dehinc motis memoratę proelia castris
Intulerat genti. Cuius munimina statim
Pulsis praesidiis destruxerat, ex quibus unum
Non operis parvi Cambus praeterfluit amnis,
Atque super dictum Cumberg munitio montem
Altera pregrandi fuerat circumdata vallo.
Destructis utrisque tamen cum robore forti,
Aequatisque solo, ferro vastabat et igni
Hostiles late terras, ad hostia donec

---

38 aeui G^1 49 uigili *B* (*cf. V 28. 417. 554*): virili *G* 50 pduxerat G^1 59 fortis G^1B 61 *in G neque post* regis *neque ante distinctio extat* 62 baioarios *in* baioariis *corr.* G^1 66 positos G^1 (*propter* iuxta) iurentia G^1 68 ac *G*: et *B* 75 munimina BG^4: numina G^1 82 hostia G^1, *quod metro vindicatur;* ostia G^2

Perveniens Arrabonis, qua fertur in undas 791
Danubii, lassis ibidem statione locata
Militibus parvum dederat requiescere tempus.
Sic ubi Pannonię fuerat pars maxima latę
Divitiis spoliata ⟨suis⟩ ac tradita flammis,
Incolumem victor populum rex inde reduxit.
Cui fuit hostilis hęc tota profectio plane
Prospera, res in ea nec contigit ulla moleste;
Excepto, quod tanta lues eius legionis,
Quam rex duxit, equos morbo consumpsit atroci,
Ut decimam partem vix de tot milibus huius
Expertem cladis tradant potuisse reduci.
  Rex autem ⟨rediens⟩ Reginum, quam Reganesburg
Nunc vocitant, ibidem natalis gaudia Christi
Cordeque sacratum celebravit pascha fideli.

ANNO DCCXCII. INDICTIONE XIIII.

Celsa Pyrenei supra iuga condita montis 792
Urbs est Orgellis, praesul cui nomine Felix
Prefuit. Hic heresim molitus condere pravam
Dogmata tradebat fidei contraria sanctae
Affirmans, Christus dominus quia corpore sumpto
Est homo dignatus fieri, non proprius ex hoc
Sed quod adoptivus sit filius omnipotentis.
Responsumque Toletano dedit hoc Helipando
Pontifici, de re tanta consultus ab ipso,
Atque suum scriptis defendere dogma libellis
Omni quo potuit studio curavit et arte.
Hinc ad catholici deductus principis aulam
(Idem Regino nam tum hiemabat in urbe)
A multis ibi presulibus synodoque frequenti
Est auditus et errorem docuisse nefandum
Convictus; post hęc Adriano mittitur almo,
Sedis apostolicae fuit hoc qui tempore praesul.
Quo praesente, Petri correctus in ęde beati,
Pontificum coram sancto celebrique senatu
Dampnavit Felix prius infeliciter a se
Ortam perfidię sectam meruitque reverti
Ad proprię rursus retinendum sedis honorem.
  At Baioaricis aestivum tempus in horis
Dum rex duxisset, suprema pericula poene
Incurrit, nisi quod pietas divina resistens

---

85 latę *G* 87 suis *om.* *G*: *add. Reineccius;* diviciis regno spoliataque tradita flammis *B* 92 aequos *G* 95 rediens *om.* *G*: *addidi* (*cf. II 160. 430;* ⟨veniens⟩ *Reineccius*, ⟨venit⟩ *B*) *ex Einh.* ipse autem cum Reginum venisset regenesburg *in* reganesburg *corr.* G^1 97 sacramentum *in* sacratum *corr.* G^1 DCCCXCII *G* 98 luga G^1; *cf. III 521. IV 76* monta *in* montis *corr.* G^1 99 nominae *G* 108 patuit G^1; *corr.* G^2 109 aulam (l *ex* a *corr.*) *G* 110 regino BG^1 (*cf. v. 95 et Einh.* apud Reginum): regina G^2 119 A *in* Ad *corr.* G^1

96 *cf. III 191.* 109 *cf. III 199.*

Ausibus humanis sęvas everterat iras. 792
Horror inest animis tales recolentibus ausus,
Quod fuerit rutilum Francorum tam prope lumen
Extinctum, facinus vel concepisse malignos
Tantum mente viros. Carolum nam tradere morti
Omnimodis satagunt; hinc coniuratio fertur
Inter Francorum proceres crudeliter acta.
Precipue regis (Pippinus nomine natus,
Obscuro generis) materni sanguine cretus,
Sed plus nequitia morum quam degener ortu,
Auctorem sceleris demens se prebuit huius.
Non tamen hoc odium regem meruisse vel ipse
Hostis iure queri poterat, regina sed atrox
Ac sęvum gestans animi Fastrada tumorem
. . . .
. . . .
Insidiatores partim suspenderat illos
Informis loeti laqueus; natoque pepercit
Rex tantum proprio tonsumque monasteriali
Proposito purgare scelus iussit meditatum.
  In Baioarica vero regione moratus
Instabat princeps navalem condere pontem,
Qui per Danubium bello prodesset agendo,
Quod contra saevos olim susceperat Hunos.
Hinc et natalem domini celebraverat illic
Ipsius et merito clarissima festa triumpho,
Quo pariter vicit mortem mortisque ministrum.

ANNO DCCXCIII. INDICTIONE XV.

Cum rex ad coeptum statuisset conficiendum 793
Belli certamen Hunos invadere rursus,
Comperit, extinctas Theodricus dux legiones
Quas per Fresonum pagum Hriustri vocitatum
Ducebat; nam Saxonum periere dolosis
Insidiis captae Wisure prope litora pulchra.
Dissimulans igitur tanti infortunia dampni
Intermisit iter, quo disponebat adire
Pannonias et cum Hunis committere pugnam.
  Interea suasere, sibi qui nota ferebant
Talia, quod, fluvios inter, Radantia quorum
Unus habet nomen sed et Alcmona dicitur alter,
Si fieret tantus fossa tellure paratus
Alveus, inductis ambos dum tangeret amnes

---

130 *defectum statui et sententiae tenorem adumbravi profectus a lectione G*[1] materni (*vulgo* materno *cum BG corr.*); *careri non potest Pippini nomine; pro* materno *coniecit* nativo *Duchesne*, maior de *Jaffé (sed praepositio apud Vergilium solet abesse; cf. Ribbeckium ad Aen. IV 191)* 135 *defectum agnovit Simson; cf. Einh.* partim gladio caesi, partim patibulo suspensi; *fort. etiam Fardulfi nomen intercidit* 143 contra / saeuos *G* 152 pulchrae *GB*: *corr. Jaffé; cf. II 339*

137 *cf. Verg. Aen. XII 603.* 137 sqq. *cf. Einh. v. K. 20.*

Gurgitibus, posset puppes ut ferre natantes, 793, 15
In Rhenum de Danubio celer efficeretur
Et facilis cursus ratibus. Radantia namque
Se Moino, Moinus Rheno miscere probatur;
Alcmona Danubii rabidis illabitur undis.
Consilium credens igitur sibi dantibus istud,
Ipse locum princeps operi quem credidit aptum
Expetiit tanto; multis quoque milibus illuc
Conductis operatorum, simul omnia poene
Autumni studio consumpsit tempora casso.
Attamen in longum passus duo milia ducta
Fossa fuit, pedibus tercentum lata patebat;
Sed non perfectum poterat consistere prorsus
Hoc opus, assiduus quoniam nimis offuit imber
Et naturalis terram dissolverat humor,
Egestumque fuit quantum sudore diurno,
Rursus humi tantum rediit sub nocte relapsae.
Cumque lutum semper madidis incresceret arvis
Alveus et firmo constaret litore nusquam,
Ima petens inmensa palus per lubrica fluxit
Ac densum scrobibus caenum subsedit in altis;
Cum tamen in coepto persisteret ipse labore,
Hunc tristi tandem fama revocante reliquit.
Est totius enim subito defectio gentis
Saxonum rursus bellum narrata moventis;
Preterea Sarraceni permaxima damna
Intulerant quedam regni confinia ferro
Vastantes, ducibus Francorum denique caesis
Cum spoliis laetoque nimis rediere tropheo.
Tum rex adversis commotus talibus inde
Ad Francos rediit, natalis gaudia Christi
Devote celebrans Moini prope clara fluenta,
Qua locus insignis Kiliani martyris almi
Nomine seu meritis fulget; sanctum quoque pascha
Est in Franconoford magno veneratus honore.

ANNO DCCXCIIII. INDICTIONE I.

Dira venenifere conatus semina sectae, 794
Quae Felix infelici male sparserat ausu,
Vellere de sacro domini radicitus agro,
Catholicus princeps synodum celebrare vocatos
Undique pontifices iam dictam fecit ad aulam.
Necnon affuerat Stephanus cum Theophilacto;
Nam fuit antistes sedis legatus uterque

164 Se moino *B et teste Pertzio* G^1 (*ego iam nihil dispexi lectionis primariae praeter punctum ante* moinus *positum*): Illic se *in ras.* G^2 167 pinceps G^1 177 relapsae G^1: relapsa G^2, relapsi *B* (humum *masculini generis esse ratus*); *cf. Einh.* quantum interdiu terrae a fossoribus fuerat egestum, tantum noctibus humo iterum in locum suum relabente subsidebat 181 scrob/bus G^1 183 famare vocante (*sic*) G^1 189 loetoque *G* 192 caelebrans *G* 193 martyiris G^1 195 franconoford (*ut vid.*) *cum* d *unciali G*

Romane, quos papa sacer mittens Adrianus 794
Rite suam servare vicem mandaverat illic.
Tunc igitur cuncti cum decreto generali
Hanc condemnarunt heresim: scriptusque libellus
Est illam contra, quem confirmaverat ille
Pontificum coetus simul et subscripserat omnis.
Annis praeterea synodum non pluribus ante
Constantinopoli celebrari fecit in urbe
Grecorum princeps, qui Constantinus habebat
Nomen, et eiusdem genetrix Herena vocata,
Et condixerunt, ut septima seu generalis
Appellaretur. Sed eam non nomine tali
Dignam concilium pariter cognoverat istud,
Utque supervacuam spernendam censuit esse.
  Tunc ibi regalis Fastrada migraverat uxor
Hac ex luce, diem tandem sortita supremum;
Cuius in Albani speciosa martyris aede,
Iuncta Mogontiacae fulget quae moenibus urbis,
Cum magno fecit sepeliri corpus honore.
  Atque dehinc Carolus cunctis hoc ordine gestis
Foedifragis rursum Saxonibus intulit arma
Ac geminis exercitibus decreverat ipsos
Instructis terrore simul ferroque domare,
Ut cito gens bellis succumberet una duobus,
Ex quibus haud unum penitus sufferre valeret.
Regis ab australi properabant agmina parte,
Saxonum miseras late vastantia terras;
Filius ipsius Carolus traiecerat undas
Rheni, quem comitabatur delecta iuventus,
Invadens ex occidua regione rebelles.
Quos statim terror merito pervaserat ingens;
Et, magni quamvis campi per plana Sinothfeld
Collecti pugnaque forent certare parati,
Hoc animi cecidere metu nec spes erat illis
Ulla resistendi Francis, quos tot populorum
Agminibus fultos vinci non posse videbant.
Protinus omisso sese certamine belli
Subiciunt regi, iuramentis quoque firmant
Obsidibusque datis haec foedera deditionis.
  Ipse regressus Aquasgrani (sic regia sedes
Inclita nomen ⟨habet⟩, nec non vocitatur Aquensis)
Illic more suo celebravit tempora sancta,
In quibus est unita deo substantia nostra
Morsque redemptoris mundum reparaverat omnem.

215 conciliā *in* concilīv *corr.* G^1 216 esse *Jaffé*: iste *G*, istud *B* 218 diem lucem *in* diem *corr.* G^1 220 moinibus (*v. 164*) *in* moenibus *corr.* G^1 227 pęnitus *G* 229 uastatia G^1; *corr., ut vid.,* G^2 239 protinus (tinus *in ras. m.* 2) *G* 240 subitiaint (ci *above* ti) G^1 (*i. e.* subiciunt); *volueral primo* subitiant 243 habet *B*: *om. G*

209 *cf. Einh.* ante paucos annos. 231 *cf. Verg. Aen. IV 130.*

ANNO DCCXCV. INDICTIONE II.

Cum nimium suspecta foret gens facta rebellis 795
Saxonum totiens, crebro quoque foedere rupto
Sub iusta regis ditione quiescere nolens,
Haud ullum respirandi dare censuit illi
Atque rebellandi spacium fortissimus archos.
Sed rursum terram populans hostiliter ipsam,
Eius in extremo tandem prope limite castris
Consedit positis, vicus qua nobilis extat
Nomine Bardonwich dictus, quo iusserat ad se
Pergere Sclavorum proceres sibi foedere iunctos.
Illic adventum quorum dum forte maneret
Operiens, ex his extinctum comperit unum;
Rex Abodritorum fuit is cognomine Witzin,
Iussus et ut fuerat, regem dum vellet adire,
Incidit insidias, illi quas ante pararunt
Saxones, quoniam Francis novere fidelem.
Hinc irae stimulis animo commotus amaris,
Eiusdem regionis agros villasque feroci
Quam late ferro populari iussit et igni.
  Tunc ex Hunorum quidam primoribus illuc
Tudun habens nomen venit per longa viarum,
Velle fatebatur regi qui subdere sese
Et Christo domino devota credere mente.
  Hinc in Aquasgrani Carolus remeaverat aulam
Ac memorata prius supplex ibi festa peregit.

ANNO DCCXCVI. INDICTIONE III.

Sedis apostolicae sublimis culmine praesul 796
Hoc Adrianus ab hac vita decesserat anno.
Post quem sortitus summum Leo pontificatum
Confestim claves, quibus est confessio sancti
Conservata Petri, vexillaque miserat urbis
Romuleae Carolo pariterque decentia dona;
Admonuitque piis precibus, quo mittere vellet
Ex propriis aliquos primoribus ac sibi plebem
Subdere Romanam, servandae foedera cogens
Hanc fidei sacramentis promittere magnis.
Missus ad hoc Angilbertus, qui corpore sancti
Richarii clare decoratam rexerat abbas
Ecclesiam, pariter regalia detulit illuc
Devote sancto misit que munera Petro.
Nam spoliata fuit Hunorum regia, Hringum
Quam vocitant; hanc dux Erichus hoc ceperat anno,

---

259 wizin *B*, uuitzun *G* (*cf. Einh.* Witzinum regem Abodritorum) 267 per *B* : pro *G* 286 regio *G*[2] *praeter versum; cf. v. 302 et Einh.* spoliata Hunorum regia, quae Hringus vocabatur

284 pariter *sc. atque pontificis legati Carolo.*

Multimodos etiam regi devexerat inde 796
Thesauros, aevo quos collegere vetusto
Innumeris crebro spoliatis gentibus Huni.
Ex quibus est Romam tunc maxima copia missa;
De reliquo summos proceres aulaeque ministros
Multum larga manus ditavit principis omnes.
His gestis iterum rex Saxonum regiones
Invadens late vastaverat, atque reversus
Victor Aquisgrani brumali tempore mansit.
At dux Italiae Pippinus regia proles,
Adiunctis Baioaricis legionibus illi,
Hunis intulerat bellum, sic patre iubente.
Cum quibus eventu certamina prospera laeto
Trans fluvium Tizan gessit, cunctisque fugatis
Hostibus a Francis Hunorum regia tota
Est aequata solo, quam Hringum diximus ante.
Cuius poene gazę gentis tunc funditus omnes,
Magnus erat quarum numerus, cunctęque priorum
Diripiuntur opes regum, quas depopulantes
Plures in variis sacras regionibus aedes
Temporibus multis male congessisse feruntur.
Tunc quibus ablatis tam clari iure triumphi
Ad patrem victor memorata venit in aula
Pippinus; regni cui thesauros spoliati
Attulit exuviasque ducum vexillaque capta.
Cum quo iam dictus Tudun quoque venerat illuc
Promissisque fidem propriis adhibere sategit;
Cum toto comitum numero baptisma suorum
Percipiens, etiam per sacramenta spopondit
Se fore subiectum Francis fidumque per aevum;
Sed postquam rediit, mutans promissa fidemque
Perfidię luerat parvo post tempore poenas.
At rex sollempni voto celebraverat illic
Tempora, quę Christus nascens moriensque sacravit.

ANNO DCCXCVII. INDICTIONE IIII.

Cum pulchro renitens ortu clarescerct aestas, 797
Ad regem Sarracenus cognomine Zatus
Adveniens a se pervasam reddidit urbem,
Barzinona cui nomen. Nam limite structa
Constat in Hispano, vario cogenteque casu
Nunc Sarracenis fuerat nunc subdita Francis;
Perque ducem tandem memoratum reddita, qui se
Sponte sua pariter Carolo permisit et urbem,
Francorum subiecta fuit post hęc ditioni.
Inde suum gnatum Hludowicum nomine, regem

300 leto *B*: lato *G* 315 paptisma *in* baptisma *corr.* *G*[1]

297 *cf. III 492.* 303 ante, *sc. III 286.* 313 iam dictus, *sc. III 267.* 316 etiam *coniungit* sategit *et* spopondit.

Tunc Aquitanorum, direxit ad obsidionem 797
Oscę; nomen habet sic urbs Hispanica quedam.
Ipseque more suo rursum Saxonibus arma
Intulit, auderent duras ne forte levare
Cervices iterum; quorum vastaverat omnes,
Extremos etiam fines, quos Albia claudit
Et qua diffuso miscent se gurgite salsis
Fluctibus oceani Wisurę pręclara fluenta.
Cumque rediret, Aquisgrani devotus adivit
Regis Abinmage Maurorum filius illum,
Abdelle cui nomen erat. Quem rex ibi clemens
Cum suscepisset, collegerat inde senatum
Et, quo conficeret tandem Saxonica bella,
Consilium prudens iniit, quo tempore toto
Instantis brumae regione maneret in ipsa.
Ergo, suo secum comitatu protinus omni
Assumpto, Wisurae positis in litore castris
Sedit Heristellique locum iussit vocitari;
Hactenus hoc et habet nomen. Terramque per ipsam
Adductos secum populos diviserat, atque
Indigenas licet invitos dare compulit ipsis
Hibernas sedes simul et stipendia cunctis.
Huc ex Italia venit Pippinus ad ipsum,
Hispanis etiam rediens Hludowicus ab horis.
Hunorum quoque legati necnon Hadefonsi
Asturiae regis quam maxima dona ferentes
Ex tam longinquis Carolum terris adierunt.
Hinc est in regnum proprium dimissus uterque
Regalis natus; misit quoque cum Hludowico
Abdellam, qui post patriam deductus et illis
Est commissus, ad hoc quos tunc elegerat ipse
Et quorum fidei se credere non dubitavit.
Rex autem residens in Saxonum regione
Prefatoque loco sanctissima festa peregit,
In quibus indutus processit corpore Christus
Et posuit carnem moriens sumpsitque resurgens.

ANNO DCCXCVIII. INDICTIONE V.

Veris in initio facinus commiserat atrox 798
Saxonum populus quidam, quos claudit ab austro
Albia seiunctim positos aquilonis ad axem;
Hos Northalbingos patrio sermone vocamus.
Nam, pro iustitia legali more gerenda
Cum rex legatos illuc transmitteret, ipsos
Impia foedifrage iugulavit factio gentis.

---

332 tunc ad aquitanorum *G* 338 falsis *G*[1] 340 *distinctionem ante Pertzium vulgatam revocavi coll. I 98 sq. et III 403, etsi in G post* aquisgrani *distinguitur* 343 suscipisset *G* 356 Honorum *G*[1] 365 *ligatura* st *in* festa *diplomatum ritu scripta; est autem versus suae paginae primus* 374 iugalavit *G*

Cumque Godescalcus, regis legatus et ipse 798
Ante dies missus paucos ad regna tenentem
Danorum, Sigifridus erat cui nomen, in ipso
Tempore regrediens foret interceptus ab Hunis,
Auctores huius fuerant qui seditionis,
Pertulerat mortem pariter pro crimine nullo.
  His rex commotus Wisuram properavit ad amnem
Inque loco, quem Munda vocant, sua castra locavit.
Atque necis legatorum iustissimus ultor,
In desertores irę laxavit habenas,
Vastari late sparsis legionibus illam
Precipiens terram. Tum sevus ubique furebat
Miles, ubique cruor rivis madefecerat arva,
Omnibus atque locis increverat horrida clades.
Vulnera, mors, luctus, clamor, fuga, flamma, rapinę
Omnia complebant, donec conpescuit altis
Albia gurgitibus procedere longius arma.
  At Northalbingi, missos inpune peremptos
A se cernentes Caroli (nam regia castra
Haud traiecerunt fluvium) superaddere magnos
Disponunt ausus. Abodritos denique, Francis
Qui tunc subiecti fuerant ac foedere iuncti,
Nisibus ex totis cępere lacescere bello.
Ast illis Abodritorum dux nomine Thasco
Comperto tali motu tulit obvia signa
Consertaque loco pugna, quem Suentana dicunt,
Quattuor hostilis prostravit milia cętus
Ac victos fecit nimia cum clade reverti.
  Cumque regressus Aquisgrani rex esset in aula
Constantinopoli missos suscepit ab urbe
Legatos, augusta suis pro rebus ad ipsum
Quos misit Herena pręces ac dona ferentes,
Nam Constantinus, fuerat qui natus ab illa,
Cum foret inmensa morum gravis improbitate,
A Grecis regni deiectus culmine magnas
Nequitię dederat privatus lumine poenas.
Unus erat missus Michael et presbiter alter
Theophilus; quibus est tandem poscentibus actum,
Ut magna regis pietate Sisinnius, olim
In bello captus, patriam dimissus abiret;
Is germanus erat pręfate praesulis urbis,
Que caput imperii Grecorum nobile fulget.
  His quoque dimissis, Hadefonsi regis ab horis
Hispanis venere viri qui munera magno
Attulerant Carolo, renovantes foedus avitum,

---

378 ab illis *Reineccius; sed cf. F. Kurze NA XIX 330*   418 magna *B (quod et ipse conieceram); cf. III 356 sq.*

403 *i. e. cum regressus esset, Aquisgrani in aula suscepit (cf. app. ad III 340).*   417 *ab oris Hispanis venerunt viri, qui munera Hadefonsi regis afferebant.*

Semper amicitia reges quod iunxerat ipsos. 798
Magna quibus dederat susceptis dona benigne
Ac patriam tali lętos dimisit honore.
  Insule invase Baleares esse feruntur
Hoc anno, quarum Maiorica dicitur una,
Altera nomen habet sermone Minorica prisco;
Has etenim Mauri devastavere pyrate.
  At rex pręfata tempus celebravit in aula,
Quo nasci voluit cęli terręque creator,
Et quo mors mortis fuit infernumque momordit
Reddidit et nobis vitam de morte resurgens.

ANNO DCCXCVIIII. INDICTIONE VI.

O quam triste nefas mortalia pectora crebro 799
Concipiunt, quam precipiti summersa profundo
Nequitiae! dum non leges, non iura verentur,
Horrificos nimium caeci labuntur in actus.
Testis hic est annus, quo res indigna relatu
Crimine Romuleam saevo maculaverat urbem.
Nam sacer antistes mundo venerabilis omni
Civibus a propriis poenas Leo sumpsit atroces.
Credidimus tormenta quidem cessasse piorum,
Iam dudum saevis tortoribus igne gehenne
Damnatis, quos imperii dum sceptra tenentes
Fecerat elatos inmensa potentia secli,
Martyribus cesis implerunt sanguine Romam.
Nunc in pace novi sceleratis ausibus orti
Carnifices ibidem, longe licet inferiores
Iure potestatis, simili sed mente feroces,
Temporibus tantum scelus admisere modernis.
Indicto cum iustitio se publica vota
Cum precibus solvens plebs castigare fidelis
Deberet pariterque suos purgare reatus,
Tum, celebrare volens Christi mysteria cunctis
Pro sibi commissis, sollempni more sacerdos
Vectus equo Lateranensi processit ab aula,
Ad tua Laurenti pergens sacra limina martyr;
Qua decus ecclesię lectus modo ferreus auget,
Virtutis monimenta tuę clarissima prębens,
Quod superimpositus prunis contempseris ignes

438 lęo *G*   439 credimus *BG*[1]: *corr. G*[2]   441 tenerent *et* 443 cesis ⟨qui⟩ implerunt *Jaffé* (*de synaloepha cf. praef.*); quos dum *i. e. 'qui, dum eos' constructione vere latina*   449 pręcibus *G*   453 équo (*i. e.* e quo) *G*

423 insule *dactylum pedem facit; cf. praef. p. 2 adn. 1.*   424 sq. *cf. tamen Einh.* quae nunc ab incolis eorum Maiorica et Minorica vocitantur. *SIMSON p. 304.*   429 *cf. versus de adventu domini (ed. Duméril 1854 p. 282), quos edo emendatos ex cod. Leidensi Voss. Q 69* Christus momordit infernum morsuque deifico laureatus cum triumpho reversus est ad solium; *rhythmum ineditum cod. Leidensis Voss. Q 69 fol. 11 (4, 4)* mordit infernum morsuque deifico turmas inplicat et catervas demonum, *sc. Christus ad inferos descendens; Hrabani Mauri (?) c. 13, 10, 1 (PAC II 253).*   431 *sq. cf. Boet. consol. Phil. I 2, 1.*   447 *cf. III 576.*   450 *letaniis agendis (cf. Einh.) JAFFÉ.*

Corporis, ardescens Christi magis intus amore. 799
Sed neque tale tuum meritum sedare furores
Hostiles potuit, quin, ad tua dum properaret
Antistes summus suffragia sancta petenda,
Insidias illi simul et tormenta pararent.
Cum celeraret iter, turba vallatus iniqua
Crudelesque manus tolerans amiserat ipsum
Effossis oculis lumen, linguam quoque tortor
Pręcidit, nudumque dehinc liquere iacentem
Seminecemque foris, foedatum sanguine multo.
Inque monasterium post hęc deductus Herasmi
Martyris (auctores facti sic nempe iubebant)
Curandi specie fuerat servatus in ipso,
Donec cognoscens Wingisus res ita gestas,
Dux Spoletanus, Romam festinus adivit
Nocteque sublato per murum pręsule sacro
In sua cum iustis deduxit honoribus ipsum.
Qui miserante deo transacto tempore pauco
Amissum recipit visum pariterque loquelam;
Seu quia festinans tortor trepidansque nefandus,
Dum concurrentes metuit non talia turbas
Passuras, sed velle suum defendere papam,
Non, quantum voluit, crudelia facta peregit;
Seu, quod credendum magis est, antiqua redemptor
Per meritum magni renovans miracula Petri
Sanari successorem donaverat eius.
Hęc Winigisus ut ad Caroli dux detulit aures,
Admonitus probitate viri summęque colendo
Ordine sedis apostolicae rex iussit, ut ad se
Glorifico presul deductus honore veniret.
  Egit iter tamen ipse suum, decrevit ut ante,
Saxonum terras adiens ibidemque locatis
Ad Pađarbrunnon multo cum milite castris
Opperiebatur non parvo tempore summi
Pręsulis adventum. Carolus quoque, regia proles,
A patre missus ad eiusdem confinia gentis
Perrexit, lato qua profluit Albia cursu,
Disponenda forent dum forte negotia quędam
Cum Wiltis et Abodritis ac suscipiendi
Saxones aliqui, qui se de partibus illis
Iam delegerunt fidei committere regis.
  Haec satis egregie peragens dum cuncta moratus
Iunior esset in his Carolus, spectatque reversum
Dum videat natum patrio rex magnus amore,
Venit apostolicus terrarum poene supremas

---

458 *distinxi cum B et Kulpisio* 461 s̄c̄ā (*lineola fort. m.* 2) *G* 463 sceleraret *G*[1] 471 winigisus *B* (*cf. III 484*) 474 ipsam *in* ipsum *corr. G*[1] 477 nefandis *G*, nefandū *B*: *correxi* 481 qđ *ss. G*[2] 486 se *in ras. G*[2]; ad //se *G*[1] (*fuitne* sese ?) 496 uultis *in* uuiltis *corr. G*[1] 497 aliqui *G*[1]*B*: aliquos *G*[2], *tamquam coniungendum sit* negotia suscipiendi aliquos Saxones; *cf. Einh.* propter quaedam negotia cum Wilzis et Abodritis disponenda et quosdam Saxones de Nordliudis suscipiendos

Iam penetrans horas. Illi via tanta peracta 799
Visa brevis fuerat, quia compensaverat omnes
Intuitu Caroli, quos pertulit ante, labores;
A quo cunctorum solamina digna malorum
Danda sibi merito spe certa credidit olim.
Namque propinquantem cum primum noverat, illi
Obvius ipse loco de castrorum memorato
Stipatus multis populorum milibus ibat.
Pontificemque vicem Petri, cui claudere cęlos
Et reserare licet verbo, sedemque tenentem
Suscepit cum magnifico reverenter honore.
Cumque dies aliquot laetos ibi duceret, idem
Insinuans pręsul sua quaeque negotia regi
Illius facilem cognovit ad omnia mentem
Concedenda pie, voluit quaecumque precari.
  Inde reducendum digne primoribus illum
Francorum commendavit. Qui iussa replentes
Ingressi pariter Romam sua restituerunt
Omnia pontifici, rursum quo iura regendę
Sedis apostolicae iustosque teneret honores.
  Et post discessum papae rex duxit eodem
Tempora pauca loco, subito cum tristis ad illum
Nuncius interitum procerum mortemque duorum
Detulit, insignes fecit quos maxima virtus.
Unus erat Baioariae comes isque vocatus
Geroldus, qui, cum populum defendere Christi
Conatus bello sęvis obsisteret Hunis,
Finivit vitam fragilem sumpsitque perennem;
Italici vero fuerat dux limitis alter
Nomen habens Erichus, qui post bene plurima gesta
Praelia, post crebro sumptos ex hoste triumphos
Oppugnare Liburnorum contenderat urbem
Tharsaticam, civesque loci, quem robore semper
Invictum novere, dolis ac fraude necarunt.
  At Carolus, quantum tempus permiserat illud,
Saxonum rebus certo moderamine cunctis
Dispositis in Aquisgrani se contulit aulam.
Ad quem Wido comes, cui Brettonum regiones
Commissę fuerant gentis quam sepe rebellis,
Detulit arma ducum, proprio quę nomine quisque
Inscripto dederat; signum fore deditionis
Hoc statuere suę Francis servire coacti.
Nam sociis comes ille suis cum pluribus ipsam
Hoc anno penitus terram lustraverat omnem,
Corda domans belli terrore ferocia grandi.
Et iam perpetuo Brettones iure subacti

---

505 caroli (li *in ras. m. 2*) *G* 517 pręcari *G* 521 *dist. Traube* lura G^1 regend// G^1; *corr.* G^2; *cf. IV 306* 524 //pauca (*eras.* lo) *G* 542 dudum *in* ducum *corr.* G^1

504 sq. *cf. V 487, ubi tamen* intuitu *metaphorice capiendum est.*

Parerent Francis, si non promissa fidemque 799
Perfida fallacis mutassent pectora plebis.
  Tunc quoque Sarracenus Azan cognomine dictus
Direxit Carolo claves, cui prȩfuit, urbis
Oscae (sic illam vocitavit barbara lingua),
Magnaque dona simul mittens hanc tradere sese
Promisit, si tempus ad hoc contingeret aptum.
  Tunc Hierosolima monachus directus ab urbe
Inmenso nimium spacio terrȩque marisque
Transcurso regi munus preciosius omni
Auro detulerat, mittente pio patriarcha
Pignera sancta loci, Christus quo carne sepultus
Morte resurrexit victa, quo gaudia mundo
Angelus hȩc caeli missus narravit ab arce.
Rex quoque natalem domini celebravit in aula
Iam dicta, monachumque dehinc remeare volentem
Absolvit, comitemque simul coniunxerat illi
Zachariam, regalis erat qui presbiter aulȩ;
Per quem magna locis misit donaria sanctis
Atque viris inopem vitam ducentibus illic
Et mala perpessis mundi sub nomine Christi.

ANNO DCCC. INDICTIONE VII.

Martia cum medios explessent tempora cursus, 800
Phebus et initium mundi totius et anni
Arietis aetherii gradiens in signa notaret,
Florigerum rediit hiemis ver aspera pellens,
Frondibus exornans silvas et prata virenti
Gramine, dans avibus voces, augmenta diebus.
Tum decus egregium mundi, lux clara moderni
Temporis, ex aula Carolus progressus Aquensi
Oceani litus, nomen cui Gallicus extat,
Lustrabat classemque mari perfecit in ipso,
Infestum quod Northmanni fecere pyrate,
Iam tunc Francorum nimium gens noxia regno;
Inque monasterio, sancti quo membra quiescunt
Richarii, celebravit ovans sollempnia paschae.
  Tramite tum cepto properans pervenit ad urbem
Turonicam. Martine tuam sanctissime tumbam,
Qui confessor apostolica virtute choruscus
Effulges, adiit quȩrens suffragia supplex.
Coniugis hic illum tristis valitudo morari
Compulit; extremas ibi vitȩ clauserat horas,
Moribus et vitae merito laudabilis omni;

559 pariarcha *G* 571 *fort.* et aevi; *mundum enim, dum sol in Arietis signo versatur, creatum esse credebant.* 572 notaret *B*: tonaret *G* (*cf. V 194*) 581 noxa *G* 590 laudabilis *G* (lis *in ras. m. 3*) *fort.* omnis

565 sqq. *cf. Einh. v. K. 27. JAFFÉ.*

Cui nomen Liudgardis erat. Tum funere digne 800
Illic curato tumulique decore peracto
Ipse Mogontiacum rediit primisque suorum
Undique collectis ibi conventum generalem
Fecerat Augusti circa primordia mensis.
Tunc et in Italiam multis iter aggrediendum
Condixit populis, illuc quos pergere secum
Decrevit. Quod distulerat non tempore longo,
Agmine delecto sed eo comitante profectus
Moenia famosę petiit pręclara Ravennę.
Cumque dies esset septem non amplius illic,
Pippinum regem gentis cum milite multo
In Beneventanae direxerat oppida terrę
Ipseque Romanas ibat devotus ad arces.
Obvius huic ad Nomentum Leo papa sacratus
Venerat, et gaudens multum veneransque recepit,
Quem defensorem solum sibi senserat olim.
Dulcibus alloquiis ibi tunc epulisque peractis,
Antistes summus regem praecessit ad urbem.
Postera cumque dies celebris festivaque praebens
Gaudia Romanis, qua suscipiendus ab illis
Rex tantus fuerat, solis fulgesceret ortu,
Pontifices clerumque suum collegerat omnem
Papa. Quibus secum sumptis, ad limina magnę
Basilice Petri, qui summus apostolus extat,
Venit et in gradibus templi stipante sacrato
Constitit ipse choro. Carolum sic advenientem
Suscepit, laudum modulamina dulcia cantans
Atque deo grates ex toto corde rependens,
Quod moderatorem defensoremque dedisset
Ecclesiae talem, cui non ea noverat aetas
Mortalem similem vel sic virtute valentem,
Omne bonum vel devota sic mente volentem.
Tantus honor, talis Francorum gloria regem
Magnaque Romanae comitantur gaudia plebis,
Aecclesiam Petri puro cum pectore magni
Intraret, fusis lacrimis humilique precatu
Implorans tanti suffragia sancta patroni.
Iam quoque solstitii glacialis tempore crescens
Asperitas brumę tandem cogebat, ut illic
Militibus hiberna quies optata daretur.

---

607 quende fensorem G^1 612 tantis *in* tantus *corr.* G^1 615 apostolis *G* 618 cant$\overset{n}{a}$s *G* (*corr. fort. m.* 2), cantus *B* 631 ques *in* quies *corr.* G^1

594 *cf. IV 305 et Verg. Aen. II 414.* 599 *sed agmine delecto comitante profectus est eo (i. e. in Italiam).*

ANNALIUM DE GESTIS CAROLI MAGNI IMPERATORIS LIBER TERTIUS EXPLICIT. INCIPIT QUARTUS

⟨ANNO DCCCI. INDICTIONE VIII⟩

Festa dies caelis, eadem celeberrima terris, 801
Virginei partus Christique refulserat ortus,
Post octingentos ex quo processerat annos
Tectus servilis dominus velamine formae;
Et iam natalis tanti cumulaverat omnem
Laeticiam Romae Caroli praesentia regis.
Hic, cum missarum sacro sollempnia ritu
Incipienda forent, magnam processit in aulam,
Quae corpus mundo venerandum continet omni
Petri, cui claves Christus dedit ipse polorum.
Eius et ante sacros artus cum mente fideli
Effusis precibus sese rex inde levaret,
Ipsius imposuit capiti Leo papa coronam.
Conclamat pariter populus, sacra personat aedes
Ingenti iubilo, vox fertur ad aethera plebis
Romanae sic concordi simul ore canentis:
'Augusto Carolo magno pacemque ferenti,
Imperii merito Romani scęptra tenenti,
Gloria, prosperitas, regnum, pax, vita, triumphus!'
Post laudes igitur dictas et summus eundem
Praesul adoravit, sicut mos debitus olim
Principibus fuit antiquis, ac nomine dempto
Patricii, quo dictus erat prius, inde vocari
Augustus meruit pius, imperii quoque princeps.
  Tempore paucorum post haec abeunte dierum,
Ipse suum Carolus praeceperat ante tribunal
Duci iudiciumque viros legale subire,
Per quos praeterito fuerat tot cladibus anno
Affectus sacer antistes; legemque secundum
Romanam maiestatis cogente reatu
Dampnavit poena merito cunctos capitali.
Sed licet indignis interveniente benigno
Pręsule concessit vitam; tamen, esset inultum
Ne tantum scelus, exilio religaverat omnes.
  Festaque transegit postquam paschalia Rome,
Egressus Spoletanam perrexit in urbem.

INCIPIT LIBELLUS IIII. ANNALIUM DE GESTIS CAROLI MAGNI IMPERATORIS *sic G; cf. praef. p. 1 adn. 1* 6 roma G^2 10 populorum (*sic*) G^1 11 etus G^1 16 concordis BG^1 : *corr.* G^2 34 tantūm G^1 relegaverat *B, quod dudum restituerat Reineccius; sed similiter peccaverunt Ekkeh. Walth. 917* recĭdisset colla *et Hrotsvit saepius (Gong. 362* căluit *i. e. calluit; Agn. 425* renĭtentis *i. e. quae renititur, non quae renitet; Prim. 365 P* occĭditur*); prorsus eodem modo iam Cassiodorius, de quo cf. Traube p. 579*

IV 4 *cf. Sedul. III 294.*

Augustus vero quo tempore manserat illic, 801
Aprilis horam cum nox extrema secundam
Obscuram nimium tenebris involveret atris,
Ingenti subito tellus exterrita motu
Contremuit sonitusque graves nimis et metuendos
Ediderat; stabilem cui sustulit ira quietem
Caelestis, grandi sub mole latentia mundi
Intima concutiens impulsu viscera diro.
Cumque procellosus penetrasset turbo cavernas
Occultas ac venarum loca tecta sub alto
Terrarum gremio nec, qua prorumperet inde
Vis venti, patulos usquam reperiret hiatus,
Quassatis fluctus quosdam generavit in arvis.
Iamque domi maior quam gurgite terror in ullo
Naufragii fuerat, tremulo sua culmine quisque
Dum fugeret subitam minitantia tecta ruinam.
Moenia cuncta simul tetro sonuere tumultu,
Pendula crispanti stridunt ut lintea flatu
Aut dum, quę tenui squalebant pulvere, vela
Exagitant famuli certatim discutientes:
Haud aliter muros omnes tremuisse videres.
Hic tamen Italiam terror specialiter omnem
Perculerat, cuius plures subverterat urbes
Avulsosque ruit montes radicibus imis;
Tum Romae cecidere trabes venerabilis aedis,
Pigneribus propriis quam Paulus apostolus ornat.
Gallia nec tantae fuit aut Germania cladis
Immunis; circa Rhenum loca denique motu
Plurima terrifico nimium concussa fuerunt;
Audiri quoque mugitus e montibus altis
Et tetri sonitus reddi variique boatus
Morborumque lues fieri permaxima coepit.
At Spoletanis Carolus regressus ab horis
Ad Ticinum rediit, cui nunc est Papia nomen.

⟨ANNO DCCCII. INDICTIONE IX⟩

Italie linquens fines augustus Aquensem
Expetiit sedem mansitque quietus hoc anno.
Perque sui partes regni direxerat omnes
Legatos, aequo legum moderamine mandans
Iusticias facere et varias componere lites,
Reddere ius civile bonis, terrere malignos;
Divinas mundique pias ex ordine leges
Tunc exerceri mandaverat et renovari.

---

45 penetrans et *G*: *corr. Pertz*; transiret *B* 47 nec G^1B: ne G^2 55 tenuis G^1 70 nunc ē G^2; nuncem G^1; *cf. ad v. 71* 71 Italiae *cum maiuscula initiali; unde novi anni initium dist. Jaffé* aquensē *B*: aquensest G^1; aquenses/ G^2 76 lus G^1

40 sq. *cf. Verg. Aen. III 673 et Isidor. de natura rerum cap. 46 (ed. G. Becker p. 76).* 55 aut *ut (cf. v. 54)* vela *stridunt,* dum famuli discutientes ea exagitant. 58 *cf. IV 252 sq.* 60 *cf. Verg. Aen. VIII 237.* 75 *cf. Verg. ecl. III 108.*

Hoc de longinquis elephas regionibus anno 802, 1 *Pertz*
Primitus adductus, mira spectacula regno
Francorum; dederat Persarum denique princeps
Hunc Aaron. Idem, fuerat cui subditus Indis
Exceptis oriens totus, curaverat ultro
Eius amicitiae se foedere iungere firmo;
Ac dignum duxit pre cunctis regibus ipsum
Temporis illius solum, cui munera larga
Pręcipui causa transmittere vellet honoris.
Nam gemmas, aurum, vestes et aromata crebro
Ac reliquas orientis opes direxerat illi,
Ascribique locum sanctum Hierosolimorum
Concessit propriae Caroli semper dicioni.

⟨ANNO DCCCIII. INDICTIONE X⟩

Nobilis hic annus longi certamina belli 803
Tandem Saxones inter Francosque peracti
Firmo perpetuae conclusit foedere pacis.
Augustus pius ad sedem Salz nomine dictam
Venerat. Huc omni Saxonum nobilitate
Collecta, simul has pacis leges inierunt,
Ut toto penitus cultu rituque relicto
Gentili, quem dęmonica prius arte colebant
Decepti, post hęc fidei se subdere vellent
Catholicae Christoque deo servire per ęvum;
At vero censum Francorum regibus ullum
Solvere ne penitus deberent atque tributum,
Cunctorum pariter statuit sententia concors,
Sed tantum decimas divina lege statutas
Offerrent ac presulibus parere studerent
Ipsorumque simul clero, qui dogmata sacra
Quique fidem domino placitam vitamque doceret.
Tum sub iudicibus, quos rex inponeret ipsis,
Legatisque suis permissi legibus uti
Saxones patriis et libertatis honore
Hoc sunt postremo sociati foedere Francis,
Ut gens et populus fieret concorditer unus
Ac semper regi parens aequaliter uni.
Si tamen hoc dubium cuiquam fortasse videtur,
De vita scriptum Caroli legat ipse libellum,
Quem Francos inter clarus veraxque relator
Ac summe prudens Einhardus nomine scripsit.
Hac igitur pacis sub conditione fideles
Se Carolo natisque suis stirpique nepotum

---

79 elephas G^1B: elephans *in G ab ipso librario factum putabam* 85 pre cunctis *in ras.* G^1 98 cultu *in ras.* G^2; G^1 *videtur habuisse dextrorsum magis* culturituque 103 pęnitus *G* 104 consors *G* 118 Ac *B*: A *G*

92 sqq. *de pace Saltzensi cf. Simsonis commentationem laudatam in praef. p. 1 adn. 4.* 110 suis *i. e. eius.* 118 *Einh. v. K. 7. JAFFÉ.*

Ipsius iuraverunt per saecla futuros, 803
Quos per ter denos et tres tam duriter annos
Linquere protracti penitus conamina belli
Plus regis pietas et munificentia fecit
Quam terror. Nam se quisquis commiserat eius
Egregię fidei ritus spernendo profanos,
Hunc opibus ditans ornabat honoribus amplis.
Copia pauperibus Saxonibus agnita primum
Tunc fuerat rerum, quas Gallia fert opulenta,
Praedia praestiterat cum rex compluribus illic,
Ex quibus acciperent preciosę tegmina vestis,
Argenti cumulos dulcisque fluenta Liei.
His ubi primores donis illexerat omnes
(Subiectos sibimet reliquos obtriverat armis)
Et multis experta modis innotuit eius
Tam dulcis pietas quam formidabilis ira,
Prętatum statuere fide servare perenni
Foedus; et ulterius non id mutasse probantur.

(ANNO DCCCIIII. INDICTIONE XI)

Pręsul apostolicus Roma perrexit ab urbe 804
Augusti Leo flagranti deductus amore,
Ęcclesiae quoque pro causis, quibus imperiali
Esse videbat opus munimine, rursus adire
Francorum terras satagens per longa viarum.
Hic ubi terribiles primum transcenderat Alpes,
Adventasse virum tantum rumore volucri
Indice compererat statim prope Gallia tota;
Protinus hoc etiam laetus cognovit et illi
Obvius augustus Remensem venit ad urbem
Susceptumque satis digno veneratus honore
Duxerat ad sedem, cui nomen Carisiacus.
Natalis domini festis ibi rite peractis
Sedis Aquensis abhinc petierunt moenia pulchre.
Glorificeque simul celebrato tempore sancto, 805, Ian. 6
Quo stella monstrante magi cognoscere veri
In terris nati meruerunt luminis ortum,
Colloquioque dehinc, pro quo praesul venerandus
Venerat, expleto rex inclitus obtulit illi
Munera digna simul danti seu suscipienti,
Hic cum pontificum clarissimus illeque regum
Temporis illius nullo dubitante fuissent.
His gestis propriam pręsul remeavit ad urbem;
Seque viri seiunxerunt ibi corpore solo
Mentis amore pio iuncti sine fine manentes.

---

129 que *GB*: *corr. Reineccius* 130 cum pluribus *G*, quam pluribus *B* (*ut semper pro* compluribus) 132 cumolos *G* 133 sqq. *distinxi coll. v. 303* 134 obtri/nerat *G* 145 uolueri *G* 150 charisiachus *G*[1] 158 ceu *B*; *sed* seu *pro* et *positum videtur*

134 *i. e. die übrigen, die sich ihm unterwarfen.*

⟨ANNO DCCCV. INDICTIONE XII⟩

Natio Sclavorum studio satis aspera belli, 805
Quos Behemos vocitant, in se levitate procaci
Irritans Francos Caroli commoverat iram.
Quos contra missus multis cum milibus, eius
Natus et aequivocus bellum virtute sagaci
Commisit; celeri victor quod fine peregit.

⟨ANNO DCCCVI. INDICTIONE XIII⟩

Cum pius augustus domini munimine fultus 806
Legitimo cunctos tanti moderamine fines
Imperii servans placidam daret undique pacem,
Sollerti meditabatur depellere causas
Mente simultatum, populo quas posse fideli
Tempore discidium vidit generare futuro.
Unde, suos inter natos ne gignere posset
Post aliquam litem patrii divisio regni,
Certas ipse dedit partes ut cuique volebat:
Italico regi Baioariam simul omnem
Pippino addiderat; necnon Burgundia, quantum
Parte sub extrema celsas interiacet Alpes,
Cum paucis Alamannorum quoque finibus illi
Traditur. At Carolo reliquos donans Alamannos,
Saxones ac Fresones subiecit eidem;
Cui simul ex magna fertur data Gallia parte,
Oceani donec vastis concluditur undis;
Hunc in Francorum sibimet succedere regnum
Disposuit, si non aliter domino placuisset.
Subicitur vero sceptris Burgundia paene
Tota pii regis Hludowici, iure tenentis
Post hęc imperium; necnon Aquitania cuncta,
Quae commissa prius fuerat, nunc traditur illi
In regnum proprium stabili dicione regendum.
Hinc omnes obtestatus multumque precatus,
Admonuit servare fidem nec spernere pacem,
Ne proprio quisquam transgresso limite causas
Rixarum bellique daret fusique cruoris
Christicolae plebis merito reus esset in aevum,
Sed facerent, inter sese quo firma maneret
Debita fraternas socians concordia mentes.
  Ipse dehinc princeps in sede manebat Aquensi,
Nec post militiae solitos exercuit usus
Aut aliquos ivit bellum gesturus in hostes.
Nam nec opus fuerat nec eum permiserat aetas,

168 uirtutes agaci G^1

167 *cf. IV 281; non eadem ratione* eius *cum* aequivocus *coniungitur atque cum* natus. 170 *cf. V 515 et Hrotsv. Gest. Odd. 725 P.* 181 *cf. Statii Achill. I 710 et Theb. III 337.*

Iam quibus exsaciatus erat, renovare labores, 806
Cui gravis inrepens et per momenta senectus
Singula succrescens faceret decrescere vires.

⟨ANNO DCCCVII. INDICTIONE XIIII⟩

Rex Sarracenae gentis nimium truculentae 807
Atque gravis late mundo terraque marique
Muneribus tamen augustum veneratur opimis,
Transmittens etiam quoddam mirabile donum.
Denique tunc inter tentoria qualibet arte
Facta dedit maius cunctis et pulcrius unum,
Fama solet veterum quicquam si dicere verum.
Mirandum, collecta forent ubi carbasa tanta
Aut quibus orta seges lini tam fertilis agris,
Materies operi quae posset idonea tanto
Affore; non hominum tantam nisi milia molem
Erigerent. Spacium campi concluserat amplum
Textilis excelsis paries herendo columnis;
Nec summi culmen tecti superare volatu
Viribus impulsae magnis potuere sagittae.
Intus erant multi generis habitacula pulchra,
Quilibet ingrediens ut non hęc esse putaret
Vela movenda loco, sed moenia nobilis aulae.
  Interea Northmannorum dux Alfdeni dictus
Augusto magna sese comitante caterva
Subdidit atque fidem studuit firmare perennem.

⟨ANNO DCCCVIII. INDICTIONE XV⟩

Sunt Sclavi quidam Lini cognomine dicti. 808
Hos contra genitore suo mittente profectus
Iunior est Carolus. Cuius non Albia lata
Praepediebat iter; sed Francorum legiones
Fluminis eiusdem traiecto gurgite laetis
Auspiciis usus memoratos duxit in hostes,
Signaque gaudenti retulit victricia patri.

⟨ANNO DCCCVIIII. INDICTIONE I⟩

Undique pręsentis pax laetificaverat anni 809
Cunctos imperii fines, sed tristia quaedam
Multis contigerant terris. Nam sevior omni
Hoste nefanda lues pecudum genus omne peremit.
Nam cum pastores agerent armenta gregesque
Mane foras laetos in prata virentia, sero

---

207 su//re/cens G^1, Incumbens solitas f. d. v. *B* 208 Rexarracenae *G* 210 uenerator *G* 216 seges (*prima littera in ras. a m. 2*) *G* 220 Tectilis G^1

221 *cf. Verg. Aen. IV 186.* 227 *cf. Verg. Aen. II 40. 370; unde* se *a* subdidit *pendere apparet* 235 *cf. Venant. Fortun. V. M. I 2.* 239 *cf. Verg. Georg. III 480.*

Aegra domum rediit vix pars paucissima, dirę 809
Signa gerens pestis macie mortisque propinquę;
At maior numerus campi per plana iacebat,
Qua dulces animas virides efflavit ad herbas.
Iamque cadaveribus fętebant pascua stratis;
Extractis etiam pręsepia quęque labore
Purgari multo poterant. Cum qui moriturum
Cernentes animal magis id prosternere ferro
Eligerent, statim stillans e vulnere tabum
Prodiderat toto concretum corpore virus.
Noricus ista sinus fertur specialiter esse
Perpessus cum vicinis regionibus illi.
  Pręterea steriles hoc factę tempore vites
Impenso sibimet nulla mercede labori
Respondent. Spes est avidi frustrata coloni,
Dum vineta ⟨carere⟩ suo pubentia foetu
Conspicit et vane silvescit inutilis arbor,
Palmite diffuso nullas dum pampinus uvas
Contegit et fructu vacua stat vinea lata.
Partibus in multis regni sic omine tristi
Bachica non solito perierunt pocula damno.
  Tempore nimirum tanto licet ante, per orbem
Augusto luctum terris abeunte futurum
Iam portendebat casus tristissimus iste.

⟨ANNO DCCCX. INDICTIONE II⟩

Pippinus rex Italiae, ... 810
Francorum, nitido, laetum cum duceret aevum,
Flore vigens simul aetatis mentisque decore,
Cui praeclara fuit virtus, cui gloria summa,
Omnia fallacis pariter cui prospera mundi
Tunc aderant, morbo vitam finivit acerbo.
Immaturus huic obitus iocundaque vita
Extitit; unde suo nimium de funere patri
Omnibus et Francis gemitum luctumque reliquit.

ANNO DCCCXI. ⟨INDICTIONE III⟩

Rursus, ut omnipotens caros sibi sepe flagellis 811
Erudit, aeternę det ut illis gaudia vitę,
Augusto vis iudicii veneranda superni
Omnem pręteriti luctum geminaverat anni,
Ipsius assumens alium de corpore natum
Mortalisque iubens vitae finire tumultus.

---

246 fetębant *in* fętebant *corr.* G^1 248 tum *BG*: *corr. Jaffé* 250 tabo *GB*: *correxi* 257 carere *om. G*; *add. Pertz, postea (Archiv VII 379) ob lectionem B male dubitans* 258 uanę *G* 261 partibus // in *G* 262 clamno *G* 264 angusto *G* 265 iam postendebat G^1, iam post tendebat *B*: *correxi*; iam ostendebat G^2 266 (lux inclita quondam) *suppl. Pertz*; rex Italiae Francorum *om. B*

264 *coniunge* terris abeunte. 271 sqq. *epitaphiorum similes sunt.*

Hic patris equivocus fuerat; nec nomine solo, 811
Indole sed mentis clara probitateque morum
Omnimodaque patrem virtutum dote referret,
Si rectore frui meruisset Francia tali.
Hoc quoque Bernhardo regnum concesserat anno
Italicum pius augustus; nam filius idem
Pippini merito patri successerat heres.

ANNO DCCCXII. ⟨INDICTIONE IIII⟩

Maxima longinquis terrarum venit ab horis 812
Grecorum de principibus legatio missa.
A quibus augustus pacem donare rogatus,
Iure piis precibus, multum quas novit utrique
Proficuas regno, consenserat ilico clemens;
Foedus et inter se fidei pacisque tenendę
Iurando partes firmarunt protinus ambe.

ANNO DCCCXIII. ⟨INDICTIONE V⟩

Iam gravis augusto morbus simul atque senectus 813
Corpore sustulerant solitum marcente vigorem.
Curarumque, quibus res publica tanta regenda
Ac servanda fuit, non se sufferre valere
Immodicum pondus, placidę sed sola quietis
Otia supremo labentis tempore vitae
Vidit amanda sibi, quo procurare migranti
Hinc animae requiem propriae veniamque studeret.
Unde duces ac primores sollempniter omnes
Atque magistratus ad concilium generale
Undique collegit; natoque suo Hludowico
Cunctorum cum consilio ius omne regendi
Tradidit imperii successoremque paterni
Imposito designavit diademate regni
Consortemque sui factum totius honoris
Augustum pariter vocitari iusserat ipsum.
Quod cum magnifico satis accepere favore
Consilium cuncti, cum prorsus id utile regno
Multimodis intellegerent. Hinc aucta refulsit
Maiestas Caroli; concordia facta futuris
Hinc est temporibus, cum tot caput extitit unum
Unanimi populis monstratum mente sequendum.
Hinc metus externis incussus gentibus ingens
Nil sperare dedit Caroli de morte propinqua,
Quo minui posset status et rectissimus ordo
Regni Francorum, cuius non ante reliquit
Tam clarus princeps regimen quam sumpsit id alter,

---

281 equiuocus (us *latius distractum erasit et repetivit m. 2*) *G*[1] 288 Maxma *G* 291 pręcibus *G* *fort.* quam ... proficuam 294 ambe *B*: ambo *G* 320 reliquid *G*

317 *metus hinc gentibus incussus eas vetuit sperare.*

Quem merito patri similem virtute putarent, 813
A quo non dubium quin armis regna subacta
Cuncta simul miti regeret moderante sophia.
Ut quondam magnus pariter rex atque propheta,
Qui lyrico modulante melo caelestia doctus
Carmina divino completus pangere flatu
Nunc cytharis David digitos fidibusque canoris
Nunc capulis aptare manus armisque solebat,
Innumeras postquam gentes hostesque triumphis
Subdiderat propriis, meritis maturus et annis
Se vivente suus iussit quo filius omni
Hębrei Salomon regni frueretur honore:
Sic Carolus noster solitus tractare vicissim
Proelia, dęmonicos etiam subvertere cultus,
Catholicam firmare fidem damnareque sectas
Perversas, ut doctrinę caelestis ubique
Cordae concordes in Christi laude sonarent,
Magnifice bellis regnum nimis amplificatum
Prudenti nato pacemque reliquit amanti
Quique labore patris bona conquisita quietus
Sumeret exercens divini dogmata cultus.
  Haec ita dum fierent, passim permixta videres
Gaudia tristitiae. Nam res ex ordine gesta
Et ratione pia multis cum iure placeret,
Amplius angebant cunctos tamen intus amari
Mestitiae stimuli, quod carni debitus omni
Ex oculis carum Carolum rapturus adesset
Terminus; id valitudo simul cogebat et aetas.
Utque solet fieri, quotiens amittitur ulla
Res bona, tunc melius cogit dolor ipse videri,
Ipsius utilitas qualis preciumque fuisset:
Sic morum probitas, animi sic maxima virtus,
Sic pietas Caroli cunctorum mentibus herens
Tunc perspecta magis fuerat, cum principe tali
Sese cernebant carituros esse per aevum.
Multorumque graves sapientum pectora curae
Mordebant in deterius iamiamque timentum
Lapsuras res Francorum, multas quoque clades
Post obitum tanti venturas principis esse.
Ut sub fine cadit cum longior umbra diei
Et sol oceani properans se tinguere fluctu
Pergit in ⟨oc⟩cubitum tegit et ferrugine vultum
Lucigenum mixto maculis pallore nigellis,

324 moderantę *G* 326 Qui *B*: Quin *G* 334 sac G^1 341 dona *in* bona *corr.* G^1 349 id G^2: ad G^1, ac *B* 350 ammittitur *G* 361 tum *Jaffé* 363 occubitum *B* (*ut saepe in Vulgata* occumbere *et* occubitus): cubitum *G*

323 a quo, *sc. a patre (cf. v. 341)*; regeret, *sc. Hludowicus.* 325 *Carolum cum rege David comparari solitum fuisse notum est.* 351 *i. e. magis perspici (cf. v. 355).* 361 *coniunge* sub fine diei. 362 *cf. Verg. Georg. II 481.* 363 *cf. Verg. Georg. I 467 (ubi bellorum est indicium; cf. v. 368 sqq.).*

Signa procellose dat noctis abinde sequentis, 813
Quamvis succedens, dum tramite fertur eodem,
Orbe valet pleno sublustrem reddere luna:
Haud aliter tum prudentes sensere, futuras
Bellorum tempestates meritoque gemendas
Regni Francorum Carolo moriente ruinas.
Solvitur interea populi conventus; et inde
Qui fuerant proceres redituri tramite longo
Ad sedes proprias, sibimet iam conicientes
Cari conspectum domini hunc esse supremum
Interni gemitus dederant animique dolentis
Pallenti signum facie meroreque pressa.
Composito plures vultu dum fingere laetos
Se cupiunt, quo suspectum reperiret in illis
Nil novus augustus, tamen et ridere volentum
Ora madent lacrimis falsa inter gaudia veris.
Non aulam tunc more suo complebat Aquensem
Lęticiae sonus; auditur vox musica nusquam;
Alloquitur socium vix saltem murmure tristi
Quisque suum prodens tacitus quid pectore gestet,
Cum dolor imponit gemebunda silentia multis.

ANNALIUM DE GESTIS CAROLI MAGNI IMPERATORIS LIBER QUARTUS EXPLICIT; INCIPIT QUINTUS DE VITA ET OBITU EIUSDEM.

⟨ANNO DCCCXIIII. INDICTIONE VI⟩

Pangite iam lacerae carmen lugubre, Camene; 814
Dignus enim multis annus hic est lacrimis.
Ecce quater denis ternisque prioribus annis
Quid nisi prosperitas dicta fuit Caroli?
Annua cum variis ipsius gesta triumphis
Tum placuit laeto connumerare stilo.
At modo lugentes obitum nos admonet ordo
Et tempus tanti commemorare viri.
Hic veri plangunt elegi; nil fingere mestum
Est opus, affectus res habet ipsa suos.
Quis recolens, qualis fuerit, modo defore terris
Tale decus nimium non gemat et doleat?
Sed quia res consolatur haec sola fideles,
Caros forte suos mors quibus abstulerit,

---

369 tempestas G^1 371 conuentur *in* conuentus *corr.* G^1 377 latos *in* laetos *corr.* G^1 380 feris (*propter* falsa) *G* 383 salute G^1 385 *fort.* multus
V *Inscriptionem ita exhibet G* 4 nisi *ss.* G^1 *vel* G^2

366 sq. *quamvis luna noctem reddat sublustrem, dum sol redeat.* 380 *cf. Verg. Aen. VI 513.*
V 1 *cf. Boet. consol. Phil. I 1, 1—4.*

Pro iustis ut eos feliciter actibus esse 814
Confidant regni participes superi:
Idcirco meritum, pro quo modo credimus illum
Vivere cum Christo, iure libet canere.
Materiem tantam nimis audax barbara lingua
Ingenii tenuis viribus aggreditur;
Sed me magnus amor, praesentis carminis auctor,
Ignarum fandi non reticere sinit.
Denique sum Carolo semper flagrantis amoris,
Sum quoque perpetui debitor obsequii;
Is gentem nostram fidei cognoscere lucem
Fecerat abiectis perfidiae tenebris,
Quam bellando diu, quam multa pericula passus,
Quam sudore gravi, quam studio vigili!
Poene recordantur populi hoc hactenus omnes
Europae, tanti participes operis.
Nempe sui vires regni collegerat omnes,
Ut nos demonicis cultibus abstraheret.
Denique barbariem quisnam mollire ferocem
Posset adhortantis dogmatis alloquio?
Ob hoc per Carolum clemens deus est operatus
Id, quod tunc aliter non potuit fieri.
Usus enim gemina Saxonum saxea corda
Arte suadebat subdere se domino,
Nunc terrens bello, nunc donis alliciendo,
Illic magnanimus, hic quoque munificus.
Nec prius abstiterat, Saxonia quam simul omnis
Idola proiciens facta fidelis erat.
Quas igitur grates illi modo possumus omnes
Vel quas quisque suo solvere pro modulo?
Si qua meam scripturarum scintillula mentem
Artis et illustrat si qua scientiola,
Nonne dabit iuste Carolo praeconia laudum,
Per quem nancisci tale bonum merui?
Nostri non solum fidei documenta parentes,
Sed penitus cunctos nescierant apices;
Per Carolum nuper nobis est huius honestas
Ac pariter vitae spes data perpetuae.
Ergo tibi primum dignas nos dicere laudes
Da, deus, omnimodi fons et origo boni.
Muneris inde tui quamcumque retexere partem
Nos in eo, nostri dux animi, tribue,

---

20 aggreditur (*posterior* g *ex* r *corr.*) *G* 41 primus G^1 43 //illi *G* 48 nanscisci G^1; nasscisci G^2

24 *cf. Hrotsv. Gest. Odd. praef. 1, 11.* 25 *cf. praef. p. 1 adn. 3.* 37 *etymologiae auctor est Isidorus (orig. IX 2, 100 vol. III p. 414 Arev.), a quo eam mutuatum Alcvinum Eub. 47 (PAC I 170; de lectione cf. L. Traube, Karol. Dicht. p. 47) sequuntur poeta Saxo (imitatus simul Iuvencum III 474), Hrotsv. Gest. Odd. 5 P (hariolatur Koepke, otton. Stud. II 98), poeta rhythmi de conversione Anglorum (ed. Duméril 1847) p. 238.* 55 *cf. Hrotsv. Mar. 21.*

Quem, pie Christe, tuo multorum more saluti 814
Prospiciens talem praestiteras fieri.
Nam nostrę miserans naturae conditionem,
Serpentis postquam fraus vitiavit eam,
Contuleras hominum generi solacia crebro
Per claros homines atque tibi placitos;
Efficiens fortes, per quos fragiles regerentur,
Doctos, qui reliquos instruerent stolidos,
Ut lux illorum tenebras depelleret horum
Errantes revocans restituensque viae,
Stantes erigerent lapsos, miserisque piorum
Virtus exemplo esset et auxilio.
Et tales semper dederas ab origine mundi,
Apti salvandis qui fuerant aliis.
Inprimis patriarcharum sacer ordo, deinde
Legifer et vatum missus ad hoc chorus est;
Necnon in variis imitabile gentibus olim
Exemplar iusti, te quoque teste, dabant.
Sed quis per servos servis te consuluisse
Miretur, donum sit licet eximium,
Cum per te mundi dominus plus egeris, immo
Sis passus minimis maxima pro famulis,
Pro quibus iniustis iustus, pro sontibus insons
In mortem propriam tradideras animam;
Tanta, redemptor, erat nostrae tibi cura salutis,
Perdita ne fieret prorsus imago tui.
Unde tibi laudes modulentur cuncta creata,
Atque genu flectant inferus, arva, poli.
Nam neque, dum complevit opus tua gratia tantum,
Cessavit, sine qua deperit omnis homo,
Sed post hęc eadem lucrandis omnibus extat
Cura per electos gentibus exhibita.
Oris apostolici terram sonus ivit in omnem,
Verba per extremas intonuere plagas,
Cui dedit aetherea caeli demissus ab arce
Flammantes linguas spiritus omnipotens.
O quam multorum purgatas sorde reatus
Mentes ardentes fecit amore tuo!
Ordinis eiusdem necnon virtutis honore
Et studio plures post fuerant similes,
Qui simul exemplis animas et dogmate sacro
Multas caelesti reddiderant patriae.
Quid memorem, quanti, pro te tormenta necemque
Passi, lucrati hinc alios fuerint!

---

61 Contuleras *B*: Contulerat *G*   67 Stantes (*prior* t *ex* a *corr.*) *G*   ut *in margine add. G²*, *ut sententiam illustraret, non ut insereretur*   71 *nulla in codice post* patriarcharum *distinctio* (*errat Pertz*)   83 tibi *in marg. add. G¹*   86 qu *renov. G²*   92 flām̂tes *G*

91 *cf. act. apostol. 2, 2 sqq. et Arator. I 119.*

Hos animus constans, illos miracula visa 814
  Credere haec danti commonuere tibi.
Mille modis tua magna, deus, clementia gentes
  Salvat per sanctos egregiosque viros.
Nec reges facis expertes fore muneris huius,
  Dum per eos animas corrigis atque doces:
Temporibus Carolus rex, te donante, modernis
  Quam multis summae causa salutis erat,
Credentum pulcre moderandis moribus aptus
  Et mutare pie perfida corda potens.
Cuius nunc insigne genus si pandere coner,
  Compellor regum scribere catalogum;
Sed non est opus, excelsum quia non genus illi,
  Sed summo generi addidit ipse decus.
De claris genitus fulsit praeclarior atque
  Patribus invictis fortior enituit;
Est quoque iam notum: vulgaria carmina magnis
  Laudibus eius avos et proavos celebrant,
Pippinos, Carolos, Hludowicos et Theodricos
  Et Carlomannos Hlothariosque canunt.
Attamen hic quanto plus fecerit omnibus illis,
  Dicet praesentis sermo sequens operis.
Unum commemorem tanto de germine patrem,
  Quem sanctum Christi praedicat aecclesia,
Scilicet Arnulfum, Francorum qui fuit olim
  Princeps ac presul post satis egregius,
Ductus amore dei qui spreverat omnia mundi,
  Quae mulcent oculos queque trahunt animos,
Malens divinas mundi quam tradere leges,
  Esse dei famulus quam populi dominus.
Nunc ovat in caelis, praebens miracula terris,
  Sublimis meriti signa decora sui;
Indeque nostrorum totam seriem dominorum,
  Stirpem nempe suam, protegit atque fovet.
Prae cunctis igitur tibi cura nepotibus una,
  Quaesumus, Arnulfus sit tuus omonimus.
Fac, ut regnanti Christus sit previus auctor,
  Quo nimis ipsius indiget aecclesia,
Cui modo iustificus rex est, defensor et unus
  Inter tot clades, nunc quibus atteritur.
Ex illo nobis igitur tam principe sancto
  Hactenus est dominans inclita progenies,

---

109 credi// *sic* G^1, credendum *B*; credendi G^2: *corr. Jaffé* pulcrae *G* 112 Compellar *Jaffé* 123 patrem *B*: partem G^1, parem G^2 (*cf. de mensura velut V 194. 436. 461. 482*); *an* patrum? 132 decore G^1 (*corr. fort.* G^2); decori *B* 139 Cui *sc. ecclesiae* BG^1: Qui B^2

108 *cf. V 424 et Ovid. trist. III 9, 24.* 117 *cf. C. Muellenhoff (Haupt, Z. f. d. A. VI 435 sqq.).* 125 *Arnulfi episcopi Mettensis vitam ed. B. Krusch in script. Merov. II 426 sqq.*

In quam descendit sancti benedictio Iacob, 814
Quam Iudae pandens ipse futura dedit,
Ut non deficeret de germine sceptriger eius,
Sed foret inde manens longa ducum series.
Sic electa deo mansit iam tempore longo
Haec stirps in regno, atque diu maneat.
De qua non quisquam fortem pietateque plenum
Miretur regem progenitum Carolum.
Cuius ut exterior virtus roburque parentes,
Sic satis ornabat religionis amor;
Et quo maior eis provenit gloria mundi,
Mens humilis tanto plus fuit ante deum.
Sed huic naturę quicquid bene praestitit ortus,
Hoc exercitio auxerat assiduo,
Intentus semper rebus constanter agendis
Et disponendis consilio stabili.
Unde nec in bellis quisquam felicior illo,
Tempore nec pacis plus moderatus erat;
Et quod suscepit florens et nobile regnum,
Reddiderat duplo latius et melius;
Sicque suos licet invictos vicisse parentes
Noscitur, hac multo re magis egregius.
Nam plures unus terras populosque subegit,
Quam totus regum vicerat ordo prior.
Regnabant inter Rhenum Ligeremque priores,
Ad boream fuerat terminus oceanus,
Australemque dabant Balearica litora finem
Alpes et tectae perpetuis nivibus;
Et Francos orientales nec non Alamannos
Ac Baioarios iam tenuere prius,
Fresones etiam, simul et rexere Thoringos;
Et regnum Caroli hoc habuerę patres.
Pippino patre defuncto cum fratre regebat
Id Carolomanno sorte fruente sua.
Atque simultates illum rixasque moventem
Hic semper multum pertulerat paciens,
Ut mirum multis fuerit, quod viderit ira
Commotum causis nemo licet gravibus.
Annis sic geminis decesserat ille peractis,
Et regnum soli iure datur Carolo.
Quod primo victis Aquitanis gentibus auxit,
Wasconumque simul subiciens populum;
Et iuga cuncta Pyrenei superavit, Hiberum
Donec ad fluvium tenderet imperium.

---

144 Qua G^1 futurā *sic G, et hoc explicatur glossa (cf. praef. p. 3 adn. 1)* 156 exercitior G^1 166 vicerit *BG*: *correxi.* 171 orientales (l *in ras.*) *G*

144 *quam Iudae dedit, futura (ei) pandens; cf. genes. 49, 10.* 176 *i. e. qui sorte sua fruebatur.* 181 *duobus annis sic peractis decessit a. 771.*

Italicasque dehinc regiones subdidit omnes, 814
  Dicere quas certo quis valeat numero?
In longum decies centenis milibus atque
  Amplius, ut fertur, tenditur Italia.
Tum, quibus est ex non modica Germania parte
  Subdita, Saxones addidit imperio;
Ex hac in latum duplo plus denique Francis,
  In longum partem paene parem retinent.
Pannonias etiam victor subiecit utrasque
  His cum vicinis urbibus innumeris.
Arva Liburnorum, vel que vocitantur ab Histro,
  Necnon Dalmatiam subdidit et Daciam.
Sclavorum populos censum sibi solvere fecit
  Plures, quam quisquam dinumerare queat.
Gesserit ista quibus bellis, signando priores
  Quattuor annales iam retulere libri.
Nunc, studium mores ususque domesticus eius
  Corporis et habitus quae fuerint, referam;
Que quicumque sciet, iam non mirabitur, illi
  Cur sic contigerint omnia laeta foris.
Nam quod scire decet homines meminisseque cunctos,
  Hic quoque lectorem commoneam breviter;
Audiat hoc omnis rector vel praemia gestis
  Pro laudabilibus quisquis habere cupit.
Interius radix operum latet exteriorum,
  Mens moresque viri facta palam generant:
Qui solet esse domi constans prudensque decenter,
  Perficit is crebro facta decora foris;
Intra se vitiis dominans rationeque pollens
  Exteriora sibi nulla nocere sinit.
Fortiter in cunctis facienti seu pacienti
  Pro meritis animi gloria proveniet;
At cui mens torpet, mores neque corrigit in se,
  Illum iure manet dedecus exterius.
Sic regnum terret cunctos extrinsecus hostes,
  In se quod pacem iusticiamque tenet;
At contra, si quod scelus et discordia foedat,
  Raptores avidos clade sua faciat.
Ergo domi Carolum rationis iura secutum
  Est comitata foris gloria magna satis;
Assuescens potuit virtutibus exuperare
  Ferreque consilio cuncta pericla sua,
Et quia iusticia pacatum reddidit intus,
  Externis regnum cladibus eripuit.
Artibus ipse quidem cunctis instructus honestis,
  Harum doctores magnifice coluit.

---

194 retinent *B* : renitent *G*   196 His G^1 : Is BG^2, *sed* his *dativus est* (*cf. IV 253*)   207 hominis G^1 224 faciet *Simson p. 323*   226 comitatum G^1 (*corr. fort.* G^1)   228 Ferrȩque *G*

189 *nam* Italia tenditur ....   212 *ea quae palam fiunt.*

A sene levita quodam cognomine Petro 814
Curavit primo discere grammaticam.
Artis rethoricę, seu cui dialectica nomen,
Sumpsit ab Alquini dogmate noticiam;
Hic, etiam levita gradu multumque peritus,
Ex Anglis veniens Saxo fuit genere;
A quo precipue studuit totam rationem
Et legem cursus noscere siderei.
In causis iudex iustissimus, audiit ipsas
Sepius et finem litibus imposuit.
In sermone satis dulcis, facundus, abundans,
Nec patrio tantum claruit eloquio;
Sed solitus lingua sepe est orare Latina,
Nec Grece prorsus nescius extiterat;
Intellexit eam melius quam proprietates
Illius posset voce sonare sua.
Legerat assidue scripturae dicta sacrate
Quosque libros sancti composuere patres;
Quos Augustinus caeli de civibus almis
Scripsit, amanter eos crebrius audierat.
Scribere temptabat; nam circumferre solebat
Secum cum parvis codicibus tabulas
Ac ponens ipsas ad cervicalia lecti
Regalis numquam fecit abesse sibi.
Inter tot curas tantique negotia regni
Rex exercuerat his animum studiis.
Cuius ut ingenium multum resplenduit acre,
Sic omnis motus optima temperies.
Non umquam nimium laetus, non valde remissus,
Non multum tristis atque severus erat;
Non lenis hominum vitiis, non turbidus ira
Plectebat iusta cum ratione reos.
Quod terrore magis fieri quam morte volebat,
Ni cum dira rei cogeret impietas.
O qualis probitas, quam constantissimus ordo
In cunctis eius moribus enituit!
Fortis in adversis rebus cautusque secundis,
Perpetuae tenuit sobrietatis iter.
Tantum, cum natos sibi Pippinum Carolumque
Mors auferret, ob hoc ipse nimis doluit;
Necnon Rhuottrudis, reliquis quę filia natu
Maior erat, flevit valde gemens obitum.
Hanc et Grecorum luxerunt ditia regna,
Quod non hac tali digna forent domina;

---

238 anglis (*i. e. angelis*) *G*   240 syderei *B*: sidereos *G* (*cf. V 555*)   243 facundas G^1; dulci facundia abundans *Jaffé (cf. praef. p. 2)*   246 nescius (ne *in ras., ut vid., a m. 1*) *G*   249 assiduae *G*   253 Scibere G^1; *corr. fort.* G^2 261 Nonnumquam *G*   ualdere missus G^1 276 hec *non inepte B*

237 etiam levita, *sc. atque Petrus; cf. v. 233 et Einh. V. K. 25:* item diaconem.

Sponsa fuit Constantini nam sceptra regentis 314
Illius semper nobilis imperii;
Inclita Constantinopolis de germine nostri
Optabat Caroli nobilior fieri.
Tantum contigerant haec infortunia regi
In his, quae genuit pignora clara satis.
Tum concertabat constantia cum pietate
In Carolo, virtus utraque non modica:
Haec casus omnes iussit tolerare decenter,
Illaque dilectae commonuit sobolis;
Ista magnanimus fulsit virtute, sed illa
Non minus ardebat plenus amore pio;
Quocirca vicit pietas in morte suorum
Et regem largas compulit ad lacrimas.
Necnon Romani mortem sibi flevit amici
Pontificis; nomen huic Adrianus erat.
Nam velut in reliquis rebus, sic optimus eius
Laudatur merito mos in amicitiis;
Admittebat eas caute, sed firmiter immo
† Ex se servavit foedere perpetuo.
Unde decus regni factis et nomen amicis
Auxerat externis regibus et populis.
Ex quibus unus erat Hadefonsus nomine dictus,
Qui rex Asturiae Galliciaeque fuit;
Qui dum legatos et munera mitteret illi,
Mandabat dici se proprium Caroli.
Scottorum reges ipsum dominum vocitabant,
Ac se subiectos ipsius et famulos;
Hoc apices ab eis missi testantur ad illum,
Quorum claret amor maximus alloquio.
Persarum princeps illi devinctus amore
Precipuo fuerat nomen habens Aaron;
Gratia cui Caroli prae cunctis regibus atque
Illo principibus tempore cara fuit.
Augustis cum Grecorum poscentibus ultro
Dignatus pactum pacis inire fuit;
Unde suos ad eum legatos mittere crebro
Curavere Leo, Niciforus, Michahel.
Transgredimur moetas, dum designamus amicos;
Monstrandus magis est ipse stilo Carolus.
Hic se venatu necnon equitando frequenter
Fecerat ignarum desidię penitus:
Vix illi glatialis hiemps auferre valebat
Usus castrenses gestaque militiae;

296 Ex se *BG*; Sancte *Jaffé; cf. Einh. V. K. 19* erat enim in amicitiis optime temperatus, ut eas nec (*cf. Simson p. 321*) facile admitteret et constantissime retineret; *temptavi* imo Pectore servaluit G^1 314 michahel (*posterior* h *in ras.; fort. a m. 2*) *G* 317 uenatū G^1 318 poenitus *G*

281 *coniunge* haec tantum *itemque V 503* solum ad hoc. 286 *pietas ei revocabat in mentem liberos; glossam (cf. praef. p. 3 adn. 1) non esse ex sententia poetae recte observavit Pertz.*

Prȩterea solitus fuit exercere natatum, 814
  Qua tunc arte magis nemo peritus erat.
Et naturali fontes fervore calentes
  Illi praestabant grata lavacra nimis;
Unde locum sedis sibimet delegit Aquensis,
  Plurima quo manat copia talis aquȩ,
Balnea qua multo condens iocunda decore
  Annis extremis mansit ibi iugiter
Ac secum fecit natos proceresque lavari,
  Quodque sui custos corporis agmen erat;
Eiusdem nam commoditas spatiosa lavacri
  Centenos homines plusque valet capere.
Corpore robusto fuit ipse, decenter et amplo,
  Incessu firmus, vividus atque agilis,
Egregie procerus, et hoc moderamine iusto
  (Septem namque suis longus erat pedibus);
Ipse rotundus apex capitis, ⟨cervix⟩ et obesa,
  Naris plus paulo quam mediocris erat;
Late fulgentes oculi, facies quoque laeta
  Et vox clara satis pulcraque canities.
Usus vestitu patrio semper peregrinum
  Respuerat, quamvis pulcher et ipse foret:
Bis tantum Romȩ summis rogitantibus ipsum
  Prȩsulibus longa usus erat tunica;
Tunc etiam clamidis speciosȩ sumpsit amictum
  Moreque Romano tegmina facta pedum.
Regalis habitus tantum gestabat honorem,
  Cum celebraretur valde sacrata dies,
Aut quotiens aderant missi mandata ferentes
  Ex longe positis gentibus et ducibus:
Tunc auro textam nectebat fibula vestem
  Aurea, comebat gemma pedes varia,
Distinctum viridi gessit diadema smaragdo,
  Stellatus radiis iaspidis ensis erat;
Distabatque parum reliquis in veste diebus
  A solito procerum vel populi habitu.
Felici semper valitudine laetus ad annos
  Suprȩmos vitae poene suae fuerat;
Nam servavit eam, victu sumens moderato
  Solum, quod sensit esse salubre sibi.
Si tamen adversum leviter quicquam pateretur,
  Quod iam crescenti contigerat senio,

---

321 natatum *B* (*cf. Einh. V. K. 22* frequenti natatu): natum G^1, uenatum G^2 *vel* G^3 331 Eius-dem/nam *G* spetiosa *BG*: *corr. Jaffé* 334 Ince/su firm/s G^1 ugilis G^1 337 cervix *om. G* (Ipseque rotundus apex capitis et obesa *B*): *add. Pertz ex Einh. V. K. 22*: quamquam cervix obesa 351 Tun G^1, Tū G^2 (*in B verba transposita sunt* Auro tunc, *ut solet* tum *in* tunc *mutare librarius*)

335 *cf. Iuvenc. II 575 et Alcvin. Eub. 883 (PAC I 189); plura dabo ad Hrotsv. Gest. v. 8 a Pertzio corruptum.* 351 sq. *cf. Einh. V. K. 23* veste auro texta ... et fibula aurea sagum adstringente *et Verg. Aen. IV 139.*

Non admittebat medicos sibi nempe perosos, 814
Plus arbitratu cuncta suo faciens.
Cum reliquis vitiis specialiter oderat illud,
Quo vertunt mentis pocula multa statum;
Hinc vinum parce, potum quoque sumpserat omnem.
Atque cibis paulo aegrius abstinuit;
Nam vix ferre suum poterat ieiunia corpus,
Quę sibi nonnumquam noxia questus erat;
Cum numero solitus hominum convivia grandi,
Sed tantum festis praecipuis, agere.
Porro quaterna iugem praebebant fercula caenam,
Pręter venantum que labor attulerat,
Assam qui veribus longis inferre solebant;
Illi gratus erat plus aliis cibus hic.
Caenanti lector recitans non defuit umquam,
Perque vices aliquod audiit acroama;
Res antiquorum gestas regumque priorum
Ipse legi sibimet fecerat assidue.
Indulgere parum somno permiserat illum
Mens semper magnis dedita consiliis,
Et res magnificas iugiter meditatio volvens
Reddiderat curis multimodis vigilem;
Ob hoc nocte quater fertur vel sepius omni
Somno depulso membra levasse toro.
O quantum curis res publica creverat illis;
Quam conservatum floruit imperium!
Nam bene previdit, ne qua ratione pateret
In regnum variis hostibus introitus.
Gallica praestruxit necnon Germanica classe
Litora, qua fluvios suscipit oceanus.
Atque quod Europam pelagus seiungit ab Afris
Et dirimit terras gurgitibus medium
Qua rapidos ex Gallorum regionibus amnes
Aut capit ex magnę partibus Italiae,
Hostia seu portus positis stationibus omnes
Fecit inaccessos hostibus omnimodis.
Hinc nec eo Mauri quicquam vivente nocebant
Nec Northmannorum tunc metus ullus erat,
Ni Centumcellę (sic urbs Etrusca vocatur)
Quod tunc a Mauris depopulata fuit,
Et quod Northmannis vastantibus insula quędam
Parvula Fresonum dampna tulit gravia.
Ve tibi vae tali modo defensore carenti
Frantia, quam variis cladibus opprimeris!

---

367 Hin *in* Hinc *corr.* G^1 368 aegregius *BG* 375 uerubus G^2B; *sed cf. Einh. V. K 24* praeter assam, quam venatores veribus inferre solebant 378 aliquot *B fort. recte* 380 legit G^1 384 Reddiderrat G^1 393 Afris (*vel* austris, *quod habet B*) *Pertz*: astris *G* 394 media *G*, medias *B*: *corr. Reineccius; an* mediis? 395 rapidas *G* 397 portas *in* portus *corr.* G^1 402 maurus G^1

Gentibus ecce pates populantibus undique saevis 814
Et, quondam felix, nunc nimis es misera.
Quippe tuis hilares exultant fletibus hostes
Ditanturque tuis assidue spoliis;
Milia cesorum, captivaque turba tuorum
Amplior est numero quam sit harena maris.
Nam Carolo moriente tuum decus et honor omnis
Ex illo sensim fugit et interiit.
Nunc tamen Arnulfo merito sub principe gaudes;
Qui similis tanto moribus est abavo,
Denique magnanimus clemens promptusque labore
Pervigili lapsum corrigit imperium
Francorumque movet veteri virtute lacertos
Atque vocat resides rursus in arma viros.
Sed moles immensa, diu quę corruit ante,
Non restaurari se subito patitur.
Illi det vitam, qui virtutem dedit amplam,
Et magne nobis causa salutis erit.
Vos, que de Carolo restant dicenda, Camenę,
Strictim veloci carmine concinite.
Cum fuerit regno tam clarus in amplificando,
Intentus bellis continuis animo,
Ornatus operum varios tamen et decus ingens
Fecerat et visu moenia pulcra nimis;
Ex quibus inprimis merito laudatur Aquensis
Sedis mirifice condita basilica,
Quam, pie Christe, tibi sanctaeque tuę genetrici
Ad laudem studuit perpetuam facere;
Ingylemhem dictus locus est, ubi condidit aulam,
Aetas cui vidit nostra parem minime.
Quorum multiplicem si quis describere laudem
Curabit, longum texet opus nimium.
Ad quae marmoreas praestabat Roma columnas,
Quasdam praecipuas pulcra Ravenna dedit;
De tam longinqua potuit regione potestas
Illius ornatum, Francia, ferre tibi.
Preterea Rheni constravit ponte fluenta,
Commoda dans urbi tanta Mogontiace.
Est ibidem latus quingentis passibus amnis,
Ut pondus tanti scire queas operis.
Quodque magis stupeas, firmaverat ordine recto
Colles ingentes fluctibus in mediis;
Supposuit basibus haec fundamenta locandis
Et supra celsam struxerat inde viam.

---

414 sensum *G*[1] 424 cause *G*[1] 433 pię xp̄ę *G* 444 mogontiaci *G*[1] 445 qui ingentis *G*[1]

413 *i. e. ex illo tempore, cum Carolus moriebatur.* 419 *cf. Verg. Aen. VI 814 sq. VII 693 sq.* 423 *cf. V, 108 et Iohannis Scotti versus PAC III 531, 61 sq.*

Hoc opus extremis illius poene sub annis 814
Consumpsit subito flamma vorax penitus.
Quod reparare volens, fieret quo saxeus illic
Pons, ubi constructus ligneus ante fuit,
(Pro dolor) est obitu praeventus; opusque remansit
Hoc imperfectum, sic quoque semper erit.
Virtutis monimenta manent tamen eius in aevum,
In vastis stantes gurgitibus tumuli.
Congestę saxis etenim tellureque moles
Parent elatis flumine verticibus;
Aggeribusque pari spacio distantibus, ordo
Metitur lati terga decens pelagi.
Condidit et domino perplurima templa dicanda,
Exornans eadem sumptibus ex propriis,
Neglectu dilapsa prius vel tempore longo
In regno reparans cuncta suo noviter.
Religionis enim sanctae studiosus amator
Sectatorque fuit catholicae fidei.
Tempore namque suo hereses extinxerat ortas,
Quod iam praemissis diximus ante libris.
Aecclesiam certis intraverat impiger horis,
Fundens devotas nocte dieque preces;
Eius et omne ministerium cum vestibus atque
Vasis ornatu composuit nimio.
Verus quippe dei cultor, praeponere sancto
Eius nil umquam servitio voluit.
Nam regnum terrestre tenens, caelestis amore
Plus multo flagrans extitit et cupidus;
Quod sibi, prae cunctis clemens et largus egenis,
Curavit donis assiduis emere:
Nemo peregrinos illo plus fertur amasse,
Nemo pari cura suscipiebat eos,
In quo paene modum pietas excesserat eius
(Si quid in hoc nimium quisque potest facere),
Cum non regali solum foret advena turba
Aulę, sed toto iam gravis imperio;
Ipse pius compensabat dispendia rerum
Mercedis laeto perpetis intuitu.
Hac invitati fama cum partibus orbis
De cunctis ad eum confluerent inopes,
Non tamen in proprio satis exercere putabat
Regno gratuite largitionis opus,

---

452 poenitus *G* 462 pelagii *G (librarius sancti Pelagii memor erat)* 465 dilapsu G^1 *(corr. fort.* G^2*)* 472 deuotans G^1 479 conctis *in* cunctis *corr.* G^1 480 assidius *G* 482 patri G^1 483 paene *(extr. litt. in ras. a m. 2) G* 486 *fort.* toti 487 *distinctionem post* rerum *poni solitam sustuli coll. III 504*

451 *cf. Einh. V. K. 17* uno antequam decederet anno. 460 parent *i. e. apparent. PERTZ.* 461 *ordo decens aggerum, cum ii pari spatio (inter se) distent, lati pelagi terga (i. e. fluminis latitudinem) metitur.* 470 *cf. quae de Felicis episcopi Orgellitani haeresi exposuit III 98 sqq. 196 sqq.*

Sed per legatos mittebat ad extera regna 814
Christicolis crebro munera pauperibus:
Quos Aegyptus Alexandrique ex nomine dicta
Urbs inopes habuit, iuvit eos opibus;
Africa munificum Cartagoque senserat illum;
Est experta satis largifluum Syria;
Ad Hierosolimam seu cetera, quae loca Christi
Gestis corporeis sanctificata manent,
Sepius indiguis donanda fidelibus auri
Misit et argenti pondera non modica.
Trans mare gentiles positos solum sibi reges
Ad hoc firmata iunxit amicitia,
Quatinus, illorum qui sub ditione fideles
Essent, perciperent inde refrigerium.
Praeque locis sanctis aliis specialiter eius
Menti Romanę sedis inhaesit amor,
Nam sanctum venerans Petrum, qui claviger extat
Caeli quique chori primus apostolici,
Eius ad aecclesiam donaria maxima sepe
Mittens thesauros contulit innumeros
Atque sui magis in toto nil tempore regni
Curavit, maius non habuit studium,
Quam sedes Romana suo munimine fulta
Ut veteri pollens nobilitate foret.
Et tamen ipse quater tantum pervenerat illo,
Vota precesque pia solvere mente volens;
Ultimus adventus hac causa contigit eius,
Quod turbatus erat tunc status ecclesiae,
Scilicet eiecto simul et tormenta Leone
Praesule perpesso civibus a propriis.
Hoc quasi naufragio suprema pericula passum
Vexatumque loci sedicione statum
Ad portum placidae studuit revocare quietis,
Illic per totam poene manens hiemem.
Tunc ibidem culmen susceperat imperiale
(Ordine quo, quarto diximus ante libro);
Quod tamen invitus papa cogente recoepit
Et multis populi Romulei precibus.
Qui si consilium praescisset praesulis ante,
Tunc se subtraheret prorsus ab aecclesia;
Denique sic multis coram iuraverat ipse,
Quamvis illa dies valde foret celebris.

---

495 ex *om. B synaloepha quidem sublata, sed metro vitiato, quod ne* Alexandri quoque nomine dicta *legentes restituamus, obstat I 370* 497 carcagoque G^1 498 expartae G^1 501 indinguis G^1 503 reges G^2: regis G^1B 520 tunc status (tunc stat *in ras., ut vid. a m. 1*) *G* 522 Praesulę *G* 523 supma *in* sup̄ma *corr.* G^1 525 statuit *BG* (*ex* statum *v. 524*): *corr. Simson* 530 pręcibus *G* 531 p̄cisset *G*

495 *cf. V 585.* 519 *cf. III 604 sqq.* 528 *cf. IV 1 sqq.* 534 *sc. natalis Christi.*

Videris, hoc illi tantum cur displicuisset, 814
Quod mos est aliis regibus appetere.
Ipse decem post haec et ternos circiter annos
Augustus laetus vixit in imperio;
In quibus antiquas leges correxit, in ipsis
Uniri mandans, dissona que fuerant;
Addidit his etiam noviter, quae congrua duxit,
Pauca quidem numero, valde sed utilia;
Cunctorumque sui regni leges populorum
Collegit, plures inde libros faciens.
Necnon, quae veterum depromunt proelia regum,
Barbara mandavit carmina litterulis.
Coepit et ingenii totis cum viribus acris
In linguam propriam vertere grammaticam,
Ardua phylosophis etiam res hęc foret, artem
Ad hanc sermonem cogere barbaricum.
Talibus a studiis non regni maxima cura,
Non aetas gravior tum revocavit eum.
Compotus annalis fuerat notissimus illi,
Quem rimabatur mente satis vigili;
Sidereos ortus cursus obitusque notabat,
Nullus eum punctus zodiaci latuit.
Et ventis bis sex, totidem quoque mensibus ipse
Francorum lingua nomina composuit;
Illi namque prius menses dixere Latinis
Et partim linguae nominibus propriae;
Ventorum vero proferre vocabula tantum
Norunt eloquio quattuor ante suo.
Nonne, videns quantum sudarit in artibus istis,
Proelia vix ab eo quaelibet acta putes;
Rursus, si numeres eiusdem bella, triumphos,
Armis tot regna subdita, tot populos,
Otia mireris quando vel parva legendi
Vel quid discendi contigerit spacium? —
Cur operis differs huius finire laborem,
Dum Caroli trepidas dicere, mens, obitum?
Sit licet hoc nobis mestum, sit triste: sed ordo
Exigit, idque nihil nos reticere iuvat;
Quin potius dulces lacrimae lugentibus esse
Atque sui gemitus ipsa querela solet.

---

536 appetere (*extr. litt. in ras. a m. 2*) *G* 538 Augustus letus *B*: Augusto loetus *G* (*conieceram* Augustus laeto; *recte enim imperium salubri imperatoris cura laetari diceretur*) uinxit G^1 544 inde *in* Inde *corr.* G^1; *et ita abhinc saepius post incisionem pentametri versus* 548 grāmmaticam G^1 549 *fort.* etsi (etiam *ex* propriam *v. 548 oriri potuit*) 552 No *in* Non *corr.* G^1 grautor G^1 tum] *fort.* iam 553 Compotus *sic G* 562 Norunt *G* (*cf. v. 559* dixere); Norant *Reineccius* 563 vides G^2B *ob dictionem frequentissimam* nonne vides? (*cf. e. g. Verg. Georg. III 250*) 566 populis *G* 569 Cur *B*: Cum *G*

536 *de Caroli Magni nepotibus cogitat.* 560 partim *ἀπὸ κοινοῦ positum.* 567 vel parva *i. e. quamvis pauca.* 572 *coniunge* idque reticere nihil nos iuvat.

Ipsius ut regni Hludowicus filius heres 814
Et consors factus patre iubente fuit
(Namque hunc augustum sumpto diademate dici,
Ut regeret secum, iusserat, imperium),
Ipse dehinc morbo pariter defessus et aevo
Alterius vitae tendit ad introitum.
Venatum tamen ex aula perrexit Aquensi
Autumni lapso tempore iam medio.
Hinc in praedictam rediens se contulit aulam,
Disponens in eo tunc hiemare loco.
At mensis veniens Iani de nomine dictus
Acribus hunc subito febribus inplicuit;
Abstinuitque cibis statim, sic pellere morbos
Vel saltim levius ferre suos solitus.
Sed dolor accedens lateris iam tempus adesse
Eius decessus fecerat haud dubium.
Cumque dies senos decumberet, inde secutus
Septimus huic vitae ultimus extiterat,
In quo percepto venerando corpore Christi
Adiungi meruit civibus aethereis.
In templo situs est, ibidem quod condidit ipse;
Quali cum luctu, nemo referre valet.
Post octingentos Christi nascentis ab ortu
Hic annus quartus extitit et decimus;
Ipse die quinta decesserat ante Kalendas
Mensis, quo Numa rex februa constituit.
Multa propinquantis fuerant praesagia finis
Atque rei tantę congrua prodigia:
Denique defectus solis luneque frequenter
Annis continuis contigit ante tribus.
Septenis ater color est in sole diebus
Visus, lucigenam commaculans faciem.
Porticus immensae molis collapsa repente
Aulae iam dictae omne decus minuit.
Quemque decem Rheni pontem construxerat annis,
Horis consumpsit flamma tribus penitus;
Nam, nisi quae labens fluvius subtraxerat igni,
Astula nec saltem parva superfuerat.
Ipseque Danorum contra regem Godefridum
Ultima disponens bella senex agere
Ibat per patriam multo cum milite nostram,
Exiit et castris exoriente die
(Nam tum pallenti spargebat luce serenum
Aera sol superis partibus appropians):
Cernitur a cunctis subito delapsa ruisse
De cęlo species sideris ignivomi

584 hemare G^1 585 iani *B*: iam *G* 590 fecere *G* 600 *post* rex *dist. G;* Numa *priorem syllabam corripit* (statuit *Jaffé*) 602 reo G^1 603 lumeque G^1 610 poenitus *G* 613 clanorum G^1

596 quali cum luctu *sc. ibi sepultus sit;* situs *passiva notione ('beigesetzt').* 600 *Macrob. Saturn. I 13, 3.*

Vibratamque facem longo traxisse volatu, 814
 Donec in laevam decidit ipsa plagam;
Hoc admirantem sonipes, quo vectus abibat,
 Elisit casu praecipiti graviter;
Denique regalis clamidis hinc fibula rupta
 Disruptusque simul balteus est gladii,
Excussumque manu telum quod forte gerebat
 Invitus longum iecerat in spacium.
Preterea tremor hoc aulae praedixit Aquensis,
 Terrificans cunctos motibus insolitis,
Idque domus regis crepitu laquearia crebro
 Tactaque signabat fulmine basilica,
In qua per gyrum lucens epygramma canebat,
 Aedem quis tantam condiderit domino:
Idcirco 'Carolus princeps' ibi commemoratus
 Extremi versus in serie fuerat;
Sed quibus est scriptum 'princeps', (mirabile dictu)
 Sponte sua penitus dispereunt apices
Deletique sui vestigia nulla relinquunt,
 Mensibus haud multis ipsius ante obitum;
Quod quia vis quaedam cunctis incognita fecit,
 Tristiciam multis omen hoc intulerat.
Iure mori doluit signis exterritus orbis
 Hunc, cui post similem non habiturus erat.
Sed nec in antiquis ducibus seu regibus illo
 Omnimodis quisquam clarior enituit.
Romani multis ducibus multisque sub annis
 Italiae populos vix sibi subdiderant:
Unus hic in spacio perpauci temporis omnem
 Subiecit victor, disposuit dominus;
Adde tot Europae populos, quos ipse subegit,
 Quorum Romani nomina nescierant.
Ob hoc, mirificos Karoli qui legeris actus,
 Desine mirari historias veterum.
Non Decii, non Scipiadę, non ipse Camillus,
 Non Cato, non Caesar maior eo fuerat;
Non Pompeius huic merito vel gens Fabiorum
 Pręfertur pariter mortua pro patria.
Terrea forsan eis fuerit par gloria; sed nunc
 Caelestis Carolus culmen honoris habet.
Illic Daviticae pollet virtutis honore
 Cum Constantino atque Theodosio;

---

623 uectis G^1 clamulis G^1 (*corr., ut vid.,* G^2) 628 In uitiis *G* 631 laqueariaria *G* 638 poenitus *G* 643 dolint G^1 649 omnē *BG* (*sc. Italiam*); omnes *Jaffé* 643 karoli *G hic et in inscr. primi libri* 656 caefar *G* 657 fabriorum *G* 659 fór///is G^1; forsan^{h}is G^2; *cf. v. 671*

644 *cf. Sedul. II 68.* 655 *Verg. Georg. II 169 Decios, Marios, Camillos, Scipiadas, Caesarem sic componit; poeta Saxo scite Decios Scipiadasque solos plurali numero attulit, ex quorum gentibus complures eadem virtute clari fuerant.* 662 Theodosio *I Arianorum persecutore.*

Illic antiquum gaudet quod vicerit hostem, 814
Eripiens multos ipsius a laqueis;
Illic congaudent illi salvata per ipsum
Munere, Christe, tuo milia spirituum.
Quis numeret, quantas animas, dum credere fecit
Saxonum populos, reddiderit domino?
Quot nunc aecclesiae fulgent, ubi fana colebant
Antiqui, quot sunt structa monasteria,
Quot laudes in eis vel quot tibi vota fideles
Reddunt, tot Carolo pręmia, Christe, dabis.
Iudiciique dies cum venerit ultima magni,
Qua reddes omni quod meruit homini,
O quam laetus erit sibimet commissa talenta
Pręsentans grandi multiplicata lucro;
Nullus apostolicis tunc iure propinquior illo,
Ut res ipsa docet, caetibus esse valet.
Nam cum Iudaico processerit agmine Petrus
Stipatus, cuius dogmate crediderat,
Paulus totius (liceat si dicere) mundi
Gentes salvatas duxerit ore suo,
Andreas populos post se producet Achivos,
Iohannes Asiae proferet ęcclesias,
Matheus Aethiopes niveos baptismate factos,
Indorum Thomas ducet ad astra greges:
Tum Carolum gaudens Saxonum turma sequetur,
Illi perpetuae gloria laeticiae.
O utinam vel cunctorum sequar ultimus horum,
Qui nostro salvi de populo fuerint;
O si, Christe, velis hędum transferre sinistrum,
Me pius ut dextris consocies ovibus,
Quo non mortalis psallam tibi carminis odas,
Sed laudem valeam dicere perpetuam. Amen.

---

670 struct/// (ura *eras.* ?) G^1 672 xp̄ae *G* (*itemque v. 691*) 674 quā G^1 677 propinquor *in* propinquior *corr.* G^1 681 liceat *B*: licet *G* 682 óre (*i. e.* o re) G^1 690 nr̄i *GB*

663 *cf. Ovid. trist. II 49.* 685 *cf. praef. p. 1 sq.* 691 *cf. Prudenti περὶ στεφ. 10, 1136; quem locum Hrotsvit quoque imitatur Paphn. p. 258 Bar. et Heiricus Germ. VI 660 sqq. (PAC III p. 517; cf. p. 757).*

ABBONIS
BELLA PARISIACAE URBIS.

Abbo patria Neustrasius[1] *diaconus et monachus*[2] *s. Germani a pratis* bella Parisiacae urbis *a Normannis sc. obsessae, quibus ipse ab initio interfuerat*[3], *cecinit continuata usque ad a. 896*[4]. *Neque vero totum carmen, quo res per annos duodecim gestas enarravit, a primo versu ad extremum uno tenore deduxit; sed multum, cum carmen totum Gozlino dedicaret, iam temporis intercesserat, ex quo primum eius condendi consilium ceperat*[5] *particulasque opusculi, ut quaeque absolvebatur, magistro obtulerat*[6]. *Sed neque particulae operis neque totum opus confectum Aymoino probabatur*[7]. *Anno igitur 896 vel initio a. 897*[8], *certe ante Kalendas Ianuarias a. 898, quibus Odonem regem*

---

1) *Neustria enim poetam ita alloquitur I 624* Mi soboles, aliquis censere potest? *Quem ad versum ascripta est haec glossa* Nustrigena enim fuit hic metricus. 2) *Necrologium s. Germani a Pratis (Bouillart, histoire de l'abbaye royale de s. Germain des prez p. CX b):* VII id. Mart. depositio Abbonis sacerdotis et monachi S. Germani. *Diaconus erat, cum a. 896 vel anno sequenti Gozlinum ut* conlevita *salutaret. In sermonum praefatione (D'Achery, spicil. IX 79)* me revera *inquit* Abbonem, sc. monachum et miserabiliorem cunctis mortalibus. *Quod in sermone altero legitur (D'Achery IX 84)* igitur, fratres, nos episcopi sumus vicarii domini nostri Iesu Christi in hoc mundo, *si recte editur, explicandum est ita, ut* episcopus *dicatur is, qui praedicandi munere episcopali fungatur (v. Du Cange, gloss. III 278 b). Paulo infra dicit* similiter et nos sacerdotes propterea mittimus homines baptizatos in ecclesiam... *Cf. Histoire litéraire de la France VI 193.* 3) *I 25 sq. 593 sqq. 633. Pertzius etiam eum, qui II 301 commemoratur, sancti famulum Abbonem ipsum fuisse coniecit, quod verisimile dices loco toto comparato cum I 633.* 4) *Cf. ad II 583.* 5) Tunc etenim *inquit* adhuc litteratoriae tyrunculus disciplinae Maronis proscindebam eclogas; *cf. Histoire litéraire de la France VI 191; Ebert III 129 adn. 1.* 6) *In versiculis carmini ipsi praemissis Aymoinum queritur neglegentius se gerere in studiis discipuli regendis; glossa ad v. 10 sqq. adscripta est haec in margine* sepe discipulus ferebat magistro corrigendos versus, quos per incuriam neglegebat. *Quod ne mireris aperte profari discipulum, conferre iuvat quae Hrotsvit Gandershemensis queritur in epistula ad sapientes comoediis praemissa p. 141 Bar.* perspicax quoque ingenium divinitus mihi collatum esse agnosco; sed magistrorum cessante diligentia incultum et propriae pigritia inertiae torpet neglectum; *nam ibi fuit qui male interpretaretur: 'doch ohne meiner Lehrer Mühen hätt' ich die Gaben nimmermehr gehegt; sie wären ungepflegt in meines Geistes träger Ruh verkommen'; tamquam* torperet *legeretur. Alter locus altero illustratur.* 7) *In extrema ad Gozlinum epistula scribit:* Dactilici quidem versiculi trimetri praepositi causam enucleant sui, sed minime exauditi. Verum quod haud apud magistrum, saltem mereantur penes germanum. 8) *Nihil enim ultra a. 896, cuius sunt v. 583—595 secundi libri, descendere nos cogit; ex praefatione autem constat Abbonem opus ad novissima tempora deduxisse, cum dicat* ab examine regni hucusque Odonis.

decessisse novimus[1] *carmen continuatum denuo misit Gozlino diacono*[2] *s. Germani, quem falso nonnulli statuerunt Abbonis fratrem fuisse germanum*[3]. *Iam hoc tantum quaeritur, quo fere anno Aymoino opusculum miserit; quod ut eruatur, necesse est attendi num quid discriminis agnoscatur in carmine. Nec possumus diffiteri usque ad annum 889 omnia multo accuratius explicari quam quae post illum annum gesta sunt. Qua cum re optime convenit, quod Odonem regem futurum statim a carminis initio Abbo significat*[4], *quem Carolo III demum defuncto regnum suscepisse constat pridie Kalendas Martias a. 888*[5]. *Auctoritas autem carminis inde augetur, quod prior pars iam tum composita est, cum Abbo etiam singula quaeque bene meminisset. Neque enim video, cur dubitemus insignem huic carmini locum dare inter monumenta illius aetatis*[6].

Cum autem Gozlino carmen dedicaturus esset, Abbo trinitatis causa addidit tertium librum, quo praecepta moralia complexus est in usum clericorum. Ut autem elocutio eius in primo etiam secundoque libris satis contorta est et quae obscuris vocibus abundet, ita huc ad tirones exercendos vel rarissima quaeque et inprimis graeca vocabula congessit. Quae quin ex glossariis[7] *hauserit ipse, eo minus dubitari potest, quoniam interdum satis multa verba ab eadem littera incipientia se excipiunt, praesertim a litteris* A, B, C. *Explicavit autem ea ipse*[8] *glossis adscriptis; quae quod in Parisino codice more solito hic illic ita scriptae sunt, ut significationis celandae gratia pro* decenter *extet* dfcfntfr, *vel* d∵plic.r: *pro* duplicare, *et quae sunt similia, id facile crediderim ad ipsum Abbonem redire*[9]. *Pertinet autem illud praefationis testimonium proprie tantum ad tertium librum; neque tamen, cum eadem prorsus ratio sit glossarum in primis libris,*

---

1) *Testimonia congessit Duemmler Ostfr. III 436 adn.; cf. Abbo II 615 sq.* psallere non tedet; defit tamen actus Odonis nobilis, is quanquam mulcet superas adhuc auras, *unde taedio non carminis, sed regis impii (cf. II 583—595) correptum Abbonem desiisse concluserim: 'doch ist ja von Odo nichts mehr Gutes zu melden'.* 2) *Nempe Abbo eum in praefatione affatur ut conlevita.* 3) *V. Duplessis, nouvelles annales de Paris p. 226 adn. 3, qui affert ex praefatione haec:* dilecto fratri Gozlino, amplexando fratri Gozlino, tuae germanitatis, fraterni flagri, penes germanum. *Sed in primo folio glossa marginalis extabat, nunc paene tota evanida, cuius haec certe intenta oculorum acie legi a Carolo Hampe adiutus:* confratri suo. *Hinc apparet fratrem Gozlinum Abbonis non fuisse; nisi quis forte opinabitur ullum hominem germanum suum illa voce significare posse.* 4) *Cf. I 45* hic *(sc. Odo)* consul venerabatur rex atque futurus; *II 163* rex igitur venturus Odo transmittitur inde *(ad a. 886).* 5) *Cf. Duemmler, Ostfr. III 316 adn. 2.* 6) *Iniquius iudicare mihi videtur Wattenbachius G-Q. I⁶ 299, quamquam sane valde cavendum est, ne Abbonis testimoniis male intellectis abutamur. Id quod eo facilius adhuc fieri poterat, quo plura in Pertzii editione, qua nunc fere uti solent qui Abboni operam dant, intellegi plane non possunt. Neque vero ea poetae culpa est, sed editorum, qui praeter Duplessem hominem vere Maurinum paene nihil ad Abbonis verba intellegenda contulerunt. Etsi ne eius quidem liber vitiis caret iisque interdum gravibus. Ex eorum autem numero, qui Abbonis carmine ad historiam illius aetatis explicandam usi sunt, hic commemoro Dahlmannum (Geschichte von Dännemark I 55 sqq.), Deppingium (histoire des expéditions maritimes des Normands, ed. 2. p. 215 sqq.), v. Kalckstein (Gesch. d. französ. Königth. I 31 sqq.), Duemmlerum (Ostfr. III² 260 sqq.). In eorum vero usum siquis Abbonem cum ceteris fontibus comparare velit, sufficiet plerumque notavisse, ubi res commemoratae a Duemmlero tractentur.* 7) *Quo glossario Abbo usus sit, definire non potui. Certe ex iis glossariis, quae inter Goetzianum corpus prodierunt, nullum est, quod Abbonis in manibus fuisse videatur. Verumtamen paene omnes tertii libri glossae eaeque bonam partem iisdem verbis occurrunt in glossario Papiae; cum autem Papias libro glossarum, q. d., usus sit, cuius excerpta tantum recepit Goetzius, non auderem negare librum glossarum ipsum in Abbonis manibus fuisse, nisi Goetzius ipse simili glossario Abbonem usum esse nuper dixisset (Leipziger Sitzungsber. 1896 p. 72).* 8) Propria manu linguas superieci *(praef. p. 78, 9).* 9) *Omnes eiusmodi glossas omisit Pertzius, pauculas dedit Tarannius; qui quae obscura dicit et oblitterata, ex parte prorsus aperta sunt, modo puncta pro litteris exarata accipiamus. Ceterum in hoc tertio tantum libro Tarannii*

ullo modo licet dubitare, quin etiam horum interpretamenta ab ipso Abbone profecta sint[1]. *Unum tantum novi exemplum, quod si recte taxavi, non potest ab ipso Abbone esse positum. Nimirum ad versum II 494 cum narratum ibi sit Odonem undeviginti milia equitum peditumque vicisse gratia Iohannis baptistae, in cuius natali hoc facinus egregium perpetraverit, ascriptum est in margine* nequaq. *Quod facile quispiam existimaverit pertinere ad vocem aliquam contextus, ut in eadem pagina extant interpretamentorum rudimenta*[2]*; neque vero* nequaquam *ibi legitur. Mihi igitur, cum defectum statuere nolim in sententia tam bene cohaerenti, glossa adscripta videtur ab eo, qui indicaturus esset Odonem illos non vicisse in feria s. Iohannis, quamquam I. Vahlenus in prooemio Berolinensi hib. a. 1880 p. 13 iudicii inter legendum adnotati exempla in codicibus inveniri negavit. Hoc ut statuam, mihi persuadetur ea quoque re, quod ductus antiquissimi quidem sunt, sed multo pallidiores quam in reliquis eiusdem paginae verbis, atque librarius ipse nusquam hoc compendio ad* quam *adverbium significandum usus est. Quodsi hanc unam glossam alia manu scriptam reicimus, eo minus diffidemus iis, quas ipse librarius exaravit. Priusquam autem progrediar, pauca de glossarum natura dicenda videntur. Nempe passim*[3] *ea vocabula, quibus latina explicantur, aut et ipsa bona sunt et quae veterum usu comprobentur, sed tamen etiam in gallicum sermonem recepta renuentem explicanda, aut vulgaria. Ex his igitur glossis nescio an aliquid commodi redundare possit etiam ad gallici sermonis antiquissimi cognoscendam verborum copiam.*

Praeter hoc vero opusculum Abbo scripsit sermones triginta septem iubentibus episcopis Froterio videlicet Pictavae sedis et maxime Fulrado Parisiacae[4]. *Cum autem Froterius Hecfrido defuncto Pictaviensi ecclesiae praepositus sit a. 900 eamque rexerit usque ad a. 936*[5], *Fulradus vero ab a. 922 usque ad a. 926 aut ad insequentem Parisinus episcopus fuerit*[6]*: necesse est Abbonem post a. 922 mortuum esse, a. d. VII Idus Martias*[7]. *Nec multum nos ad annum accuratius definiendum videtur iuvare testimonium Abbonis de Ungrorum natione impiissima*[8], *quae iam antequam Fulradus episcopus fieret, Lotharii regnum invaserat a. sive 917*[9] *sive 919*[10].

---

editio alicuius pretii est, cum Pertzii errores aliquot neque tamen omnes codice Parisino iterum collato correxerit. Primum autem secundumque librum prorsus ut apud Duplessem legebantur, operis tradidit, Pertzii editione non consulta, ex qua nonnulla corrigi poterant in glossis; velut in praefatione deviis: mendatiis, *ubi quamquam Pertzius rectam lectionem ediderat, Tarannius cum Duplesse scribit* mendatus *librario erroris accusato.*

1) *Tribuendum aliquid videtur ei quoque rei, quod solum Bedam laudatum invenimus in tertii libri, eundemque in praefationis glossis; unde id certe consequi videtur, etiam praefationis glossas ab Abbone adiectas esse. Tum vero non est quod de bellorum Parisiacorum glossis aliter iudicetur.* 2) *Sc. ad II 484* stadiis *in margine ascriptum est* Stad., *ad II 498* lepores *similiter* Lepo; *ubi omisit fortasse librarius uberiores glossas, quas ad describendas spatium deficiebat, ut I 220 glossam ad* puteos *pertinentem cum in margine sinistro addere coepisset, desiit eamque in margine inferiori posuit. V. paginae illius ectypon huic tomo affixum.* 3) *Hoc post Duplessem (ad I 275 p. 261) observavit Tarannius (p. XVII adn. b); addo praeter locum a Duplesse notatum I 259 al.* cateias: dardos; *I 275* taxos: ivos; *II 87* mergitibus: garbis; *II 521* conum: helmum. 4) *Id quod ipse testatur in praefatione, quam cum quinque sermonibus edidit Dacherius (Spicileg. IX 79 sqq.).* 5) *V. Galliam Christianam II 1159 sq.* 6) *V. Galliam Christianam VII 40.* 7) *V. necrologium s. Germani a Pratis (p. 72 adn. 2).* 8) *Serm. 5 (D'Achery IX 109)* in climate vero septemtrionali et occidentali gens Normannica pariterque Danica, sed et impiissima Tungrorum *(l.* Ungrorum*)* natio. *Cf. Duemmler N. A. IV 556.* 9) *Annales s. Vincentii Mettenses (SS III 157) ad a. 917:* Wigericus episcopus Metensis. Ungarii primitus regnum Lotharii ingressi sunt. *Nihil autem ad annos 918 et 919 adnotatum est in exemplari autographo.* 10) *Flodoardi annales ad a. 919:* Hungari Italiam partemque Franciae, regnum sc. Lotharii, depraedantur.

Iam quod ad recensendum carmen pertinet, omnis librorum primi et secundi memoria continetur codice antiquissimo Parisino 13833 (olim S. Germani a pratis 535, deinceps 1633) saeculi IX exeuntis vel X ineuntis, quem Pertzius ab Abbone ipso exaratum statuebat. Quae tamen opinio incerta est. Non dico de corruptelis, quas Duplessis sibi videbatur indagasse complures tam in carmine quam in glossis; quoniam ille iis locis fere omnibus erravit, codex autem licet interdum sane peccaverit librarius, tamen perpaucis locis falsas exhibet lectiones. Paulo gravius est quod saepissime librarius ipse quae scripserat correxit plerumque ideo tantum, quod displicebat orthographia. Neque ita probabile est poetam ipsum orthographicis minutiis adeo operam dedisse, praesertim cum in correctionibus nulla ratio agnoscatur; longe autem aliter res se habet, si ponimus librarium hoc egisse, ut libri archetypi imaginem quandam oculis legentium proponeret. Unum tamen est, quod me male habeat. Quippe erasit interdum librarius magnas versuum partes aliaque ipse substituit, quae quin ab ipso poeta profecta sint non potest dubitari. Quodsi ille membranis semel tantum mutatis *carmen descripsit, facile fieri poterat, ut inter scribendum aliquid melius ei in mentem veniret (velut II 268). Neque quod glossae nonnullae parum plenae sunt (cf. p. 74 adn. 2), videtur refragari, cum eas ipse poeta neglexisse possit invitus. In scribendo autem interdum errare etiam ipse poeta poterat. Sed quicquid id est, interpolationis suspicio omnis a codice Parisino abest praeter versum II 268, de quo in apparatu dixi, et tertium librum antiqua manu manifesto interpolatum. Omnia igitur, quae correxerat ipse librarius, sequenda duxi, cum Pertzius modo primariam lectionem exhibuerit modo correctam. Sed tamen nihilo minus omnia, quaecunque prius scripta fuerant, in apparatu diligenter recensui.*

Deinde praeter eum qui glossam alienam ascripsit ad II 494, recentissima manus in codice grassata est, fortasse Petri Pithoei, qui olim librum possidebat nomenque suum ei inscripsit. Cum autem hae notae omnes nihil afferant, quod ad rem faciat, eas ne commemorare quidem visum est.

Hoc igitur codice singulari usus primus Petrus Pithoeus a. 1588 Abbonem edidit inter scriptores XII, quam editionem a. 1594 Francofurti repetierunt Wechelii heredes. Inter sequentes editiones non sine aliqua laude appellari decet Breulianam (Aimoini opera, Par. 1603, p. 399 sqq.) atque Bouquetianam (recueil des historiens des Gaules et de la France VIII 1 sqq.). Omnes vero longe superavit domnus Toussaints Duplessis, qui proximo anno post Bouquetum Abbonis carmen ex codice emendatum glossaque plena instructum addidit novis annalibus Parisiacis. Duplessis autem primus id egisse videtur, ut carmen non modo imprimendum curaret, sed etiam intellegeret; quare aperte non numquam professus est, si quid ei quaerenti restabat obscurum. Effecit ergo studio diligentissimo, ut iam innumerabilia, quae plane perverse distinxerant antiquiores, iam recte interpuncta interpretari liceret, utque non pauciora, quae corruperant litteris mutatis editores, recte iam legi possent ut codex ea exhibebat. Nec satis laudari potest insigne subsidium, quod praestitit doctis hominibus tota glossa adiecta. Neque haec tanta diligentissimi et doctissimi viri merita ea re minuuntur, quod interdem glossas aut neglexit, aut falso legit, praesertim cum hoc ei non ita frequenter acciderit. Dolendum autem est, quod ea editio, quae tantopere ceteris praestaret, Pertzium (SS. II 776) fugit: qui quamquam codicem contulit ipse, tamen exiguam partem correxit eorum, quae iam ante eum Duplessis inde emendaverat. Ea vero quae Duplessem fugerant, omnia fere etiam Pertzium fugerunt. Glossas nolebat is dare omnes, sed satis habuit eas dare, quae memorabiles sibi viderentur, delectu parum apte instituto. Accedit quod multa praecipue in libro secundo corrigere neglexit in carmine ipso, velut II 556 negatos *edidit, quod in adnotatione pro* necatos *positum dicit; hoc vero apertissime in libro legitur. Hoc tamen nomine bene meruit Pertzius de Abbone, quod tertium librum primus edidit, quamquam ne huic quidem integras glossas addidit, neque satis recte lectas. Pertzium quinquennio*

postea excepit Tarannius, cuius editio in primo et secundo libris vix ulla alia de causa laudanda est, quam quod copias Duplessianas, quibus uti non potuerant nisi perpauci, omnibus iam apertas proponeret. Quod vero illius editionis meritum detrectavit, tamquam commentarius Duplessianus non sufficeret si quis accurate in Abbonis mentem se insinuare vellet (p. XXIV sq.), ineptum est. Nam Tarannius plerumque ea fere addidit, quae Duplessis, si in iis omnino haesisset, nullomodo dubitari potest quin ipse commentario fuerit inserturus. Utilis autem est editioni adiecta interpretatio gallica et tabula chronologica. In tertio denique libro nonnullos Pertzii errores, sed minime omnes, codice denuo inspecto emendavit.

Cum igitur Abbo hoc loco denuo proditurus esset, nova instituenda videbatur collatio libri Parisini, a quo omnis salus huic operi petenda est. Nec spes fefellit. Nimirum ex codice liberalissime a V. Cl. Leopoldo Delisle huc tramisso satis multa, quae non ego tantum, sed vix quisquam divinando invenire poterat, ad novam editionem redundarunt. Quae, ut fides diserto habeatur testimonio, in apparatu notavi, quamquam ceterum non soleo codicum afferre lectiones nisi ubi a recepta lectione discrepent.

Tertii libri ob copiam glossarum in scholis lectitati codices extant plures.

1. *Harleianum 3271 (= A) saec. X vel XI et*
2. *Oxoniensem ex collegio s. Iohannis (= B) saec. XI v. 1—53 continentem, anglosaxonicis glossis instructos, adhibui secundum apparatum J. Zupitzae b. m. (Z. f. d. A. XXXI p. 1 sqq.);*
3. *Harleianum 3826 (= H) saec. X,*
4. *Britannicum (kings library 3 A VI = R) saec. XIII,*
5. *Cantabrigiensem, bibl. univ. Gg. V 35 (= C) saec. XI in itinere Anglico contulit C. Hampe (cf. N. A. XXII 227. 635. 638. 666);*
6. *Valentianensem 288 saec. X vel XI (= V) secundum editionem Mangearti (catal. de Valenciennes p. 656 sqq.) adhibui;*
7. *Parisinum 5570 saec. XI (= Q) et*
8. *Samarobrivensem 110 saec. XIII. (= S), dum haec corrigo, contulit C. Hampe in itinere Gallico.*

Neque vero id agendum erat, ut omnes omnium librorum lectiones peculiariter recenserentur; sed, cum Parisinus unus tantum valeat, quantum ceteri omnes, huius quidem plenae lectioni reliquorum selectam adiecimus. In glossis Parisinum codicem expressimus; earum glossarum, quae libris CHR propriae sunt, hic ponimus specimen. Quod eos non esse vituperaturos confidimus, qui meminerint sine ulla utilitate exponi, utrum in aliquo codice deterioris notae scilicet *illud vel* id est *praeponatur glossae an omittatur. Neque orthographica levidensia vitia adnotanda erant. Codex igitur Britannicus R has glossas solus exhibet 1* cl.] sc. o clerice l.] pro 'a latere' demps.] minuas *8* l.] eligat *10* sist.] fieri *12* sistat] maneat *13* a.] i. e. recedat *22* cl.] i. e. clerice *25* ap.] i. e. minister secretorum; apocrisarius dicitur ipse, cui committimus secreta consilia; idem est et simmista, uti canimus 'simmista dei' *(bis* simmista *scripsi pro* siminista; *cf. e. g. Milo PAC III 618, 90 et Mone, lat. Hymn. III 117) 26* b.] rex serpentium *(interpres graecae linguae ignarus de basilisco cogitabat) 31* c.] i. e. equus castratus *R (= Pap.) 36* l.] N. s. *(cf. glossas P et introduct. ad glossas libri III)* s.] vel sequere *(cf. gl. P) 39* an.] i. e. ambonem *(*ambonum *Q) 64* t.] mandatum *66* si g.] si fers *92* B.] i. e. vino *102* miles] o — *(item C).*

Sequantur excerpta codicis Cantabrigiensis: 1 cl.] φ *10* sistere] κ π *14* prosapia] nobilis *(confundere visus* enclitica *et* inclita*) 18* celebs] φ. *19* pr.] genus vestis puerorum *20* abutitur] i. e. male, i. e. a malo viro *(voluit* a viro; *i. e. die anabola wird missbraucht, wenn ein Mann sie trägt) 22* Codrus] nobilis poeta *(ut V; sed HR cum P faciunt) 36* l.] NC *(cf. supra de gl. R) 38* generant] sc. egilopia

58 g. m.] sc. tegat *79* l.] sinistra *88* V.] libidinem *90* cuncte] omnes *96* a.] terras *111* qu.] sc. valeas *(v. 113)* a.] celestes *113* sistenti] manenti *115* poscas] ores

Codicis Harleiani 3826 (= H) glossae non multum differunt a glossis Parisini P; de glossis codicum Q et S p. 122 referam.

SCEDULA SINGULARIS CERNUI ABBONIS DILECTO FRATRI GOZLINO.

Cunctorum dei plasmatum extimus et conlevita indignus Abbo, sincere omnemque terrigenam superantis igne dilectionis amplexando fratri Gozlino, quicquid in Christo utriusque vitae manet iocunditatis. Tuae admodum mihimet acceptissimę germanitatis affectio sibimet dudum destinari crebro poposcit, ut bellorum Parisiacę polis, precellentissimi quoque principis ab examine regni hucusque Odonis, nostro genitum labore codicellum didicit, tam contigui studiosa ingenioli quam fraterni insuper non inmemor flagri. Eandem itaque ob gratiam faustissime noveris germane, tibi hancce dirigi pagellam, cum tam rara ne umquam penes me frustretur petitio, tum solamine omnium apud lectorem amicissimi, ut cara finetenus vice illam mittentis fungatur, quin etiam a deviis prudenti dextera relevetur. Numquam enim otio reficiendi ob scolarum pluralitatem, cuius commoditati ubique locorum vacaverim; verum qui primum fuerit prolata, constat adhuc sequens pagina membranis semel tantum mutatis, post quoque ceu quopiam Foebo tuo sagaci lustretur arbitrio. Denique, huius eliminata directionis causa, aequum autumatur depromi geminas etiam opusculi inchoationis. Quarum siquidem prima fuerit causa exercitacionis (tunc etenim adhuc litteratoriae tyrunculus disciplinę Maronis proscindebam eglogas), altera vero mansuri aliarum tutoribus urbium exempli. Caeterum tam tuae quam reliquorum quidem lectorum almę caritati non istud metrice conplecti volumen, quod vates taxer, notum fore molior. Nullatenus quippe hic, quae penes summos repperiuntur figmenta poetas: atqui Faunos ferasve nusquam tripudio carminis in ludum more Sileni conglomeraverim neu rigidas motare cacumina quercus coegerim; tum vero silvę avesque, menia quoque numquam nostris sunt comitata vestigiis pre dulcedine cantionis; nec quovis modulamine Orco aliisve Manibus animas tartarea eripuerim caligine ritu Orphei. Plane etiam si quando affuerit velle, nusquam

---

1 sincaere *P; itemque 77, 13* aelim., *16* aegl., *17* metricae, *19* poaetas, *21* coaeg., *23* aerip.; *I 42* quaeamus, *57* cędas (*cf. I 171. 316; II 409*), *300* cęrn., *317* cael., *628* graminae; *II 284* pęllens, *311* tę *et siquid forte praetervidi* 4 si//bimet *P* 7 hance *P*¹ 8 peticio *P*¹ 10 ocio *P*¹ 11 pr/imum *P* 12 simel *P*¹ coque *P*¹ 13 copiam *P*¹ 14 au/tumatur *P* incoationis *P*¹ 18 mollior *P*¹ 19 figmentū *P*¹ 20 silene *P*¹ 21 nr̃/is *P*

Linguae. cernui : humilis 1 plasmatum : formarum sincere : pure 2 terrigenam : s. dilectionem superantis : transcendentis (tra(n)scendentis *P*) 3 manet : est admodum : valde acceptissimę : carissimę 4 affectio : dilectio ut : postquam polis : urbis 5 examine : origine 6 didicit : cognovit contigui : propinqui *in margine ascripta erat his versibus glossa copiosior, cuius haec legi possunt:* Qu........ | .... | fa....... | .... | c̃fr̃i suo.... | ideoq: ..... | ...c̃.... | .... (*cf. p. 73*³). insuper : maxime 7 flagri : amoris gratiam : causam faustissime : felicissime 8 pagellam : a pagina; SINEDOche cum : et rara : preciosa tum : et 9 fungatur : s. illa pagina quin : insuper 10 deviis : mendatiis dextera : s. tua numquam enim ... : ZEVMA otio : spacio reficiendi : emendandi pluralitatem : frequenciam 11 commoditati : utilitati ubique locorum : in omnibus locis vacaverim : stud⟨u⟩erim verum : sed qui : quomodo 13 quopiam : aliquo eliminata : exposita 14 geminas : s. causas 15 litteratoriae : gramaticę 16 proscindebam : ·i· prima vice legebam altera : s. causa inchoacionis (in(h)coacionis *P*) 18 quod : s. ideo vates : poeta taxer : nominer fore : esse molior : cupio hic : in isto opusculo 19 penes : apud atqui : certe faunos : deos agrestes nusquam : nullo in loco (lo(o)q *P*) tripudio : ·i· pre gaudio 20 conglomeraverim : congregavi (cogregavi *P*) neu : nec 21 comitata : Beda de ortographie (*GL VII 267, 8*) 'comitor amicos et amicis' 22 cantionis : cantilene quovis : aliquo Orco : inferni deo manibus : diis infernalibus 23 etiamsi : quamvis

14 siquidem *apud Abbonem apodoseos est.* 19 *'cf. Verg. ecl. 6, 27 sq.' Taranne.*

tamen his actibus favit posse. Ergo nec positor quidem nuncupor nec figmenta hic habentur; sed nostrae facultatis adsint presidia. Porro triadi nostros credidi biblos visu et auditu modo decusatos. Quorum duo quidem tam preliis Parisiacę urbis, Odonis quoque regis, quam profecto almi ac heroys presertim mei Germani eiusdem sedis olim egregii presulis, effulgent miraculis, alias tamen quibuslibet inauditis. Qui autem supplet trinitatem tercius, horumce ignarus constat. Nam cleronomos, tametsi angustum maneat situm, decentissime ornat: tum scolasticis ambientibus glosas suis in commentis obnixe complacet, allegoria vero aliquantisper, cui eius indago libuerit, renitet; tum per semet quoniam mutis inhęret verbis, propria manu linguas superieci. Pedes autem in omnibus opusculi versibus adeo delegerim, quo perrarissimos forte ignorantia potiusve oblivione liquerim clodos; qui tamen periergia quaeso industriaque legentis debitae virtuti restituantur. Pentimimeris nempe seu cum cata triton trocheon eptimimeris rata similitudine per omnia currunt cesurae, quanquam bucolice per tomen perpauca. Communibus preterea bannitę modis cum dieresi et episinaliffa non dense usus extiti. Igitur largiente divino munere suggessit haecine mihi facultas. Quid plura? catalecticus cunctus existit versus. Tum multa prorsus alia lectori seria parebunt indita. Nec tamen putetur hoc ob aliud factum, nisi materiam vel a tua, dulcissime frater, prudentia hauriendam seu cuiuspiam alterius diserti, cum ad manus venerit, metrici. Dactilici quidem versiculi trimetri praepositi causam enucleant sui; sed minime exauditi. Verum, quod haud apud magistrum, saltem mereantur nancisci penes germanum.

GAUDIA · QUOT RADII FEBO · TIBI SINT ET HONORES
CUM FINE · IN FINE · CLAM QUOQUE FINE · DEO.

EXPLICIT EPISTOLA.

VERSICULI AD MAGISTRUM DACTILICI.

O pedagoge sacer meritis
Aÿmoine piis radians
Digneque sidereo decore,
Perrogitat matites liniens
Ore pedes digitosque tuos,
Cernuus Abbo tuus iugiter.

---

1 possae P^1 quidã P^1 nũcupor *in* nucupor (n *superscr.*) *corr.* *P* 2 bilos P^1 6 ignarus *in ras.* *P* c̃nstat (f *superscr.*) *P* 12 catata P^1 13 ptomen *P: corr. Bouquet* 14 aepisinalifa *P* 18 disserti P^1 19 exauditi |||||| Uerum *P* 22 IN FINE *P*, *lineolam* (FINE) *add. man. rec.; deinceps in cod. distinguitur;* gaudia tibi sint in fine (*i. e. morte*) et sine fine (*i. e. aeterna*) cum fine deo (*qui est A* et *Ω*, principium et finis; *apocal. 1, 8*)

Linguae. 1 positor: poeta 2 facultatis: ·i· possibilitatis (p̊ssibilitatis *P*) triadi: trinitati biblos: libros 3 modo: tantum decusatos: ornatos 4 heroys: domini 5 alias: alibi 6 cleronomos: clericos. Cleronomia grece, latine ereditas; inde cleronomus ·i· heres (h *ss.*) dei. 7 angustum: strictum maneat: sit; maneo te et tibi tum: et 8 commentis: composicionibus obnixe: valde aliquantisper: aliquantulum eius: s. allegorię indago: inquisicio libuerit: placuerit 9 cum: et mutis: obscuris linguas: glosas 10 opusculi: s. huius adeo: in tantum delegerim: e- quo: ut perrarissimos: valde —; s. versus 11 qui: s. versus periergia: solercia 13 rata: accepta similitudine: exemplo aliorum metrorum cesurae: divisiones 14 bannitę: sillabe dieresi: dississione (*sic*) aepisinaliffa: coniunctione dense: frequenter 15 extiti: fui suggessit: subministravit quid plura: s. expediam 16 tum: et prorsus: certe seria: utilia parebunt: ap- indita: inserta 17 ob: propter materiam: s. ob — 18 cuiuspiam: s. prudentia diserti: periti 19 enucleant: aperiunt sui: pro 'suam' 20 verum: sed haud: non apud magistrum: s. meruerunt germanum: s. te 22 CLAM: sine QUOQUE: pro 'et'

1 pedagoge: magister 2 radians: fulgens 3 sidereo: celesti decore: onore 4 perrogitat: valde postulat mathites: clientulus liniens: deosculans 5 ore: s. cum — 6 cernuus: humilis iugiter: sedule

Sume botros, tibi quos tua fert
Vitis adhuc virides; rubeant
Imbre tuo radiisque tuis.
Continuo seris atque fodis
Tu, celebrande, putas et eam.
Nuncque cupis, niteat pluviis
Alterius, iubare alterius?
Dulce cui tribuas rogo mel;
Nam tibi palmes et uva manet.
Floruit has mihi Parisius,
Nobilis urbs veneranda nimis,
Bella precans sua ferre tibi.
Agnita cuius ut orbe vago
Sepiat ethera palma volans,
Doxaque regnet ubique micans,
Ore tuo gradiente super.

INCIPIT LIBER PRIMUS BELLORUM PARISIACĘ URBIS.

Dic alacris salvata deo, Lutecia, summo. 885
Sic dudum vocitata; geris modo nomen ab urbe
Isia, Danaum latę media regionis,
Quę portu fulget cunctis venerabiliori;
Hanc Argiva sitis celebrat peravara gazarum.
Quod nothum species metaplasmi modo nomen
O collega tibi Lutecia pingit honeste,
Nomine Parisiusque novo taxaris ab orbe,
Isię quasi par (merito pollet tibi consors);
Nam medio Sequanę recubans, culti quoque regni
Francigenum, temet statuis per celsa canendo
'Sum polis, ut regina micans omnes super urbes'.
Quae statione nites cunctis venerabiliori.
Quisque cupiscit opes Francorum, te veneratur,

I 7 *post* honeste *dist. Taranne* 9 par *sic P* pollet *sic P*

Linguae. 7 sume: accipe botros: ·i· versus fert: dat tua vitis; ·i· tuus discipulus 8 virides: inmaturos rubeant: ·i· maturescant s. racemi, ·i· corrigantur ipsi versus 9 imbre: correccione radiis: emendationibus 10 continuo: ·i· iugiter seris: seminas ·i· doces fodis: colis, corrigis. Sepe discipulus ferebat magistro corrigendos versus, quos per incuriam neglegebat; ideo sic promebat dicens: continuo et rel. 11 putas: foras, imbuis eam: ipsam vineam ·i· ipsum discipulum 12 cupis: conaris niteat: ornetur, emendetur; s. ut— (*sic*) 14 cui: s. viti ⟨·i·⟩ discipulo (*corr. Duplessis*) tribuas: s. ut 15 nam: ·i· quia tibi: tua palmes et uva: vitis et racemus manet: est 16 floruit: genuit 17 urbs: civitas veneranda: colenda nimis: multum 18 bella: prelia precans: obsecrans ferre: s. me 19 agnita: cognita cuius: s. urbis 20 sepiat: repleat ethera: aera palma: victoria 21 doxa: gloria 22 super: de-

I 1 alacris: ilaris salvata: s. quia Lutecia: Parisius 2 dudum: aliquando vocitata: s. fueras 3 Danaum: Grecorum 4 quę: s. urbs portu: ·i· de statione fulget: micat venerabiliori: honorabiliori 5 hanc: s. urbem Argiva: ·i· greca sitis: cupiditas celebrat: frequentat peravara: valde cupida gazarum: opum 6 nothum: ·i· medium grecum, medium latinum species: figura 7 collega: socia Lutecia: Parisi pingit: componit honeste: decenter 8 taxaris: vocaris tu ab orbe: ·i· a mundo 9 merito: iuste pollet: ·i· est consors: consimilis 10 nam: ·i· quia medio: s. in — recubans: requiescens quoque: et 11 Francigenum: accusativus singularis pro genetivo plurali temet statuis: ·i· extollis te per celsa: per sublimia canendo: psallendo 12 polis: urbs ut: sicut micans: nitens urbes: civitates 13 statione: portu; s. de— nites: fulges cunctis: s. portibus 14 quisque: quicunque cupiscit: s. con- opes: gazas veneratur: adorat

Cf. annales Vedastinos et Fuldenses necnon Reginonem; E. Duemmler, Gesch. des Ostfr. Reiches III 259 sqq. 3 *de Isia urbe nihil constat.* 4 *cf. I 13.* 7 *coniunge* o collega Lutecia; *ceterum non dissimilia sunt, quae in versibus in laude beati Landberti infra edendis leguntur v. 50 sq.* 12 *cf. Adrevald. Flor. c. 33 (SS XV 494, 31 sqq.).*

Insula te gaudet, fluvius sua fert tibi giro 885
Brachia conplexo muros mulcentia circum;
Dextra tui pontes habitant tentoria limfę
Levaque claudentes; horum hinc inde tutrices
Cis urbem speculare falas, citra quoque flumen.
Dic igitur, prepulchra polis: quod Danea munus
Libavit tibimet soboles Plutonis amica,
Tempore quo presul domini et dulcissimus heros
Gozlinus temet pastorque benignus alebat?
'Hec' inquit miror, narrare potest aliquisne.
Nonne tuis idem vidisti oculis? Refer ergo!'
Vidi equidem, iussisque tuis parebo libenter.
Hęc tibi nempe litaverunt libamina saevi:
Septies aerias centum preter iuniores
Quamplures numero naves numerante carentes
(Extat eas moris vulgo barcas resonare);
Quis adeo fartus Sequanę gurges fuit altus
Usque duas modicumque super leugas fugiendo,
Ut mirareris, fluvius cui se daret antro
Nil parens, abies quoniam velaverat illum
Ac quercus ulmique simul, madidę sed et alni.
Urbem quo tetigere quidem Titane secundo,
Egregii Sigefredus adit pastoris ad aulam,
Solo rex verbo, sociis tamen imperitabat;
Vertice flexo ad pontificem sic inchoat ore:
'O Gozline, tibi gregibusque tuis miserere,
Ne pereas; nostris faveas dictis, rogitamus;

---

15 fertibi *P*[1] 16 *post* circum *dist. Duplessis* 17 tentoria *sic P* 24 aq̇liquisne *P* 37 sigefredus adit *in ras. P*

Linguae. 15 te: ·i· de te fert: affert 16 conplexo: coniuncto muros: menia mulcentia: blandiencia circum: adverbium 17 tui: ·i· tua tentoria: litora limfę: aque 18 leva: s. tua claudentes: s. pontes horum: s. pontum (*sic*) tutrices: defenstrices (*sic*) 19 cis: de ista parte falas: turres citra: ultra 20 igitur: ·i· propterea quia tam digna es polis: civitas Danea: Normannorum munus: donum 21 libavit: litavit soboles: filia; sobolem pro cuncta progenia (*sic*) posuit Plutonis: dei inferni vel Erebi 22 tempore quo: ·i· quando presul: episcopus dulcissimus heros: suavissimus dominus 23 alebat: nutriebat 24 inquit: ·i· dixit, s. civitas miror: vox urbis narrare: dicere -ne: nonne 25 idem: ipse refer: dic ergo: ·i· propterea quia vidisti 26 vidi: vox poetę equidem: ego quidem iussis: preceptis parebo: obediam libenter: voluntarie 27 hęc: ista nempe: certe litaverunt: obtulerunt libamina: munera saevi: crudeles 28 aerias: excelsas preter: extra iuniores: minores 29 quam: multo naves: durcones numerante: qui numeraret ipsas naviculas 30 extat: est vulgo: adverbium resonare: nominare 31 quis: quibus adeo: in tantum fartus: repletus altus: profundus 32 modicum: ·i· dimidiam (*sic*) fugiendo: dum fugeret 34 abies: arbor velaverat: cooperuerat 35 madidę: umide alni: ex istis enim arboribus erant naves compositę 36 Titane: die 37 egregii: eximii adit: venit 38 solo r. v.: nam carebat regno; ideo solo verbo erat rex sociis: s. suis imperitabat: imperabat 39 vertice: capite (caput *P: corr. Duplessis*) flexo: inclinato inchoat: incipit dicere 41 ne: s. (*sic*) ut non faveas: consentias rogitamus: frequent(ativum *Traube*: frequentati *P*) pro perfect(ivo; *cf. Priscian. inst. XIV 26 G. L. III 38,10*)

15 'fluvius gyro conplexo *(i. e. in se revoluto)* brachia muros mulcentia tibi circumfert'. *Taranne.* 17 *i. e. pontes occupant litora aquae, claudentes dextra tua et laeva tua.* 28 *sqq. cf. Duemmler, Ostfr. III*[2] *p. 260*[2].

Indulge siquidem, tantum transire queamus
Hanc urbem — tangemus eam numquam; sed honores
Conservare tuos conemur, Odonis et omnes.'
Hic consul venerabatur, rex atque futurus;
Urbis erat tutor, regni venturus et altor.
Haec contra domini presul fidissima iecit:
'Urbs mandata fuit Karolo nobis basileo,
Imperio cuius regitur totus prope kosmus
Post dominum regem dominatoremque potentum,
Excidium per eam regnum non quod paciatur,
Sed quod salvetur per eam sedeatque serenum.
Ut nobis si forte tibi commissa fuissent
Menia quodque peregisses iustum tibi narras
Quid fore sancires?' Sigemfredus 'Caput' infit
'Ensis honore meum, canibus demum quoque dignum.
Toxica, ni tamen his precibus cedas, tibi tela
Nostra ministrabunt castella die veniente,
Decedente famis pestem, hoc peragentque quot annis.'
  Haec ait, atque dehinc abiit sociosque coegit;
Sic caput aurora rapuit perdente duellum.
Nempe ruunt omnes ratibus turri properantes,
Quam feriunt fundis acriter complentque sagittis:
Urbs resonat, cives trepidant pontesque vacillant;
Concurrunt omnes turrique iuvamen adaugent.
Hic comites Odo fraterque suus radiabant
Rotbertus pariterque comes Ragenarius, illic
Pontificisque nepos Ebolus, fortissimus abba.
Hic modicum presul iaculo palpatus acuto,
Hic eius iuvenis miles simili Fredericus
Est ictus gladio; miles periit, seniorque

---

44 tuos *sic P*   45 venerabit *coeperat P*   54 peręgisses iustum tibi narras *in ras. P*

Linguae. 42 indulge : concede   tantum : solummodo   quaeamus : valeamus   43 tangemus : ledemus   numquam : nullo modo   44 conemur : pro 'conabimur'   45 hic : s. Odo   venerabatur : colebatur   futurus: quia post consulatum imperium suscepit   46 urbis : s. ipsius   tutor : defensor   altor : nutritor   47 fidissima : fidelissima, s. verba   48 mandata : commendata (*sic*)   basileo : rege   49 prope : ferme   kosmus: mundus   51 excidium : depopulationem   52 salvetur : tueatur   serenum : tranquillum   53 forte: adverbium dubitandi   commissa : comendata   54 menia : edifitia   55 fore : adesse   56 demum: postea   dignum : s. sancirem   57 ni : pro nisi   his precibus : nostris dictis   cedas : con-   58 ministrabunt : apponent   59 decedente : s. die   pestem : s. ministrabunt   quot : singulis   60 haec : s. (*sic*) verba   ait : dixit   abiit : recessit   socios : s. suos   coegit : collegit   61 caput : inicium   rapuit : accepit   duellum : prelium   62 nempe : certe   ratibus : de navibus   turri : ad turrim   properantes : festinantes   63 quam : s. turrim   feriunt : percutiunt   acriter : fortiter   64 resonat : fremit   trepidant : pavescunt   vacillant : moventur, titubant   65 concurrunt : simul currunt   iuvamen : auxilium   adaugent : aucmentant   66 hic : in hac (ac *P*) specula   radiabant : coruscabant   67 pariter : s. cum illis   68 Ebolus: s. radiabat   69 iaculo : s. cum —   palpatus : vulneratus vel tactus (*sic*), s. est   hic ... hic : ANAFORA   70 simili : s. cum —   71 ictus : percussus   periit : occubuit

51 sq. quod *i. e. ut*   53 sqq. *Si forte tibi moenia commissa fuissent ut nobis, peregissesque quod narras: quid iustum tibi fore sancires? Sigemfredus dixit: Caput meum (sancirem) ensis honore et postea canibus dignum. Tamen, nisi his precibus cedas, castella nostra tibi veniente die ministrabunt (cf. v. 100) toxica tela, decedente die (ministrabunt tibi) famis pestem.*   58 sq. *cf. Verg. Georg. IV 466.*   61 perdente *pro 'pereunte'.*   62 *'hodie porta Parisiorum seu magnum castelletum'. Bouquet.*

Convaluit, sese medicante dei medicina. 885
Hic vitae multis extrema dedere, sed acres
Pluribus infigunt plagas; tandemque recedunt,
Exanimes Danos secum multos referentes.
Iam occidui medium vergebat ad ultima Tile
Climatis australis quoque Apollo secutus Olimpho.
  Nil prorsus species turris renitens erat adhuc
Perfectę, fundamentis tantum bene structis
Ac modicum ductis sursum factisque fenestris
Gaudebat; belli sed eadem nocte peracti
Altius haec circumductis crevit tabulatis;
Lignea sescuplae siquidem superadditur arci.
  Sol igitur Danique simul turrim resalutant;
Prelia devotis iaciunt inmania valde;
Pila volant hinc inde caditque per aera sanguis,
Conmiscentur eis fundae laceraeque balistae —
Nil terras interque polos aliud volitabat.
At turris nocturna gemit dardis terebrata
(Nox fuit eius enim genetrix, cecini quoque supra),
Urbs pavitat, cives strepitant, et classica clamant
Absque mora tremulae cunctos succurrere turri;
Christicolę pugnant belloque resistere curant.
Belligeros inter cunctos gemini radiabant
Plus aliis fortes, alter comes, alter et abba:
Alter Odo victor bellis invictus ab ullis
Confortando fatigatis vires revocabat,
Lustrabat iugiter speculam perimens inimicos;
Qui vero cupiunt murum succidere musclis,
Addit eis oleum ceramque picemque ministrans,
Mixta simul liquefacta foco ferventia valde:
'Quę Danis cervice comas uruntque trahuntque,
Occiduunt autem quosdam quosdamque suadent
Amnis adire vada.' Hoc una nostri resonabant:
'Ambusti Sequanę ad pelagos concurrite, vobis
Quo reparent alias reddendo iubas mage comptas!'

---

86 caduntque, *ut vid.*, P^1 (*ut* volant) sanguis *in ras. P* 102 sqq. *Odonis verba ex glossa distinxi*

Linguae. 72 medicante : dum medicaretur 73 hic : in hac fala (*sic*) multis : s. Christianis vitę extrema : finem vitę dedere : dederunt, s. Dani acres : sevas 74 pluribus : s. quam mortem (*sic*) infligunt: inserunt (*sic*, inser̃ *P*) recedunt : redeunt 75 exanimes : mortuos 76 vergebat : vertebat 77 climatis: partis Apollo : sol olimpho : ·i· a toto celo. 82 tabulatis : parietibus 83 lignea : s. turris sescuplae: dimidię 85 devotis : fidelibus : 86 pila : dardi hinc inde : ex utraque parte 87 lacerę : laceratę 89 terebrata : perforata 91 classica : cornua 95 alter comes : s. erat 96 alter Odo : s. erat 98 perimens : occidens 99 vero : et musclis : ferris; musculus est, quo muri perfodiuntur; hinc quasi murusculus dicitur; fit autem similis cuniculo 100 eis : s. Normannis 102 quę Danis : s. talia dicit (*sic* dic̄ *P*) cervice : a — comas : crines 103 occidunt : s. illa ferventia quosdam quosdamque : EPIZEVXIS 104 amnis : fluminis 105 ambusti : undique usti 106 iubas : crines mage : pro 'magis' comptas : ornatas

76 *propter Servium ad Verg. Georg. I 30 (= Isid. orig. XIV 6, 4)* Thyle insula est Oceani inter septentrionalem et occidentalem plagam *coniungo* ad ultima Thyle *i. e.* ad medium occidui et australis partis. 86 *i. e. pila volant hinc inde per aera, caditque sanguis.* 90 supra *sc. v. 81.*

Fortis Odo innumeros tutudit; sed quis fuit alter? 885
Alter Ebolus huic socius fuit ęquiperansque;
Septenos una potuit terebrare sagitta,
Quos ludens alios iussit prebere coquinae.
Hisce prior mediusve fuit circumve nec ullus,
Fortiter ast alii spreta nece belligerabant:
Verum stilla quid est simplex ad caumata mille?
P geminum fidos, raro quamvis, vegetabat;
Mque truces posthac chile (seranta chile id extat)
Hice recenter eunt vicibus turrim, iuge foedi
Ingeminant bellum. Clamor fremitusque fit altus,
Ingentesque replent voces hinc inde ruentes
Ęthera; saxa fremunt parmas quatientia pictas,
Scuta gemunt, galeae strident traiecta sagittis.
Huc preda redeunt equites, certamina stipant,
Incolumes adeunt speculam saturique ciborum,
Anteque durcones multi repetunt morientes
Quam lapides iaciant illamque gravent lapidando,
Dulce quibus flamen Danae spirantibus aiunt,
Quaeque suo lacerans crines lacrimansque marito:
'Unde venis? fornace fugis? scio, nate diabli,
Hanc nullus poterit vestri superare triumphus?
Non tibi nunc Cererem vel apros Bacchumque litavi?
Tamque cito quare repedas ad tegmina stratus?
Haec iterum gestisne tibi poni? redeuntne
Elluo, sic alii? similem mereantur honorem!'
Clibanus ob humile quantum speculae sinuatus
Saeva per ora duit quamvis ignobile nomen.
Ima dehinc ardent eius disscindere fusci:
En inmane foramen hians, maius quoque dictu!

---

110 quoquinae *P*; *sed cf. p. 77, 12. 13* 112 spraeta *P*[1] 126 suos *P*[1] 130 /amque *P*[1] 135 fusci (*i. e.* tetri, *sc. Normanni; cf. II 461*) *scripsi*: scisci *P* 136 hians maius quo[q.] dictu *praeter* q. *in ras. P*

Linguae. 107 tutudit: percussit 108 ęquiperans: s. Odonem 109 septenos: s. Norm. 110 ludens: deridens alios: s. vivos 111 hisce: s. duobus prior: s. in pugna circum: s. illos; ·i· tercius ullus: s. fuit 112 spreta nece: despecta morte 113 verum: sed stilla: gutta simplex: una caumata: ignes, calores ad caumata: s. comparata 114 P: ro; P grecum si fuerit geminatum, CC significat, quia simplex C; tot enim Christiani erant [raro] (*sic, delevi; cf. gl. ad* M *v. 115*) fidos: fideles vegetabat: sustinebat, confortabat 115 M: mi; M similiter grecum XL significat; chile: mille, tot enim erant Normanni ·i· XL milia truces: crudeles posthac: deinde chile: Ī (*bis*) seranta: XL extat: est 116 hice: Norm(anni) eunt: pro 'adeunt' iuge: continuum fedi: turpes 117 ingeminant: multiplicant 119 parmas: scuta 120 traiecta: perforata 121 huc: ad hunc locum ·i· ad turrim preda: de — stipant: circumeunt 122 incolumes: sani, s. Normanni ciborum: ex cibis 123 durcones: naves 124 illam: s. speculam 125 flamen: animam 127 fornace: turrim vocabant furnum nate: fili diabli: SINCOPE 128 triumphus: victoria 129 non: pro 'nonne' Cererem: panem apros: carnes Bacchum: vinum litavi: obtuli 130 repedas: revertis (*sic*, reūtiſ *P*) 131 gestis: cupis poni: pro 'apponi' 132 elluo: glutto 133 ob humile quantum: propter parvam quantitatem speculae: turris sinuatus: curvus, pandus (pandis *P*: *corr. Duplessis*) 134 duit: dedit 135 ima: fundamenta ardent: cupiunt eius: s. turris 136 inmane: magnum hians: apertum dictu: s. apparuit

115 *cf. Duemmler III 260*[2]. 119 *de pictis parmis cf. Waitzium ad carmen de bello Saxonico p. 15 sq. et Abbonem ipsum I 256 sq.* 123 *multi morientes referuntur ad naves priusquam possint pugnare.* 125 *'cf. Tac. Germ. 7 sq.' Pertz.*

Apparent penitus proceres iam nomine citi, 885
Cristatosque vident cunctos, quibus atque videntur,
Conspiciuntque viritim omnes non introeuntes.
Horror enim vetuit, quod non audacia sumpsit.
Orbita mox a turre teres iaculatur in illos,
Bis ternis arcens animas direxit Averno,
Perque pedes tracti numerum complent morientum.
Tum foribus posuere larem, vulcania cura,
Hinc multare viros rentes et perdere turrim.
Fit rogus horribilis, fumusque teterrimus inde
Nubila militibus miscet, succedit et umbris
Scilicet arcs piceis hora veluti diuturna.
Sed nostri dominus miserescens vertere iussit
(Nam tulit hęc minime sufferre diu sibi notos)
In sortem caecam populi nebulam generantis.
Fortius ille furens Mavors regnare sategit:
Signifer en geminus concurrit ab urbe benigna,
Lancea bina gerens speculam conscendit, amictum
Auribus inmodicis croceum, formido Danorum;
Tunc, centena quium pepulit cum sanguine vitam
Centeno catapulta nimis de corpore pernix,
Hospiciumque comas ducti lintresque revisunt.
Lèmnius hic moritur claudus magno superante
Neptuno, humectant latices incendia fusi
Pestiferę gentis. Miles percussus acerbo
Rotbertus felix iaculo spiravit ibidem,
Atque deo pauci vulgo periere iuvante.
Erubuere tamen posthac veluti lupus audax
Nil rapiens predae, repetitque quidem nemus altum,
Subtilemque nimis secum retulere fugellam,
Tercentum exanimos flentes Charone receptos.
Nox comitans turris studuit vulnus medicari.
Haec duo bella sui residens in limite currus

---

145 viros // rentes *P* 149 *et* 150 *notas in P praescriptas secutus transposui* diu *ss. P* 152 mavors ///// regnare *P* (*extrema littera erasa fuit* a) 153 cloceum *Du Cange* 155 ausibus *Duemmler, Ostfr.* III 262 161 *post* gentis *dist. P*

Linguae. 137 penitus: intrinsecus citi: vocati 138 cristatos: galeatos 139 viritim: per singulos viros 140 horror: pavor sumpsit: pro 'presumsit' 141 orbita: rota 142 bis ternis: ·i· sex Norm(annis) arcens: repellens Averno: inferno 144 tum: deinde foribus: portis larem: ignem Vulcania cura: s. qui est — 145 multare: occidere rentes: sperantes 146 rogus: focus 147 succedit: subintrat 148 diuturna: longa 151 sortem: partem 152 Mavors: bellum sategit: studuit 153 signifer: antesignanus (*sic*) urbe benigna: ·i· Parisio 154 speculam: turrim 155 formido: pavor Danorum: Normannorum 156 quium: pro 'quorum' pepulit: eiecit 157 catapulta: sagitta pernix: velox 158 comas: s. per — 160 latices: aquae 161 acerbo: crudeli 163 vulgo: s. ex — 164 posthac: deinde 165 nemus: silvam altum: profundum 167 Charone: deo inferni 168 nox..: METAFORA comitans: sequens 169 limite: fine

147 *cf. Verg. Georg. III 418.* 153 *signiferi gerebant duas lanceas, quarum amictus croceus habebat immodicas aures ('oreilles').* 159 *cf. I 383. 607.* 169 *cf. Duemmler (Ostfr. III 262), quocum consentio, nisi quod Sigefredi Gozlinique colloquium primi proelii die habitum statuo priusquam aurora periret (cf. v. 61). 'November gelidus adest complere haec duo bella tribus diebus antequam is Decembri anni finem cederet.' Taranne.*

Ante November adest gelidus supplere Decembri
Solibus is caudam ternis quam cederet anni.
  Sole suos fulvo radios fundente sub ethre
Sorte Dionisii lustrant equidem recubantes
Macharii Sequanę ripas, et castra beatum
Germanum circa teretem componere vallis
Commixto lapidum cumulo glebisque laborant.
  Post montes et agros, saltus camposque patentes
Ac villas equites peragrant peditesque cruenti.
Infantes, pueros, iuvenes canamque senectam,
Atque patres natosque necant necnon genetrices;
Coniugis ante oculos caedem tribuere marito,
Coniugis ante oculos strages gustat mulierem,
Ante patrum faciem soboles necnon genitricum!
Efficitur servus liber, liber quoque servus;
Vernaque fit dominus, contra dominus quoque verna.
Vinitor agricolaeque simul cum vitibus omnes
Ac tellure ferunt crudeles mortis habenas.
Francia iam dominisque dolet famulisque relicta,
Heroe gaudebat nullo lacrimisque rigatur;
Nulla domus stabilis vivo regitur dominante.
A! tellus opulenta gazis nudatur opimis,
Sanguivomis, laceris, atris, ędacibus, aequo
Vulneribus, predis, necibus, flammis, laniatu
Prosternunt, spoliant, perimunt, urunt, populantur
Dira cohors, funesta falanx cetusque severus.
Posse favebat eis actutum, velle quod, ipsum:
Omnia se visum gestabant ante cruentum.
Valles diffugiunt humiles, tumidi prius Alpes;
Arma simul diamant lucos cum corde fugaci.
Nemo patet, fugiunt omnes, heu! nemo resistit.
Sic decus a! regni pro posse tulere venusti,
Sic celebris specimen cimbis portant regionis.

---

172 fundente (*prior* n *ex* l *corr.*; *cf.* fulvo) *P* 174 sequarię *P*[1] 181 *in margine inferiore add. P* 191 *post* a *dist P.* 193 nec/bus *P*[1] 194 P//sternunt *sic P; cf. I 590* 195 cetus *P*[1] 201 *distinxi*

Linguae. 170 gelidus : frigidus supplere : complere 171 solibus : diebus caudam : finem cederet: daret 172 fulvo : rubeo 173 sorte : in parte lustrant : circumeunt, s. gentiles recubantes : iacentes 174 macharii : sancti 175 teretem : rotundum vallis : palis 176 cumulo : aggere 177 saltus: silvas 178 equites : s. Norm. cruenti : feri 180 necant : occidunt 181 coniugis : mulieris 182 coniugis : mariti strages : occisio 183 soboles : s. gustat mors 184 liber, liber : EPIZEVXIS 185 verna : famulus 189 heroe : domino 190 dominante : domino 191 opulenta : dives gazis: divitiis opimis : multis 192 atris : nigris ędacibus : consumentibus (*sic*) aequo : equali . . 193 vulneribus : plagis laniatu : devoratione 194 populantur : devastant 195 dira : crudelis funesta: scęlerata falanx : multitudo severus : crudelis (clrudlis *P*) 196 actutum : mox 198 valles : pauperes diffugiunt : valde fugiunt tumidi : superbi homines Alpes : montes 199 arma : armati diamant: valde amant lucos : silvas 200 resistit : s. illis 201 decus : ornamentum venusti : pulchri 202 specimen : ornamentum cimbis : navibus

175 '*S. Germain d'Auxerre, figura rotunda.*' *Bouquet. Cf. II 35.*

Terribiles inter acies tamen adstitit acta 885
Parisius ridens media inperterrita tela.
Ergo bis octonis faciunt (mirabile visu)
Monstra rotis, ignara modi, conpacta triadi,
Roboris ingentis, super argete quodque cubante
Domate sublimi cooperto. Nam capiebant
Claustra sinûs, archana uteri, penetralia ventris;
Sexaginta viros (ut adest rumor) galeatos.
Unius obtinuere modum formę satis amplae:
Completis autem geminis ternum peragendo
Mittitur arte fala vexare falarica binos
Artifices, nervis iaculata, uno quoque plectro.
Sic nobis loetum primi meruere paratum;
Mox monade necata obiit saevissima dias.
Mille struunt etiam celsis tentoria rebus
Tergoribus collo demptis tergoque iuvencûm
(Bis binos tressisve viros clipeare valebant),
Quę pluteos calamus vocitat cratesve latinus.
Nox nullam recipit requiem nullumque soporem:
Veloces acuunt, reparant cuduntque sagittas;
Expediunt clipeos, veteresque novi efficiuntur.
Cumque senis Foebi fulgor iam scandit in almas
Quadrigas agilis noctemque repellit opacam
Atque suos oriens oculos demittit in urbem,
En proles Satane subito castris furibundae
Erumpunt, trepidis nimium telis oneratę;
Ad turrim properant, tenues ut apes sua regna
Distentis adeunt humeris casiaque thimoque
Arboreisque simul vel ameni floribus agri:
Haud secus infelix populus contendit ad arcem
Pressis fornicibus humeris ferroque tremente.
Ensibus arva tegunt, Sequanam clipeis, et in urbem
Plumbea mille volant fusa densissime mala
Atque serunt pontes validis speculas catapultis.

---

203 inter acies *sic P* (*cf. I 235. 506*) 204 Parisius // ridens *P* tale *P: corr. Duplessis* 206 c̄pacta *sic P* 213 faleirica *P*[1] 235 fusa *ss. P* 236 ser̄//////pontes *P*

Linguae. 203 acies : exercitus s. Norm. 204 ridens : de - 205 mirabile : s. opus 206 modi : mensure compacta triadi : coniuncta trinitati 207 roboris : quercus quodque : unumquodque 208 cooperto : s. ariete 209 sinus : s. illius arietis ventris : s. arietis 212 ternum peragendo : ·i· dum tercium perageretur 213 arte : per artem fala : a turri vexare : allidere falarica : balista 214 artifices : magistros plectro : verbere 216 monade : unitate percussionis dias : ·i· dualitas Norm. 218 tergoribus : coriis 219 tressis : tres clipeare : contegere valebant : s. tentoria 220 quę : s. tent(oria) pluteos : plutei sunt crates corio (grates coreo *P*: *corr. Taranne*) crudo intextę quae hosti obiciuntur crates : coriatas 222 cudunt : fabricant 227 proles Satanae : ·i· Norm. 228 erumpunt : egrediuntur 230 distentis : plenis casiaque thimoque : erbę sunt 232 haud secus : non aliter 233 fornicibus : arcubus ferro tremente : METAFORA

205 *cf. Richer. hist. II 10.* 207 *super quodque cubabat aries domate sublimi coopertus.* 211 *(machinae illae) obtinuere mensuram unius (i. e. eiusdem) formae satis amplae.* 213 *ut vexet.* 215 *letum, quod nobis paraverant (cf. e. g. psalm. 7, 16).* 216 dyas, *sc. artifices duos (v. 213 sq.).* 217 celsae res *pro trabibus longis dictae videntur.* 224 *i. e. per tot saecula munere fungentis.* 235 *plumbea mala (nos similiter dicimus 'blaue Bohnen'; cf. II 240) fusa validis catapultis obserunt pontes et speculas.*

Mars hinc inde furit surgens regnatque superbus; 885
Totius ecclesiae convexa boando metalla
Flebilibus vacuas supplent clamoribus auras.
Arcs nutat, cives trepidant, ingensque tubarum
Vox resonat, cunctosque pavor cum turribus intrat.
Hic proceres multi fortesque viri renitebant:
Antistes Gozlinus erat primas super omnes,
Huic erat Ebolusque nepos Mavortius abba;
Hic Rotbertus, Odo, Ragenarius, Utto, Erilangus,
Hi comites cuncti; sed nobilior fuit Odo,
Qui totidem Danos perimit, quot spicula mittit.
Dimicat infelix populus pugnatque benignus.
Tres armavit atrox cuneos, quibus obtulit arci
Maiorem, picto ponti geminosque parone,
Hanc sat opinati superare, hunc si potuissent.
Hęc bellum patitur, multo maiora sed ille;
Haec depicta gemit vario sub vulnere rubra,
Ille virûm luget vires obitusque fluentes.
Sanguine nulla via urbis adest intacta virorum,
Prospiciens turrisque nichil sub se nisi picta
Scuta videt, tellus ab eis obtecta latebat.
Inde super cernens lapides conspexit acerbos
Ac diras ut apes dense tranare cateias.
[Iuppiter aspiciens dardos prospexit acutos]
Inter sese aliud turrimque nihil metit aether.
Vox inmensa, metus maior, strepitusque fit altus.
Hi bellant, isti pugnant, resonantibus armis
Pręlia Normanni exacuunt crudelia sane.
Nullus habet terrae totidem qui vivere natus
Indutos gladiis pedites spectaret in unum
Et tanta miraretur testudine picta.
Hac sibi confecere polum, vitam nutrientem
Quem nullum superare caput cupiebat eorum,
Ast infra capiunt tetre necis arma frequenter.
Mille dabant pugnam pariter stantes in agone,
Mille simul, turrim quoniam contingere cuncti
Haud una poterant, turmis certare studebant.
Arcs speculans, nudis quoniam chelis inimicus
Ingeminat populus certamen et ore patenti,

---

238 ecclae *P* c̄uexa *sic P* 245 rotbertuſ (*coeperat sc.* rotᷓbertuſ *i. e.* Rothbertus *praeter consuetudinem*) oḍdo *P* 247 spilula P^1 mitit *P* 248 pungnatque *P* (*itemque v. 262. 270; ceteroquin* pugna *et* pugnare) 249 atrox *ss. P* 250 geminos/que *P* 260[a] *ab ipso librario expunctus* nihil *sic P* · 264 quiuere P^1

Linguae. 238 convexa : curva 246 hi comites cuncti : s. erant 247 spicula : sagittas 250 picto : cum — ponti : s. obtulit geminos : cuneos parone : navigio 251 hanc : turrim hunc : pontem 252 hęc ... haec : ANAFORA 256 prospiciens : METONIMIA 259 cateias : dardos (dard//s) 263 sane : valde 264 natus : filius 266 testudine : scutis 268 superare : transcendere eorum : s. Norm. 269 infra : s. scuta 270 agone : certamine 273 chelis : brachiis

238 '*i. e. campanae*'. *Bouquet.* 249 atrox *i. e. paganus* quibus *i. e. ex quibus.* 256 *cf. ad I 119.* 258 *i. e. sursum.* 264 *nullus terrae filius habet vitam, qui totidem gladiis indutos pedites in unum (collectos) spectaret.* 273 *videns inimicum populum nudis brachiis et ore patenti certamen ingeminare.*

Erectas taxos arcus convertit in uncos; 885
Unius hinc iaculum transmittitur os in apertum;
Quem subito conans alius clipeare migrantem
Nempe cibum gustat, primus quem repserat ore;
Adveniens autem, numerum qui clauderet almum,
Hos nitens geminos auferre latenter, et ipse
Perculsus faretra turri veniam quoque poscit.
Sub clipeis illos alii conduntque trahuntque,
Unde furore nimis pingues bellum renovarunt.
Scuta cient planctus saxis ferientibus ipsa
Sanguineasque vomunt voces galeae subeuntes
Aethera, crudeli lorica mucrone foratur.
Respiciensque suas et quos fundaverat artus
Omnipotens fabricas modicum Danis superari,
Exhibuit nostris vires animosque valentes,
Inpertitus eis sensus equidem tremebundos.
Tum pereunt miseri, pluresque vehuntur ad altos
Ponentes animas torquentibus arma faselos.
Iam Titan celeres missos premittere curat
Oceano, pompare thoros, otium quibus abdat.
Torvaque plebs quae iam cecini tentoria turri
Texta tulit silvis flenti caesisque iuvencis,
Quis noctem quidam bello quidamque sopore
Preteriere, quibus circumtrivere meatus
Pennivolas acies vibrari felle madentes
Militibus noctu eximiam cernentibus arcem.
  Mane quidem flagrante novant certamina plenis
Arma trucum terris fixa testudine giro.
Certabant plures alii fossata studere,
Quae circa resident illam, sulcosque replere;
Hinc glebas specubus frondesque dabant nemorosas,
Atque suo segetes etiam fetu viduatas,
Prata simul, virgulta quoque, et vites sine gemmis;
Hincque senes tauros pulchrasque boves vitulosque
Postremumque necant elegos heu! quos retinebant

---

275 arc' *i. e.* arcus *P* 278 repserat (rep *in ras. quinque fere litterarum*) *P* 282 clipeo *P*[1] 294 otium *in ras. P; dignosco* oc/// 297 quidā/bella *P*[1] 299 manentes *P*[1] 308 pulchrasque *sic P*

Linguae. 275 erectas : .... *(videtur olim explicatum fuisse; nunc vero nihil in rasura legi potest)* taxos : ivos *(sic; 'i. e. des ifs' Taranne)* uncos : curvos; ·i· arcus non tensos tetendit. METONIMIA 276 unius : s. Norm. 277 clipeare : contegere 278 repserat : traxerat 279 numerum almum: ·i· trinitatem 281 turri veniam quoque poscit: METONIMIA 292 faselos : naves 294 otium : requiem 297 quis : quibus; tentoriis 298 circumtrivere : conposuerunt 299 pennivolas acies : i. sagittas vibrari: ·i· ad vibrandas 300 cernentibus : custodientibus 302 testudine : scutis giro : in — 303 studere: pro -bant 304 illam : turrim replere : pro 'replebant'

276 *in unius os.* 280 sq. *coniunge* et ipse quoque. 284 *i. e. dum saxa (nom.) ipsa (acc.) feriunt.* 287 *suas fabricas et artus quos fundaverat.* 290 *eis sc. Danis.* 292 *'vehuntur a sodalibus arma vertentibus'. Duplessis.* 294 *i. e. ad Oceanum mittit nuntios qui torum pompent.* 295 sq. *tentoria, quae supra (v. 217 sqq.) dixi texta esse ex trabilus et pellibus bovinis, turri admoverunt, noctem in iis manserunt eaque perforaverunt ad mittendas sagittas.* 303 *certabant studere i. e. studebant; studebant replere i. e. replebant?* 306 *i. e. stipulas.* 308 *i. e. alte Stiere.*

Captivos, sulcisque cavis hęc cuncta ferebant, 886
Idque die tota stantes agitant in agone.
  Hocce pius cernens presul clara lacrymando
Voce vocat domini salvatorisque parentem:
'Alma redemptoris genetrix mundique salutis,
Stella maris fulgens cunctis preclarior astris,
Cede tuas precibus clemens aures rogitantis:
Si tibi me libeat missas umquam celebrare,
Impius atque ferox sęvus crudelis et atrox
Captivos perimens laqueo necis inretiatur!'
Arce repente volans telum deferre sategit
Antistes Gozlinus huic quod flendo precatur;
Qui vinctos vinctus mortis dimisit habenis
Atque miser sociis tendit clipeumque pedemque.
Os solvit, virtute ruit sulcosque replevit
Mensurans terram, spirans animam male natam
Captivos iuxta tritos gladio nimis eius.
  Urbs in honore micat celsae sacrata Mariae,
Auxilio cuius fruimur vita modo tuti;
Hinc indicibiles illi, si forte valemus,
Reddamus grates, placidas reboemus et odas,
Vox excelsa tonet laudesque sonet, quia dignum:
'Pulchra parens salve domini, regina polorum,
Nostra nites altrix, orbis constas dominatrix;
Quae saevis manibus Danûm gladioque minace
Solvere Lutecię plebem dignata fuisti
Lutecięque satis poteras conferre salutem,
Quae lubrico salvatorem cosmo genuisti.
Caelicolę caetus, virtutes ac dominatus
Primatusque potestatesque thronique polorum,
O genetrix sobolis summi regis celebranda,
Te gaudent, recolunt, laudant, venerantur, adorant.
O felix, uteri thalamo quae claudere mater,
Quem caeli nequeunt, tellus, vastum mare, quisti
Atque tuum delecta patrem nobis peperisti.
Luna micans solem multo plus te renitentem
Fudisti terris et eas quo plena manebas
Inradiando genus nostri lapsum reparasti.
Ergo cui, regina poli, conponere quibo?
Sanctior es cunctis, sexu felicior omni.
Cultorum miserere tui, iam nata potentis;

---

311 aitant *P*[1] 322 vintos vintus *P*[1] 324 Ó solvit *P*[1] 338 Caelicoli *P*[1] 344 peberisti *P*[1] 350 nanata *P*[1]

Linguae. 311 agitant: movent 320 arce: ab — repente: subito 321 huic: Norm. 326 tritos: s. a se 330 odas: laudes 337 cosmo: mundo 339 primatus: principatus 340 sobolis: filii 343 vastum: magnum quisti: potuisti 344 delecta: e- 348 regina: o — conponere: s. te

320 *telum detulit huic id, quod precatus erat Gozlinus.* 324 virtute *i. e. vehementer.* 338 *cf. Paul. ad Coloss. 1, 16.* 346 *Christum, solem (sc. iustitiae, cf. Malach. 4, 2), quo plena (i. e. gravida) eras, terris fudisti ('zur Welt geboren') et eas inradiando nos reparavisti.*

Gloria, laus et honor radiansque decus tibi semper 886
Sit, benedicta dei mater sceptris in Iesu.
Foebus abit, noctisque redit caligo serenae,
Excubiisque nequam turris saepitur opimis.
Aurora girante polos girantur et arces;
Mortiferis siquidem telis quatientibus illas
Arrietes conflant, unumque locant ab eoo
In turrim, contemplatur septentrio celsa
In portas alium, tenuit contra latus eius
Oc-que-cidens ternum. Magno cum pondere nostri
Tigna parant, quorum calibis dens summa peragrat,
Machina quo citius Danûm quisset terebrari;
Conficiunt longis ęque lignis geminatis
Mangana quae proprio vulgi libitu vocitantur;
Saxa quibus iaciunt ingentia, sed iaculando
Allidunt humiles scęnas gentis truculentae.
Sepe quidem cerebrum cervice trahunt elegorum,
Vah! multosque terunt Danos, plures quoque peltas.
Immunis clipeus fractu nullus fuit, ictus
Quem talis tetigit, non ullus morte misellus.
Ast infelices foveas supplere falanges
Nequiquam tendunt, potuere replere nec ullam.
Nitebantur enim arjetibus pessumdare turrim;
Quos quoniam nequeunt aequis deducere campis,
Corripiunt ternas rabidi kimbas satis altas,
Frondivagis equidem silvis gravidare flagrantes;
Postremum Vulcanus eis inponitur ardens.
Flammivomas oriens dimittit eas pedetemptim
Anquinisque trahebantur ripas secus ipsę
Ad pontem seu conspicuam conburere turrim.
Silva vomit flammas, arent latices pelagique,
Terra gemit, virides herbę moriuntur ab igni;
Lemnius atque potens Neptuno stat pede trito,
Regna poli furvus penetrat nubesque peragrat.
Hinc tellus et ager, limfę cęlique cremantur;
Urbs luget speculaeque timent et menia deflent;

---

351 *dist. Taranne* 365 sed (*cum* d *unciali, non* seo; *cf. II 37*) *P*; seu *vg.* 366 scęnas *ss. P* 369 clepeus *P*¹ hictus *P*¹ 371 falages *P*¹ 374 nequaeunt *P*¹ 375 satis (i *in ras.*) *P* 376 Frondivais *P*¹ 379 Anquinisque *sic P; cf. III 67* ribas *P*¹ 380 conspiam *P*¹ conpurere *P*¹ 381 pelaique *P*¹ 384 fulvus *P*¹ nebesque *P*¹

Linguae. 352 Iesu : DIERESIS 353 caligo : Cali (*in marg.*) 354 nequam : Normannorum *et in mg.* Neq opimis : copiosis 356 mortiferis : a— 357 conflant : movent locant : ponunt 358 in : contra 359 alium : arietem 366 scęnas : lobias (*super* o *rasura est*) 368 peltas : scuta 369 immunis : inlesus fractu : a — hictus : percussio 370 quem : clipeum misellus : s. fuit immunis 372 tendunt : certant 375 rabidi : feroces kimbas : naves 376 gravidare : s. eas flagrantes : cupientes 379 anquinis : funibus secus : iuxta 383 trito : con- 384 furvus : niger

355 *cf. Eccles. 1, 6 (sol)* gyrat per meridiem. 358 celsam *septentrionem dici putat Tarannius, quod ab hac parte situs sit Mons Martis.* 378 oriens *utrum de orientali parte accipiendum sit cum Tarannio, an de Vulcano exsurgente, equidem dubito.* 380 *ad comburendum pontem vel turrim.* 383 *Vulcanus Neptunum pede terit, cf. I 159.*

Heu, quam magna oculis manant lacrimosa beatis 886
Flumina! dant pulchri iuvenes, sed et alba senectus,
Merentes gemitus; matresque iubas laniando
Terga dabant siccae, crinesque per arva revolvunt:
Hae colafis nudata suis iam pectora tundunt,
At secuere genas alię lacrimis madefactas.
Tum trepidant cives, cunctique vocant celebrandum
Germanum: 'Miserere tuis, Germane, misellis!'.
Parisius presul fuerat sanctissimus olim,
Inlustrabat eam cuius venerabile corpus.
Menia Germani nomen recinunt, et in omni
Exclamat miles specula primique virorum:
'O famulis, Germane, tuis succurrere disce!'
Littora seu liquidi laticis pelagus ciet altum
Sidereosque thronos, quibus emicat ut iubar almus,
Verberat innumerus echo comitante boatus;
Germanum respondet et urbs vocitantibus ipsum.
Concurrunt matres pariter iuvenesque puellae
Ad sancti tumulum, suffragia poscere grata.
Infelix et ob hoc populus subiit nimis alta
Gaudia, subsannans cives dominique catervam.
Scuta dabant alapis reprobo risu saturatis,
Argutoque tument horum distenta boatu
Guttura, et urbanis plangentibus aëra magno
Implentur sonitu, clamore minus nihil amplo;
Vox auditur in excelsis et luctus in aethris!
At deus omnipotens omnis fabricę reparator
Orbis, adest precibus sancti rogitatus; et ipse,
O Germane, venis humili succurrere plebi
Auxilio, lapidumque salire struem super altam
Flammivomas puppes, pontem ne lederet ulla,
Ipse coegisti; pontem sustentat is agger.
Continuo domini populus descendit ad ignes,
Quos mergens in aquas naves cepit sibi victor;
Hincque dei sumpsit felix gaudere caterva,
Unde prius duxit gemitus magnosque dolores.
Sic nostris geritur, bellumque diesque recedit,
Noxque falam gurdis mandat custodibus ipsam.
Sole suas nondum claras subeunte quadrigas

---

388 pulchri iuvenes sed et al[b]a *praeter* [b]a *in ras.* P   390 Tergabant P^1 391 nuduta P^1 tunidunt P^1 393 cuntique P^1 395 *num* Parisii is *scribendum sit, incertum est, cum nomen saepe non declinetur, apud Abbonem autem bis (prol. v. 16 et I 204)* Parisius *dicatur casu nominativo, ceteroquin* Parisiaca polis *vel* Lutecia   398 Exclamat (t *in ras.*) P   400 ciat P^1 408 repro // bo P   saturatus P^1 415 succurre P^1 416 lapideque P^1 417 Flammivomos P^1 418 quoegisti P^1 423 *post* geritur *dist.* P   425 subeonta P^1

Linguae. 389 iubas : crines   391 hae : s. femenę (fem̄ę)   colafis : pugnis   400 ciet : vocat   409 arguto : sonoro   distenta : plena   416 struem : aggerem   424 gurdis : ineptis, stultis

399 *'cf. Verg. Aen. 1, 634'. Taranne.*   400 *'i. e. Sequanae'. Pertz.*   401 *'sidereosque thronos, quibus almus (sc. Germanus) emicat ut iubar'. Taranne.*   404 *i. e. 'matresque nurusque', ut dicere solent poetae veteres (cf. Haupt, opusc. II 402).*   407 *cf. I 419. 421.*

Sub lucem reveunt crates sua ad oppida furtim, 886
Arrietes carcamusas vulgo resonatos
Dimisere duos; pallor vetuit removere;
Quos nostri capiunt gaudenter depeculantes.
Rexque Danos retulit Sigenfredus, super omnes
Quem turris metuit proprios sibi vellere ocellos.
Sicque iuvante deo dirus Mavors requievit.
Ianvarii suprema dies statuit triduana,
Hęc finire sequens studuit certaminȧ mensis.
Tercia lux huius fuerat belli recolendę 2. Febr. 886
Sancta genetricis tunc purificatio Christi,
Quę nostrę tribuit plebi gaudere triumpho.
  Praeterea conscendit equos avibus otiores
Infortuna cohors, repetens partes orientis,
Francia quas nondum populatas tristis alebat.
Cuncta prius dimissa necans magalia poscit
Quae Rotberto aderant Faretrato agnomine claro;
Cuius erat miles tantum obsequio modo solus,
Una domus retinebat eos. Miles seniori
'Normannos contemplor' ait 'cursim venientes!'
Rotbertusque suum cupiens admittere scutum
Nil vidit, populus quoniam suus abstulit illud,
Quem Danicos iussit cuneos idem speculari.
Ense forum nudo petiit tamen obvius illis,
E quibus occidit geminos, et tertius ipse
Incubuit morti nullo sibi subveniente.
Unde nepos eius nimium tristans Adalelmus
Consulis intererat populo, cui talia dixit:
'Eia viri fortes, clipeos sumatis et arma,
Ulciscique meum raptim properemus avunclum!'
Haec inquit, villam petiit, congressus acerbis
Ilicet hos vicitque trucidavitque nefandos;
Normanno villam victor moriente replevit.
Nil reliqui prohibente fuga retulere paroni.
Haec eadem Rotbertus erat nitens operari.
  Post, aequor residens almi niveam secus aulam
Scandere Germani temptant crebrius vocitati,

426 lucem *sic P* 428 pallor *sic P cum* r *latius ducta* (*ut I 577* frustratur, *II 169* arva, *389* fragili) 430 danos / retulit *P* sienfredus P^1 *post* Sigenfredus *distinxi* 431 propriosibi P^1 432 dirus *sic P* 435 belli / recolendę *P* 438 ciciores P^1 440 n̄ / dum *P* 441 dimisa *P*: *corr. Pithoeus* poscit (cit *in ras.*) *P* 447 populus quoniam *sic P* 452 nepus P^1 454 clipeo P^1 458 normannos P^1

Linguae. 428 pallor : timor 431 ocellos : portas 433 Ianvarii : EPISINALIffa 439 infortuna : infelix 441 magalia : casas 445 contemplor : video 446 admittere : recipere 449 ense : cum — 453 consulis : comitis 455 ulcisci : vindicare raptim : velociter properemus : pergamus 456 haec : s. verba inquit : dixit, s. Adalelmus congressus : pugnans 457 ilicet : mox hos : Norm. trucidavit : occidit nefandos : nec nominandos 459 paroni : navigio (nağigio *P*) 461 aequor : pratum niveam : pulchram secus : iuxta

431 'ocellos *i. e. portas; cf. II 284'. Duplessis.* 441 necans *videtur positum pro 'diruens'.* 452 *unde nimium tristans.* 461 *coniungo 'aequor secus'.*

Eius qua speciem constat lucere sepulchri. 886
Hic iacuit suimet iugiter venerabile corpus,
Nobiliusque monasterium cunctis fuit illud,
Nustria quę refovere sinu discebat in amplo.
Hinc propriis fuerit famulis gestatus in urbem.
Ipse Danos, quicumque dabant vestigia prato,
Militibus speculam cernentibus urbis in eius
Rure sitam fugiente mora tradit capiendos.
  Ecclesiam cuius penetrans lacerare fenestras
Ictibus arboreis unus vitreas lanionum
Continuo amenti rabie confunditur atrox,
Curribus Eumenidum piceis artatus ab almo,
Morsque sequens miserum perdit pietate remota,
Hisque fatigatus causis inferna petivit.
Mi Germane sacer, cura ne spiritus olim
Illa meus subeat, cuius miracula canto;
Haec et quo supplere queam, faveas precor, alme;
Summa patris summi natique, rogato, columba
Ore meo sedeat, mentem repleat, pie domne,
Actibus atque sacris virtutum floribus ornet,
Expulsis sestrice sacra vitiis procul atris.
  Torriculi scandens alius sublime cacumen,
Mutat iter per quod subiit, gressus quoque volvit
Ardua precelsi nimium per culmina templi;
Ossa cui fregere sacri fastigia tecti
Germani meritis urgentibus: hoc super urbis
Pergama stans venturus Odo rex prodidit omni
Stipanti semet plebi digito manifestans;
Ipse Danum semet retulit vidisse cadentem.
  Tercius adveniens oculos direxit in amplum
Mausoleum sancti, nolens quos liquit ibidem.
Quod subiens quartus superis est demptus ab auris
Obticuitque sub occidua mox sorte sopitus.
  Fortunate, tui quintus, Germane, parentis
Accelerat reserare thorum; primo sed adempto

---

463 consta/t *P*   464 verabile P^1 466 sidiscebat P^1 467 fuerat *Breul probabiliter; cf. tamen p. 77, 20*   470 fugientē P^1 471 Eccł/am *P*   475 remot// P^1 487 fraegere P^1 490 plebi/digito *P*   492 direc *coeperat* P^1 496 Fortuna P^1

Linguae. 467 hinc : ·i· a monasterio   gestatus : portatus   468 ipse : s. sanctus   469 cernentibus : custodientibus   471 cuius : sancti   penetrans : ingrediens   lacerare : destruere   472 ictibus : verberibus   lanionum : ·i· ex devoratoribus   473 confunditur : conturbatur   atrox : crudelis   474 Eumenidum : furiarum   piceis : nigris   artatus : coniunctus   almo : sancto Germ(ano)   477 cura : provide (*an* pro vide?)   olim : aliquando   480 rogato : postula   columba : spiritus sanctus   483 sacra : s. columba   atris : nigris   484 scandens : subiens   alius : Norm.   486 ardua : excelsa   487 fastigia : culmina   488 urgentibus : cogentibus   489 pergama : menia   venturus : futurus   490 stipanti : circumdanti   492 tercius : s. Norm.   493 mausoleum : sepulchrum   494 quod : s. mausoleum   496 fortunate : felix   parentis : patris   497 accelerat : festinat

467 *ex prato in urbem latum erat corpus s. Germani (cf. II 147 sqq.; 309 sqq.)*   470 *cf. II 16.*   471 lacerare *pro 'ad lacerandum'.*   475 *cf. Sedul. I 116.*   483 'sestrix *a sessore derivandum'. Duplessis; cf.* defenstrix *(glossa ad I 18).*   496 *i. e. primo saxo hinc adempto.*

Percutit hinc saxo proprium pectus, patientem 886
A cathedra cogens animam decedere pestis,
Quae nolens baratri tetigit caenacula tetri.
Inlustrem sobolis sanctę servat genitorem
Dextera, leva sacram prolis retinet genetricem;
Est Eleutherius pater, est Eusebia mater.
  Pro dolor! en medius cecidit pons nocte silenti
Obsitus alluviis tumida bachantibus ira.
Nam sparsim Sequana circumfudit sua regna
Exuviisque suis obtexerat ęquora campum.
Australis gestabat eum vertex, sed et arcem
Quę tellure manet sancti fundata boati;
Urbis inherebant dextris, alter sed et altri.
Mane quidem surgente Dani surgunt simul acres
Atque rates subeunt, armis onerant clipeisque,
Transque natant Sequanam turrim cinguntque misellam:
Multa dabant illi densis certamina telis.
Urbs tremuit lituique boant lacrimisque rigantur
Moenia, rusque gemit totum pelagusque remugit.
Aera circumeunt lapides et spicula mixtim;
Exclamant nostri clamantque Dani; simul omnis
Terra tremit: nostri lugent, laetantur et illi.
Dumque volunt, cives nequeunt succurrere turri
Atque viris bello deferre iuvamen anhelis,
Quos valide numero bellantes sub duodeno
Rumfea vel formido Danûm non terruit umquam.
Difficile est dictu bellum, sed nomina subsunt:
Ermemfredus, Eriveus, Erilandus, Odaucer,
Ervic, Arnoldus, Solius, Gozbertus, Uvido,
Ardradus pariterque Eimardus Gozsuinusque;
Seque neci plures sociarunt ex inimicis.
Hi quoniam nequeunt animis curvarier atris,
Ęstibus accingunt carpentum arentibus arcis
Ante fores gurdi miserandę gramine plenum;
Fulmineisque velut Foebo sub rura procellis
Nox vacua celi specie confunditur alta,

---

503 Ẽleutherius P^1 506 *cf. ad I, 203.* 509 beati *Pithoeus; sed cf.* relati *I 580* 514 dabat P^1 515 trumuit P^1 518 *post* dani *dist. P* omnis *sic P* 522 valide / numero *P* (*erasa videtur* b)

Linguae. 500 baratri : inferni 501 sobolis sanctę : Germani 503 pater : s. Ger(mani) 504 pro dolor : heu medius : ·i· media pars 505 alluvium : consumptio riparum bachantibus : discurrentibus 506 regna : ·i· undas 507 exuviis : aquis campum : pro 'camporum' 508 eum : pontem 510 inherebant : s. pons et turris alter : ·i· pons altri : turri, s. inherebat 515 litui : cornua 524 nomina : s. bellantium 528 plures : quia XXX occiderunt 529 hi : XII 530 carpentum : plaustrum (*erasa glossa prius scripta*) 531 gurdi : stulti; Norm. 533 specie : pulchritudine

498 *videtur participium cum gignendi casu coniunctum esse: 'pestis patiens anima' (i. e. quae pestem patiatur) expellitur sede sua.* 504 *secundum ann. Vedast. (SS XIII 709) id a. d. VIII. Idus Febr. a. 886 factum est.* 514 *illi sc. turri.* 515 *cf. I 189* 523 *cf. I 155* 526 *i. e. Wido.* 528 se *sextus casus est pendens a* plures. 529 *i. e. ab atris (sc. Normannis).*

Fas nulli arridente suum contemnere doma: 886
Haud secus occuluit fumus speculam catapultis
Inmersis aliquantisper fervore tonante.
Quisque rogi proprios flatus ne clade perirent
Accipitres loris permisit abire solutis;
Quem dum iam cupiunt omnes extinguere, desunt
Vasa, quibus possent latices haurire fluentes.
Namque Danûm formidabant ausum fore nullum
Ęquora iam confessoris contingere gressu
Pansa prius propter meritis miracula sancti.
Haud modicam retinent solum nisi quippe lagenam,
Quae claram iaciendo focos Sequanam super altos
Servantum fugit digitis dilapsa sub illos:
Vulcano periit claudo Neptunus inermis.
Larque super turrim saliit, contrivit et omnem.
Robora congeminant gemitus oppressa sub igni,
Plus bello dominante rogo. Dimittitur illa
Militibus, pontis subeunt extrema relictâ.
Prelia constituunt illic nova sevaque sęvis,
Donec ad alta caput flexit Foebus vada ponti.
Pila dabat rupesque simul celeresque cateias
Plebs inimica deo, pransura Plutonis in urna;
Sed quia conflictus talis superare nequibat,
Militibus clamare 'Fidem' cepit — sed inanem —
'Ad nostram properare, viri, nolite timere!'
Pro dolor! alloquiis sese credunt male finctis,
Sperantes precio redimi potuisse sub amplo;
Non alias vere caperentur luce sub illa.
Heu, nudi gladium subeunt gentis truculentę!
Et cęlo mittunt animas livore fluente;
Martirii palmam sumunt caramque coronam.
  Mox reliquis ut visus adest gentilibus Erveus,
Rex, quoniam facie splendens formaque venustus,

---

534 ardente P^1 540 aurire P^1 553 foebus *sic* P 554 repesque P^1 555 Ples P^1 556 S& *corr. in* Sed P 563 mitunt P^1 564 Martirii *sic* P

Linguae. 534 fas : licito 535 occuluit : abscondit 536 aliquantisper : aliquantulum fervore: s. ignis 537 quisque : ex XII 539 quem : s. rogum 544 haud : s. ideo 546 illos : s. focos 547 Vulcano : a —; deus ignis (*ante* ignis *rasura duarum litterarum, quarum prior* a *fuit*) Neptunus : deus maris 548 lar : ignis 549 robora : ligna 552 constituunt : XII 555 Plutonis : deus inferni urna : olla 556 nequibat : s. XII (*Pertzius errat, cum alteram ad hunc versum glossam extare dicit*) 559 sese credunt : milites 561 alias : aliter 563 livore : sanguine 565 reliquis : ·i· paribus ut: postquam gentilibus : a — 566 venustus : s. erat

534 *'i. e. cum nulli fas arrideat;* fas *enim pro ablativo accipiendum docet glossa.' Taranne. Ceterum vero coniungendum* caeli specie Phoebo vacua *(i. e. carente)* nox alta confunditur sub rura. 536 aliquantulum *glossae aptissimum sententiae, 'satis diu'; errat Duplessis.* 537 *quisque proprios accipitres, ne rogi clade perirent, loris solutis abire permisit.* 541 *neque enim formidabant (pro 'formidaverant') ullum ...; cf. v. 582.* 545 *i. e. claram Sequanae aquam super altos focos iaciens.* 549 *ligna gemebant, cum rogus plus quam bellum dominaretur.* 551 relicta, *sc. turri* 552 saevis, *sc. Normannis.* 555 *cf. Iac. Grimm, kleinere Schriften V 357.* 565 reliquis *vix recte explicat Taranne 'post reliquos milites christianos'; immo reliqui gentiles dicuntur praeter eum, qui Erveum trucidaturus est.*

Creditur atque sui donis grassante tuetur; 886
Protenus intuitu fuso cernendo sodales
Dilectos plecti, tamquam leo sanguine viso
Ipse furit, conansque manus vitare tenentum
Undique vi volvit semet ceu nexus, ut arma
Sumeret ulcisci proprios socialeque vulnus;
Obtentuque carens ipso sic insuperata
Limphantes potuit qua voce tonavit in aures:
'Cedite me tensa cervice; pecunia prorsus
Nulla meam tractet vitam morientibus istis!
Vivere quid sinitis? frustratur vestra cupido!'
Quae lux haud eius, micuit sed crastina flatu.
Quae voces, quae lingua, quod os edicere possunt
Bella tot his prato egregii commissa relati
Quotque necaverunt Normannos hic, quot et urbi
Duxerunt secum vivos? Iam nullus eorum
Tunc audebat agrum sancti conscendere latum.
Quorum pre terrore virûm certamina promo,
Corpora crudeles Sequanae tradunt sine vita,
Laus quorum iugiter nomenque per ora virorum
Insignesque simul mortes et bella volabunt,
Sol radiis donec noctis pompare tenebras,
Luna diem, stellae pariter conponere discant.
Prosternuntque dehinc speculam de morte dolentem
Custodum. Cecidit telo quatiente Danorum
Signifer; hic artus misit flatumque Charoni.
Nemo meis super hoc dictis insurgere bello
Decertet; siquidem nemo nil verius ullus
Expediet, quoniam propriis obtutibus hausi;
Sic etiam nobis retulit, qui interfuit ipse
Atque natando truces gladios evadere quivit.
  Tum Sequanam saliunt Ligerumque petunt, patriamque
Has inter geminas peragrant predam capientes,
Quam regio ipsa meo pandet iussu dominante.
Interea sperans Ebolus fortissimus abba,
Gentiles quod in hanc issent cuncti, prope solus
Arce ruit dardumque ferens castella petivit
Illorum hastamque vibrans proiecit in ipsa;
Non sonipes retulit nobis hunc, nec tulit illuc.

---

570 conansque /// manus *P* 571 volvit *Duplessis*; voluit *vg.* *versus in margine inferiore additus* 578 *post* eius *dist. P* 580 egregii *ss. P* 586 corum P^1 590 dehi/nc *P* 593 belo P^1 594 memo P^1 598 *post* petunt *dist. P*; patriam *recte 'terram' interpretatur Duemmler, Ostfr. III 265; cf. II 170*

Linguae. 567 grassante: predone 568 protenus: longe cernendo: dum cerneret sodales: [sodales] socios (*coeperat* so-cios, *sed meminerat verbi in textu scripti*) 569 plecti: decollari 571 ceu: quasi 572 ulcisci: ad ulciscendum 574 limphantes: dementes 577 sinitis: me 580 his: ab — prato: in — 588 pompare: ornare, s. distat. SILEMSIS (*cf. W. Schulze, orthographica p. 17*) 592 misit: di- flatum: animam 595 obtutibus: oculi(s) (*corr. Duplessis*) hausi: vidi 603 ruit: saltu cecidit

573 *sic insuperata voce, qua (i. e. ut) potuit.* 575 *i. e. caedite.* 576 tractet *i. e. producat.* 578 *'neque vero hic dies, sed crastinus eius flatu extremo micuit'. Duplessis.* 584 prae terrore *i. e. horrens.* 585 sine vita *pro 'vitae carentia'.* 593 *super (i. e. de) hoc bello.* 600 *sc. v. 624 sqq.* 602 hanc *sc. patriam.*

Confestim sociûm nixus munimine saeva 886
Castra petit murosque ferit; quo Lemnius adsit,
Ipse iubet; pugnant nostri, constantius illi;
Argutus nimium fremitus iam fumat ab illis,
Exiliuntque foras vulgusque fugant sine tactu,
Extiterant plures quoniam nobis; tamen illis
Obvius hic Ebolus, sociique simul, stetit heros.
Haud illum fuerant audentes tangere ferro;
Quingentis etiam si tunc subnixus adesset
Qualis et ipse fuit, castris sese daret ultro,
Ast animas propria de sede repelleret omnes;
At quia militibus caruit, sic ludere cessat.
  Nustria nobilior cunctis regionibus orbis,
Quae vaste fueras procerum genetrix dominantum,
Ne pigeat capta turri producere, quaeso,
Quot vel quas hausere Dani palmas tibi, necnon
Ubera quot pecorum mulsere, tuum peragrando
Distentum variis tractum gazis. Tamen olim.
'Mi soboles, aliquis censere potest? Etiamsi
Affuerint cunctę volucres, erumpere voces
Tot nequeunt, hominum quot equum pecudumque boumque
Sublegere mihi natos natasque suumque;
Flumina balatu agnorum, mea gramine lęta
Prata sonant denso mugitu tempe iuvencum,
Cervorumque nemus rauco clamore remugit,
Grunnitusque mei silvas scindebat aprorum.
Hęc mihi subduxere truces, si noscis et audis!'
  Hęc oculis equidem petii sistens super urbis
Moenia: nec visu claudebantur neque ritmo;
At quoniam cingi nequeunt pratis nec ab agris,
Efficitur bostar Germani antistitis aula,
Completur tauris, suculis simisque capellis;
Longa trahunt illic suspiria tumque dehiscunt,
Corpora flant dulces ventos cruciante dolore.
Adveniunt stabulatores ea ferre coquinae
Nitentes, cum iam maneant epulae innumeratis
Vermibus, ecclesia quorum fetore repleta;

---

617 ludere / cessat *P* 618 cunctis *sic P* 623 *post* gazis *dist. P* 625 Adfuerint *P*¹ 629 Flata *P*¹ (*coeperat* Flumina *ex v. 628 iterare*) daenso *P*¹ 630 clamorae *P*¹ 631 Grun / nitusque *P* 633 urbus *P*¹ 634 Menia *P*¹ 637 Cumpletur *P*¹ buculis *propter glossam Duplessis, versu tamen refragante;* suculum *a sugendo dictum putasse videtur Abbo*

Linguae. 607 Lemnius : ignis 609 argutus : sonorus fumat : exit 614 subnixus : suffultus 616 propria de sede : de corporibus 621 hausere : traxerunt (*sic*) palmas : victorias tibi : a te 623 tamen olim : fuit plenum divitiis (*fort.* plenus; *falso ad* distentum *et* gazis *rettulit Duplessis, omisso* fuit) 624 mi soboles : VOX NVSTRIAE; Nustrigena enim fuit hic metricus 627 sublegere : furati sunt 629 sonant : pro ‚sonabant' tempe : *supra hanc vocem videtur glossa erasa esse* 633 hęc oculis : vox positoris petii : vidi sistens : stans 634 ritmo : numero 636 bostar : stabulum 637 suculis : vitulis simis : curvis in naribus 638 dehiscunt : ora aperiunt 639 ventos : spiritus 640 stabulatores : Norm(anni) ea : s. animalia (animła *P*)

608 *cf. II 256.* 624 *'i. e. recensere'. Duplessis.* 627 suum : *aprorum (v. 631).* 631 *i. e. meas.* 637 *cf. Verg. ecl. 10, 7.*

Exportant, Sequanae referunt, non nempe coquinae, 886
Ecclesiamque piant; bovibus nec cęditur ultra.
'Legisti predas, etiam cognosce trophea!
Restitit oppida quaeque capi suprema voluntas,
Obfuit at domino tribuente infirma potestas.
Carnoteno innumeros conflictus applicuerunt
Allofili, verum liquere cadavera mille
Hic, quingenta simul, rubeo populante duello.
Una dies istum voluit sic ludere ludum,
His ducibus, Godefredo necnon et Odone;
Belligeri fuerant Uddonis consulis ambo.
Idem Odo preterea opposuit se sępius illis,
Et vicit iugiter victor. Heu, liquerat illum
Dextra manus bello quondam; cuius loca cinxit
Ferrea, pene vigore nichil infirmior ipsa!
Nec satius quicquam sortiti apud hi Cinomannos;
Haud equidem reliquae cesserunt suavius urbes.'
Iam quia Apollo rogat, calamus requiem mereatur.

TERMINATUR PRIMUS · ORDITUR ·II· BELLORUM PARISIACĘ POLIS CODICELLUS.

Surgito Musa celer, lampas accendit eoa 886
Climata; luciferam propera prevertere plantam.
Saxonia vir Aïnricus fortisque potensque
Venit in auxilium Gozlini, presulis urbis,
Attribuit victus illi loetumque cruentis
(Heu paucis), auxit vitam nostris, tulit amplam
His predam. Sub nocte igitur quadam penetravit
Castra Danûm, multos et equos illic sibi cepit.
Agmen Aïnrico cedente nimis lanionum,
Efficitur celsus nimium clamor fremitusque;
Deserit unde quies nostros, et menia vallant.
Inmodicas voces flavere Dani morientes;
Inmenso resonant cives clangore paventes
Ut solitum paterentur ab his ex more laborem.

---

644 *post* piant *dist. P* 647 tribuite P^1 potestat *coeperat P*
II 2 plamtam P^1 4 gazlini P^1 5 Attribuit *scripsi coll. v. 184*: At tribuit *vg.* letumque P^1 11 nostras P^1

Linguae. 643 exportant: extra ecclesiam referunt: s. illa animalia (*item* animła *P*) 645 legisti..: VOX NVSTRIĘ. Laus victorię tropheum (*sic*) 646 restitit: superfuit 658 sortiti: s. fuerunt hi: s. Norm(anni) 660 Apollo: sol
II ORDITVR: incipit POLIS: urbis 1 lampas: sol eoa: orientalia 2 climata: partes prevertere: precedere 11 quies: somnus menia: urbis

646 *'es war der beste Wille vorhanden, alle Städte zu erobern'.* 648 *Chartres* 658 *hi apud Cinomannos.*
II 3 *secundum annales Vedastinos Herkengerus comes eum advocaverat.* 9 *i. e. caedente.* 14 'ut *pro* ne'. *Duplessis.*

Sic et Aïnricus postremum castra reliquit, 886
Culpa tamen fugiente mora defertur ad arcem:
Pila ministrabant acidas referendo salutes;
Ianua militibus reseratur, comminus acre
Urgetur bellum, clipei labuntur et enses.
Vita meos adamat dextros oditque sinistros;
Infestos adamat mors, vita gubernat amicos.
Inde sopor repetit cives, miserosque fugella.
  Rege Sigemfredo simul ast Odone loquente
Protenus a specula, currentes agmine multo
Ducere forte truces secum conantur Odonem;
Qui primum feriendo falę fossata volatu
Transsiliit propero clipeum gestansque cateiam.
More suo functus bello versus stetit heros;
Exiliere viri domino suffragia dantes,
Nobilibusque stupent eius super actibus omnes.
  Conspiciens Sigemfredus nostros in agone
Esse feros, inquit sociis: 'Hanc linquite sedem;
Hic non stare diu nostrum manet, hinc sed abire!'
Ergo suas ut Aïnricus secessit ad aulas
Germani teretis contemnunt litora sancti,
Ęquivocique legunt, cuius factis bene vescor:
Circumeunt castris aequor, sed et undique vallo;
Clauditur a! dominusque meus quasi carcere latro,
Ipse nichil peccans; murus circumdedit eius
Ecclesiam nostro celsam cogente reatu.
  Denique rex dictus denas capiens argenti
Sex libras nitidi nobis causa redeundi
Normannis sese cunctis comitantibus, optat
Mel dulcis fluvii limfis conferre marinis,
Qualiter osque freti caudam Sequanę rapit albam
Equoreumque caput pennis quatitur Sequaninis
Ostentare; sed his autem nolentibus infit:
'Eia Dani muros urbis lustrate potentes,
Pergama circumquaque viri vestite valentes
Et scapulas arcu validisque onerate sagittis!
Quisque ferat lapides, sed et undique tela ministret!
Hoc etiam bellum conabor et ipse videre!'
Quo sermone quiescenti surgunt simul omnes

---

15 posttremum *P*1 reliquid *P*1 16 (Culpa tamen) *Duplessis, ut Ainricus* ad arcem deferri *dicatur; recte autem* culpa *celerioris reditus* ad arcem *i. e. eos, qui in arce erant,* deferri *dicitur, qui eum clamore revocaverant et statim damnum inde capiebant* 17 ministrabat *P*1 a/cidas *P* 23 siemfredo *P*1 24 curentes *P*1 30 actibus *sic P* 33 Hinc *P*1 35 littora *P*1 37 sed *sic P; cf. I 365. II 51 post* vallo *distinxi* 38 á *sic P* 49 uestito *P*1 50 honerate *P*1 51 feret *P*1 52 quonabor *P*1

Linguae. 17 acidas: acres 24 protenus: procul 26 *in marg. hoc signum* FMN 27 cateiam: dardum 28 heros: fortis 33 manet: est 34 secessit: re- 37 aequor: pratum 40 *in marg.* IM *(cf. ad v. 26)* 41 argenti: DIERESIS *(quadrisyllabum* arienti *metiendum iure statuit Duplessis)* 47 ostentare: s. optat his: pag(anis)

28 *ad bellum more suo functus (i. e. ut erat mos eius) vertebatur.* 36 *alterius sc. Germani (a pratis).* 42 *dummodo ipse cum omnibus Normannis domum rediret.*

In-que-sulas penetrant, urbis sedes quibus extat, 886
Menia circumeunt trucibus gladiis onerati.
Digressique foras nostri circumdare turres
Occidunt reges geminos pluresque aliorum,
Fallacesque fugam diamant verique triumphum.
Amnis in auxilium nobis Sequanę fuit altus:
Quos sorbens penitus mersit, transmisit Averno.
Sigemfredus ovans ridens morientibus inquit:
'Nunc vallate viri pinnas, urbem capitote,
Mensurate metris ędes, quas hic habitetis!'
Inde suis 'Abeamus;' ait 'tempus venit ecce,
Quo gratum fuerit nobis istinc abiisse!'
Mox hilaris Sequanam liquit pro munere sumpto.
Sic alii facerent, eadem si tunc meruissent.

Quis sentire potest patula, quod subditur, aure?
Terra gemat pontusque, polûm latus quoque mundus:
Gozlinus, domini presul, mitissimus heros,
Astra petit domino migrans, rutilans velut ipsa,
Nostra manens turris, clipeus necnon bis-acuta
Rumphea; fortis et arcus erat fortisque sagitta.
Heu! cunctis oculos fontes terebrant lacrimarum
Atque pavore dolor contritis viscera scindit.
Tempestate sub hac Hugo princeps obit abba,
Evrardo Senones viduantur praesule docto;
Gaudia tunc hostes adipiscuntur sua laeti.

Qui vigiles madidę per opaca silentia noctis
Germanum nitida clarum vidisse figura
Se perhibent moetasque sui lustrasse locelli
Lumine gestantem rutilanti sepe laternam,
Quo sancti redolent artus forsan tumulati.

Instabant eius festę sollemnia lucis;
Obiurgantur et hi castellanis, quia sacra
Non celebrant; alto inde ruunt cum mente cachinno.
Mergitibus plaustrum per rura movent gravidatum,
Cuspide terga boum verso nimium stimulantes.
Protinus his proprię claudis sine crimine causae
Conectunt alios, pluresque dehinc, aliosque;
Certabant elegi scapulis cornuque iuvenci
Iamque lavant proprias rubeo de sanguine costas,

---

55 honorati P^1 56 foros P^1 64 habeamus P^1 65 habiisse P^1 71 rutilant (*ni fallor*) P^1 89 crimine ///// causae *P* 90 C̃onectunt *P* plusesque P^1

Linguae. 54 quibus : s. insulis 56 digressi : e- 58 diamant : valde — 60 quos : aliquos (aliq^{v}os *P*) 62 pinnas : repugnacula (propugnacula *coni. Duplessis*) 67 eadem : munera 71 rutilans : virtutibus ipsa : s. astra 73 rumphea : gladius 76 tempestate : tempore 79 qui : s. hostes 81 moetas : fines 87 mergitibus : garbis 91 elegi : miseri

56 *ad turres circumdandas.* 70 *Gozlinus mortuus est a. d. IV Id. Maias a. 886; de huius necnon Hugonis et Evrardi obitu cf. Duemmler, Ostfr. III 267 adn. 2. Epitaphium eius subiciemus vitae et miraculis s. Germani.* 79 *cf. Sedul. IV 219.* 87 'cum mente *i. e. consulto*'. *Duplessis.* 89 *'als diese ploetzlich ohne eine erkennbare Ursache, die daran schuld wäre, erlahmen'.*

Nonque valent axem terris disiungere fixum 886
Attonitique stupent domni miracula nostri.
Solvuntur tauri stimulusque ferox requievit,
Lux segetis recidiva rotas spoliis vacuavit
Atque suis clodum revocavit motibus axem.
  Effugiens horum quidam iussus iugulari,
Templa subintroiit sancti, tenuit quoque bustum;
Pellitur inde miser profuga pietate necandus.
Vę miseris! multant elegum, multantur et ipsi;
Quod munus dederant socio, simili pietate
Germani meritis nactum cuncti meruerunt
Caelitus afflicti nimium pro talibus ausis.
Unde sacerdotes statuere, locum venerantes,
Qui missas cursusque sacros illic celebrassent.
Tunc omnes cuiquam prohibent hinc tollere quicquam;
Quod violans unus proprio deferre cubili
Ecclesiae tegmen studuit; sub quo manifeste
Effigies eius repetita fuit puerilem;
Scilicet eventu nulli similante minuta,
Nota quibus fuerat pridem, nec noscitur ullo
Oppido: miror ubi venę nervique laterent,
Ossaque fugerunt pariter fugiente medulla,
Viscera speluncę tenuis foveam petiere.
Maior habebatur magnis (mirabile factum)
Is qui nunce minor pueris moriens patet esse,
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.
  Visus adest cuidam domini sanctissimus idem
Pectore carpenti requiem per nubila noctis,
Marcelli sanctis precibus necnon Clodoaldi
Accipiens liquidam manibus benedicere limpham;
Unde rigans urbem graditur per menia circum.
Huicque viro proprium promsit nomen, sed et urbi
Spem spondens, faciem liquit se conspicientem.
  Nobilis hac et in urbe fuit vir carne liquescens;
Deficiens et iam flatu metuebat obire

---

100 mise P^1 101 muntant P^1 104 per P^1 106 illic *sic* P 107 cuiquam] quisquam P^1 108 unus (us *in ras.*) P 113 uenę///neruique P 117 nunque P 119 Vsus P^1 121 sanctis // precibus P 122 lī/pham *corr. ex* linpham P 124 promsit (s *in ras., ex* x, *ut vid.*) P 125 Splem P^1 liquid P^1 conpicientem P^1 127 et iam *scripsi*: etiam *vg.* flata P^1

Linguae. 98 horum : Norm(annorum) 99 bustum : sepulchrum 103 nactum : consecutum 107 omnes : s. sęvi 118 vita : illius

96 *proximus dies rotas vacuavit spoliis segetis.* 98 *haec ita accipienda videntur, ut Normannus quidam a suis capitis damnatus cum ad sepulcrum s. Germani confugisset, inde abreptus interfectusque esse dicatur a popularibus; cf.* socio *v. 102.* 104 *cf. Verg. Aen. II 535. XII 351.* 105 *'ideo locum venerabantur et sacerdotes statuerunt' Taranne.* 107 prohibent *ex similitudine interdicendi constructum.* 110 *'effigies eius (Normanni) repetivit (verbum deponens) puerilem effigiem; sc. minuta eventu similante nulli (eventui) effigies eius iis non noscitur, qui eam ante noverant'. Duplessis.* 112 *cf. Ovid. trist. I 5,* 29 nec noscitur ulli (ullo *Heinsius, Merkel, Owen non adnotant).* 118 *'= Verg. Aen. XI 831. XII 952'. Duplessis.* 121 *sanctis cum precibus accepit ex manibus s. Marcelli et s. Clodoaldi aquam benedicendam (zum Weihen).* 124 huic: *sc. illi* cuidam *(v. 119).* 125 *reliquit hominem, cui apparuerat.*

Castellumque capi Normannis tempore in ipso. 886
Attulit huic cives somnus se linquere velle,
Urbs armis quoniam cunctis deserta manebat;
Clericus inde venustatis mirę astitit illi
Ore loquens placido, rutilans vultuque sereno:
'Quid metuis? surgens tremulos depone timores
Oblitaque fuga quamplures cerne paratos
Ad bellum!' Surgens alacer muros videt omnes
Vallatos cuneis iuvenum galeis oneratûm.
Voxque tonat: 'Tutoribus his defenditur hęc urbs;
Ast ego sum Germanus,' ait 'huius quoque presul.
Confortare, nihil formidabis, quoniam nunc
Faucibus haud sceleratorum grassabitur haec urbs!'
Affatur sanctus, redamatque virum caro, flatus;
Affatur felix, fugitque virum mala pestis;
Alloquitur sanctus, lecto surrexit egrotus;
Almis faminibus sospes procedit egrotus,
Explicuit, visu noctis quod noverat ipse.
  Luce dehinc quadam dum gestabatur et almi
Militibus propriis corpus per moenia circum,
Urbanis septum sectantibus omnipotentem
Perrogitando deum votis sub voce canora,
Caeditur allofilo de portatoribus unus
Nomine Gozbertus calclo; percussor in umbras
Tartareas fugit moriens, icto patiente
Nil super hoc lapidis iactu sancto auxiliante.
Interea cędis validę corrupta procellis
Urbs patitur gladium exterius, loeti quoque pestis
(Eheu) nobilium plebes penitus laniabat;
Interius nec erat nobis tellus, obeuntum
Que prebere sepulturam membris potuisset
Comminus; ulla dies nec erat, quę non generasset
Urbanos interque suburbanos truculentos
Bella, nec ulla abiit prope, quae non interfectos
Pestiferos secum duxisset ad antra gehennę.
  Rex igitur venturus Odo transmittitur inde
Francorum Karolo supra-fato basileo,
Quatinus auxilio celeri succurreret urbi;
Post nullus procerum remanet nisi Marcius abba,
Sepe supra cuius memoratio scripta relucet.

---

129 ciues *ss. P* linquere ůlle (linquere *et prior* l *in ras.*) *P* 130 Urs *P*[1] 131 uenustatus *P*[1] ille *P*[1] 137 totoribus *P*[1] 140 grassabitur (grass *in ras.*) *P* 149 *in margine inferiore add. P* 154 prędis *P*[1] 158 Que *sic P* 161 habiit *P*[1] 165 caeleri *P*[1] 167 cuius / memoratio (*eras.* c) *P*

Linguae. 140 grassabitur: predabitur 141 *sqq.*: PERIFRASIS (*cf. Beda, RhLM p. 614, 1 H*) 150 allofilo: a pagano 151 calclo: lapide 152 icto: percusso monacho 156 penitus: intrinsecus 159 comminus: prope ·i· cum manibus 160 urbanos: cives 161 ulla: dies 163 venturus: futurus 166 remanet: in urbe Marcius: bellicus

141 *affatur virum sanctus flatus, redamatque (eum) caro.* 146 *coniunge* et dehinc. 163 *cf. Duemmler, Ostfr. III*[2] *268 adn. 2.*

Ipse equites ex more Danûm vestire coegit 886
Sex solos, redeunte die quadam super arva;
Transque volant illi Sequanam camposque peragrant
Ex variis plenos armis sevoque sopore,
Normannosque necant totidem, fuerant quot et ipsi.
Nascitur hinc strepitus castris; horum resonante
Voce truces carpunt clipeos nostrique carinam.
  Nostra Dionisii tondebant littora sancti
Pecora, quae duxere sibi crebro speculata;
Verum illis Ebolus iugiter fuit obvius abba,
Qui quorum comitem quadam stravit vice telo;
Unde Dani linquunt ripam referuntque cadaver.
Mox Ebolus senos equites dimisit ab arce,
Quattuor hi ternosque necant certamine diro.
  Nocte quidem cives crebrius pecorum sub opaca
Custodes adeunt quosdamque fugant aliosque
Attribuunt iugulis, hoc egeruntque frequenter;
Indicioque tulere Danos urbi sine flatu
Atque simul vivos, ut sic credi potuissent.
  In-que-sulam penetrant solito quadam vice ritu,
Mę̨nia qua resident urbis, saevi trecenti;
Protinus ense quium bino stravere novenos,
Vulnera deposuere quibus triginta (nec extat
Posse datum quarti lumen spectare diei),
Congressi nostrûm gemini; qui morte fruentes
Egregia sanctos vexere pedes super astra;
Nam senior Segebertus erat, iunior Segevertus.
  Forte deinde tribus cuneis cinctus galearum
Armipotens montis super Odo cacumina Martis
Enituit, cuius clipeos novus inradiavit
Sol, croceo Oceani thalamo vasti pede spreto;
Hunc prius Elios adamans quam rura salutat.
Quem visu capiunt cives et amore sub alto;
Ast hostes prohibere fores turris cupientes
Transsiliunt Sequanam, vallantes littora circum.
Reddidit Odo tamen castellanis equitando
Se medios inter sevos, Ebolo reserante
Huic portas, cunctique stupent hoc nobile factum.

---

168 aequitaes P^1 169 redeundo P^1 *post* arva *distinxi* 171 sevaque P^1 172 q̅ı *corr. ex* qđ *P* 173 inc P^1 174 cli/peos *P* 175 litora P^1 176 Pectora P^1 177 abba (*extrema littera in ras.*) *P* 181 bi P^1 (Quattvor bi-ternos *Duplessis; cf. ad gl.*) 185 Indicioque/////tulere *P* 187 penetrant *ss. P* 192 *post* gemini *dist. P* 201 proibere P^1 202 litora P^1 205 stu/pent *P*

Linguae. 170 illi : sex 173 castris : in — 176 duxere : Norm(anni) 177 verum : sed 178 qui : s. Ebolus 181 hi : sex (*cf. v. 180*) necant : Norm(annos) 183 custodes : Norm(annos) 185 tulere : s. cives 189 quium : quorum (*ad Vergilii grammatici doctrinam refert Huemer, Wiener Studien X 157; sed cf. etiam Servium ad Aen. I 95 p. 48, 6*) stravere : s. duo ex nostris (*cf. v. 192*) 190 deposuere: commendaverunt (*sic*) 197 enituit : apparuit 205 portas : turris

170 *cf. I 598.* 171 ex *ut II 327.* 178 quadam vice: *einmal; cf. v. 187.* 181 *i. e. septem.* 185 *cf. I 585.* 197 *cf. Walahfrid. 22, 1, 4 (PAC II 369)* fulsit in aureolis rapidus sol clipeis fugiente chao. 198 *Oceani vasti thalamum Aurora croceo pede reliquit.* 202 *i. e. circumvallantes litora.*

Hinc eius socios retro statim redeuntes 886
Ferreus insequitur hostis post terga meando;
Plus geminis etiam leugis interfuit illis
Dictus Adalelmus superis pridem comes; idem
'Eia,' suis inquit 'satius pergamus in illos,
Quam nos hic illi inveniant!' Adalelmus hoc inquit;
Pestiferi petiere fugam nostrique tropheum.
Scuta tonant dardique volant, et corpora Danûm
Consulis arva tegunt gladio regnante Adalelmi.
Non dimisit eos, donec repedare coegit
Ad fluvium, posthac et ovans victorque reversus.
  En, et Aïnricus superis crebro vocitatus, 28. Aug.
Obsidione volens illos vallare, necatur.
Inque suos nitens Sequanam transire, Danorum
Rex Sinric geminis ratibus spretis penetravit
Cum sociis ternam quinquagenis; patiturque
Naufragium medio fluvii fundum petiturus,
Quo fixit, comitesque simul, tentoria morti.
Hic sua castra prius Sequanae contingere fundum
Quo surgens oritur, dixit, quam linquere regnum
Francorum: fecit domino tribuente, quod inquit.
  Denique, cum medius Titane incenditur orbis
Cumque sitit tellus pecorique libet magis umbra,
Sibilat et gratus silvas zephyrus per amenas,
Pergama loetiferis stipantur ab hostibus urbis,
Quae passim patiebatur certamen; et unum
Bellabant muri, speculae, pontes quoque cuncti,
Pugnabat pelagus, contra tellus magis ampla.
Classica valde tonant, mensis discedere cives;
'Eus!' clamant litui 'convivia temnite cuncti!'
Urbs terrore, simul cives, invaditur omnis;
Nullus in urbe locus fuerat, qui bella lateret.
Pila falas lacerȩque tegunt nimium catapultȩ
Arva velut pluviȩ, plumbi necnon onerosi
Poma dabant peltis gemitus et grandia saxa.
Haec nobis illi tribuebant prȩmia semper;
At contra lapides rapidos pariterque balistas
Direxere feris nostri celeresque sagittas.

---

206 cuius P^1 208 Plugeminis eciam P^1 209 *totum in rasura scripsit P* adalaelmus (*sic*) *P* pridemq P^1; *volebatne* quomes ? 210 sa/tius *P* in$^{i\,l}$los *P* 211 adalelmus *sic P* 213 Sca *coeperat P* 231 patiebātur P^1 235 Eus (u *in ras.*) *P* 242 balistas *in ras. P* 243 celeresque (celere *in ras.*) *P*

Linguae. 207 insequitur : per- (*sic*) 209 superis : in — pridem : ante 210 satius : melius 216 reversus : s. est 217 superis : in — 218 illos : Norm(annos) 227 titane : s. a — 229 sibilat : s. cum — (cu *P: corr. Duplessis*) zephyrus : ventus suavis 230 pergama : menia 231 quae : s. urbs 234 classica : cornua mensis : s. a — 235 litui : cornua 238 falas : turres

217 *cf. II 3—22. 34; epitaphium eius subicimus vitae et translationi s. Germani.* 219 inque suos *i. e. adversus milites Aïnrici.* 225 *i. e. unde oreretur Sequana.* 227 medius orbis: *meridies.* 228 *'cf. Verg. Georg. IV 402'. Taranne.* 240 *cf. I 235.* 241 *cf. I 27.*

His aer seritur hinc inde volantibus amplum; 886
Non inter caelos aliud tranabat et arva;
Mars magis atque magis regnat tumidusque superbit.
Virgo dei Genovefa caput defertur ad urbis,
Quo statim meritis eius nostri superarunt;
Inde fugaverunt etiam pinnis procul illos.
Robore qui multus fuerat, sed corpore parvus,
Gesserat hoc miles quinis comitatus ab armis,
Gerboldus, nusquam cuius petiit catapultae
Sanguinei rostrum siccam sine fluminis unda.
Partibus ex aliis longe surgunt acriora
Prelia; plangores clipeique cient galeęque
Stridores; nostri bellant, sed fortius illi;
Defecere fatigati bello quoque dextri.
Pro dolor! alta nimis flentes lamenta trahebant:
Cana senecta gemit multum florensque iuventa;
Plorabant monachi, lacrimatur clericus omnis,
Aera voce tonant, luctus sed et ethra facessit.
Hi tristes animos urbem metuendo revelant
Hoste capi; caelo laeti torquere cachinnos
Moenia vocisonos rentes lucrare severi.
Femineusque iubas sexus lugens lacerando,
Verrebat terras proprio de crine soluto,
Eheu! nuda suis quatiebant pectora pugnis
Un-que-gulis facies secuerunt, tristia ac ora.
Voce rogant lacrimosa omnes: ‘Germane beate,
Auxiliare tuis; alioquin nunc moriemur!
O pie, nunc succurre citus, succurre! perimus.’
Germanum reboat tellus; necnon fluviusque,
Littora et omne nemus pariter circum resonabat:
‘O Germane sacer, nobis miserere, rogamus!’
Templorum campana boant merentia, clamant,
Vocibus his et humus tremuit flumenque remugit;
Urbs extrema verens instantis carpere lucis
Omnia lamentis lacrimans spargebat amaris.
  Omnibus en Germanus adest recolendus in orbe
Corpore subsidioque simul nil vota moratus,
Quo maiora tenebantur certamina Martis,

---

256 Sstridores (*sic*) *P* 257 fati *P*¹ 260 Plorabant *P*¹ 264 renter *P*¹ 268 $\overset{\text{et}}{\text{ac}}$ ora *P*; et *scriptum est ductibus antiquissimis, pallido tamen colore* (*cf. gloss. ad II 494*) 278 Om̃a *sic P*

Linguae. 246 Mars : bellum 249 pinnis : muris 250 robore : vi (*sic*) 251 armis : pro ‘armatis’; METONIMIA 253 siccam : terram (*cf. genes. 1, 9 sq.*) 254 partibus ex aliis : s. urbis 261 facessit : replet 263 torquere : iecerunt (*sic*) 264 rentes : sperantes 266 verrebat : scopabat 275 campana : signa 278 spargebat : replebat

244 aer amplum *soloece ob consuetudinem pluralis numeri* aera; *cf. II 371.* 248 quo *facto.* 252 *coniunge* rostrum catapultae. 256 *cf. I 608.* 257 defecere quoque *i. e. et defecerunt;* dextri *i. e. Christiani, cf. II 20. 297.* 259 *cf. I 179.* 263 *coniunge* cachinnos vocisonos. 265 *cf. e g. Ovid. metam. XIV 420.* 267 *cf. e. g. Verg. Aen. XII 871.* 268 unquegulis *si recte scribitur (cf. II 54. 187), idem est ac* unguiculisque. 277 *ne instans lux esset extrema (lux).* 281 *i. e. ubi maxima erant certamina.*

Signiferosque Danûm lucrari morte coegit, 886
Atque dehinc alios perplures, protenus urbe,
Ponte simul, pellens illos; quem maxima turris
Ante suos domnum speculans congaudet ocellos.
Unde fatigati vires revocant sibi fortes
Atque resistere decertant bellando protervis,
Qui turrim repetunt, pontem vel menia linquunt.
Mille simul specuę stabant, omnes quia pugnę
Multo non una poterant numero prohibente.
Dilabuntur humi vario traiecta mucrone
Viscera, quo pluvie celo, ratibusque feruntur.
  Iam capiente iubar migrans sub marmora Tetis
Oceano, foribus turris submittitur altus
Valde focus; flammę precelsa cacumina turris
Cingebant, armis pugnant ignique sinistri.
Linquitur arcs dextris, valvasque iubent aperire,
Optantes prorsus preciosam scandere mortem
Plus quam fallacum fidei committere semet.
Nemo stetit supra speculam, solus nisi sepe
Iam sancti famulus dicti lignum crucis almę
In flammas retinens, oculis hęc vidit et inquit;
Densus enim fumus nimium velaverat illam.
Tum portis igitur reseratis aridus ense
Portuni madido moritur Vulcanus inermis,
Subtilemque fugam petiere cadavera torvi
Multa reportantes secum, Mavorsque quievit.
Haec virtute crucis sanctae victoria nostris
Ceditur, et meritis Germani antistitis almi,
Quem reveunt ad bassilicam Stephani quoque testis
Gaudentes populi praecelsa 'Te' reboantes
Voce 'deum, te laudamus dominumque fatemur!'
Urbis erat presul clarus, tutamen et urbis
Mesticiam alterutrim nactę sic letitiamque.
  Funditus his animo versus tamquam mare choro
'Cernere' Francigenis inquit 'properate sub urbem'
Sexcentis 'statum nostris suggestibus aptum.
Talia me coram fures?' Iussis opus addunt.
Dum tamen hos trames revehit primatis ad aulam,

---

285 ocellos (*prior* o *ex corr.*) *P* 295 Valdu P^1 300 sͤpe *P* 305 Portuni *Barth* (*advers. 35, 19 p. 1666*): Portu ni *vg.* 309 Caeditur P^1 310 bassillicam P^1 quoq̃ P^1 311 *dist. Duplessis* 312 tae P^1 314 Mestaciam P^1 316 proparate *P* 317 subgestibus (?) P^1 318 a//ddunt *P*

Linguae. 282 morte : s. a — 283 protenus : longe urbe : s. ab — 288 qui : protervi 291 dilabuntur : cadunt humi : in humum 292 quo : sicut feruntur : s. Norm(anni) 293 Tetis : dea maris 294 submittitur : a gentilibus 297 valvas : portas 310 testis : martyris 314 nactę : s. urbis 315 versus : s. Karolus choro : vento 317 suggestibus : sedibus 318 fures : servi; s. ausi sunt agere; ECLIPSIS addunt : s. Francigeni (fran^ci^geni *P*) 319 hos : DC Franc. (*sic P, i. e.* Francigenos)

282 'lucrari *passive*'. *Duplessis; cf. v. 264.* 284 '*quem domnum ante suos ocellos speculans turris congaudet; cf. I 431*'. *Duplessis.* 289 'speculae: *en vedette*'. *Taranne.* pugnae: *sc. stare.* 293 iubar migrans *i. e. solem occidentem.* Tetis: *cf. II 396.* 299 plus *i. e. potius* 300 *cf. praef. p. 72 adn. 3; si recte Pertzius poetam ipsum dici statuit,* inquit *est 'er erzählt', non 'er erzählte'.*

Sectantur, glomerant cuneos pos terga nefandi, 886
Committunt: superant — cedunt, fugiunt, moriuntur.
Templa fugax coetus penetrat confinia muris:
Victorum gemini quandam (mirabile narro)
Ecclesiam inrumpunt, farsam de morte relinquunt,
Post et equos saltu repetunt paribusque coherent.
Sic ternis Sequanam Martisque cacumina stratis
Sexcenti copulant ex milibus, hinc remeantque;
Namque triumphantes fratrum promsit geminorum
Fama fuisse Teoderici procerum ast Aledramni.
En princeps de quo canitur, circumdatus armis
Omnigenis, caelum veluti splendoribus astreis,
Induperator adest Karolus comitatus opimo
Diversi populo labii, tentoria figens
Sub Martis pedibus montis speculamque secundum.
Redditur ecclesię̨que diu pastor viduatę
Nobilis egregiusque sacrę pompatus honore
Totius Anschericus virtutis, germine clarus;
Annuiturque feris licitum Senones adeundi, 887
Septies argenti libris causa redeundi
Martis mense datis centum sua ad impia regna
(Tunc glaciabantur torpentis sęcla Novembris).
Sic Karolus rediit moriturus fine propinquo.
Nomina, tunc ensem quorum perpessa fuisti,
Nec vocitare prius, pigra o Burgundia bello,
Nustria precluibus thalamum nisi comeret altis
Iam tibi consilio facilis; verum modo iam scis.
Inde revertentes prato sua castra reponunt
Iam dicto, templum sancti velut ante colentes.
Quattuor hic dominusque mei Germanus in usum
Contractos nimium membris priscum revocavit,
Motibus atque suis admoverat organa fibris,
Subducto genibus dudum pedibusque parato

---

320 posg̃a (g *ex* r *corr.*) *P* 321 *post* Committunt *et post* superant, *neque vero post* cedunt *dist. P* 324 Eccleam *P* 325 aequos *P*[1] 327 quopulant *P*[1] ex / milibus *P* 331 astre/is *P* 338 adendi *P*[1] 340 centum *ss. P* 347 prato (r *ex corr.*) *P* 352 Subducto ///// genibus *P*

Linguae. 320 pos terga: eorum nefandi: pag(ani) 321 committunt: s. Norm(anni) prelium superant: s. Franc(igeni) cedunt, fugiunt, moriuntur: s. Norm(anni) 322 coetus: pag(anorum) 324 morte: pag(anorum) 325 repetunt: s. illi duo 328 triumphantes: victores 341 glaciabantur: gelascebant 344 vocitare: pro -bas 345 precluibus: nobilibus altis: nutritis, filiabus 346 verum: sed scis: s. nomina Norm(annorum) 351 organa: nervos 352 parato: re-

327 ex *ut v. 171.* 329 *triumphantes (illos sescentos) fuisse (milites) Theoderici et Aledramni;* ast *i. e. et (cf. II 399).* 335 *cf. Duemmler (Ostfr. III*[2] *273 adn. 1) et K. v. Kalckstein (Gesch. d. französ. Königth. p. 30 adn. 2); sed ex* redditur *eo minus potest concludi Anschericum antea Gozlino cessisse, quod* ecclesiae viduatae *pastor reddi dicitur.* 338—346 *cf. Duemmler, Ostfr. III 271 adn. 3.* 339 *DCC librae eis datae erant, ut mense Martio (proximi anni) ad regna sua redirent; cf. II 41 sq.* 344 *cf. Duemmler, Ostfr. III*[2] *271*[3]*. 272*[1]*.* 345 *nescio an a Normannis post bellum Nustriacum in Burgundia hiemantibus nobiles aliquot virgines corruptas esse insinuet.* 351 *'nervos fibris admoverat in motus suos (i. e. legitimos), iure suo, quod dudum fuerat subductum, reparato genibus pedibusque'. Taranne.*

Iure suo, extinctisque fenestris unius orbi 887
Restituit radios solis spectare micantes.
Beisino huc adiens inter saevos comitatu
Lęsa nihil quodam, meritis sed tuta beati
Femina post quędam meruit lumen quoque caeca.
Cuius ad accubitat puteus vestigia, cuius
Qui potabit aquas extemplo febre laborans
Auxilio sancti fidens capiet medicinam.
His panem cupiens quaedam componere iussit
Vi sibi scotta Danûm deferri; namque sacerdos
Templa tuens puteum vendebat egris precio amplo.
Depositus flammę panis mox ipse figuram
Sanguinis accepit rubeam. Post altera forte
Scitur vi conans latices hausisse cruorem.
Quis tanti peragrare potest miracula sancti?
Ora mihi si mille aderant, totidem quoque linguae
Vocibus explentes aer cęlumque boatu,
Gesta mei narrare patris numerumve nequissem.
Hic Germanus, hic est, qui passus adhuc renitere
Haud mundo cunctis nimiumque stupenda peręgit,
Fundere signa prius didicit genetricis in alvo
Anteque virtutem celsam quam cernere lucem.
Talia quis, lector, sanctorum gesserit umquam,
Cedo! sacer forsan, sodes, babtista Iohannes;
Ergo meus similis Germanus huic habeatur.
Iste cadaveribus ternis vitam revocavit,
Restituens lapsis proprias sedes animabus.
Urbs age Parisius, sub quis defensa fuisti
Principibus? 'Me quis poterat defendere, primas
Hic nisi Germanus, virtus et amor meus omnis?
Post regem.regum sanctamque eius genetricem
Rex meus ipse fuit pastorque, comes quoque fortis;
Hic ensis bis-acutus adest meus, is catapulta,
Is clipeusque, patens murus, velox sed et arcus.'
His quia sat silvę resonant, filomela quiescat.
Plectra revolvamus vocis post terga stuporum;
Foedere quo fragili fuerant infecta, loquamur,

---

366 litices P^1 372 mundo (u *fort. ex* il *corr.*) *P* 385 his (*vel* bis) *in* is *corr. P*; hic *manus recens* 386 potens *malim* 389 fragili (r *ex* l *corr.* ?) *P*

Linguae. 358 cuius : sancti cuius . . . cuius : EPANALEMSIS (*cf. W. Schulze, orthogr. p. 11 all.*) 359 extemplo : mox 361 his : aquis 364 depositus : commendatus 365 post : denique altera : Dana 366 conans : s. haurire 376 cedo : dic sodes : si audes 381 me quis : VOX URBIS 387 his : s. de — silvę : populi 388 stuporum : miraculorum

353 *'restituit oculis unius orbi (i. e. caeci) luminis spectandi facultatem'. Taranne.* 354 *etiam huc adiens (ex) comitatu Beisino femina caeca inter saevos nihil a quodam (i. e. ab ullo) laesa, sed beati (Germani) meritis tuta, postea lumen meruit.* 359 *cuius siquis febre laborans aquas potabit, extemplo sanabitur.* 362 scotta *vox obscura; quae Ducange habet 'pecunia, census, pars, symbolum', ab hoc loco aliena videntur; Pertzius mulieris notionem esse suspicatur.* 368 *cf. Verg. Aen. VI 625 sqq.* 369 aer: *cf. II 244.* 371 passus *passive: verstattet, sc. erat. cf. ad vitam s. Germani rhythmicam 8 (infra p. 123).* 379 *cf. I 616.* 388 *'à la suite des miracles'. Duplessis.*

Agmina Normannûm Francis e finibus antra 887
Ad sua nolentum descendere, sed Sequanina
Immo fluenta cupiscentum tua rursus adire
Quae argentum sibimet retinendo novalia monstrent,
O Burgundia. Non; simulata cupido latebat;
Quod sequitur, cordi affuerat, sed hoc tamen ori.
Concipiunt igitur Thetis nitendo quadrigas
Munere clam gratum pontes transcendere iusto.
Ilicet Anscherici defertur episcopi ad escas
Ast Ebali (ferclis inerant Titane secante
Lucifluam cernente poli gnomone figuram),
Multiplici remo contundere pocula limfae;
Scandere gentiles undas conclamat eoas
Parisius; surgit securus uterque ciborum,
Arma ciunt ripasque legunt pinnasque facessunt.
Hic Ebalus raptat cordam vibratque sagittam;
Quam nauclerus in ascellam per navis iatum
Previus accepit modicum terebroque foratum.
Sic auriga necis casus pelagique faselus
Quin patitur. Restant igitur ceduntque sub arcem
Acephali; quoniam Christum perdunt, caput ipsum.
  At vero veniam deposcunt obsidibusque
Iusiuranda parant aliud non tangere litus
Ni Sequanę gressumque referre cito velut ante;
Nam nobis dederant tranquillum, Matrona flumen
Quidquid alit, solito 'securum' quod vocitamus
(Hoc nostris violare Danos ingens erat horror).
Unde forum, foedus pariter commune fiebat,
Una domus, panis, potus, sedes, via, lectus,
Commixtum sibimet populum mirantur utrumque.
Quod pactum Senones primum statuere migrando
Hactenus et servaverunt, quoad usque secundo
Menibus invitis superos latices adipisci
Fas meruere; dato barcas per flumina raptant.
Eheu! catholicos secum per littora vitę

---

394 *et post* burgundia *et post* non *dist.* *P* 410 capud P^1 411 obsedibusque P^1 416 orror P^1 417 fiębat (f *in ras.*) *P*; *fuisse potest in* P^1 communia 423 *post* meruere *dist.* *P* flumine P^1 424 secũ/per (*erasa vid.* l) *P*

Linguae. 394 non : s. cupiebant 397 clam : sine 399 ferclis : mensis 400 gnomone : horologio 401 pocula : alveos 404 ciunt : movent pinnas : muros facessunt : replent 405 raptat : trahit vibrat : iacit 409 quin : certe restant igitur : Norm. θ (*sic*) 410 quoniam . . . : cur dicuntur acefali? caput ipsum : perdunt 411 at vero : deinde veniam : pacem obsidibus : cum — 415 quod : s. tranquillum 416 hoc : s. securum 423 fas : licitum dato : s. licito subeundi raptant : trahunt 424 secum : s. qui erant littora : fines

391 *'sed immo cupiscentum retinendo sibimet argentum rursus adire Sequanina fluenta, quae monstrent (illis) tua novalia, o Burgundia'. Taranne.* 396 *concipiunt igitur gratum (sie fassen den dankenswerten Plan), ut quadrigae Thetis (cf. II 293) sine munere iusto niterentur pontes transcendere (sc. ut Matronam intrarent); ironice loquitur.* 399 *Titane secante lucifluam poli figuram (i. e. lucifluum polum), ut (dis)cernebat gnomon.* 408 pelagique *sc. casus.* 414 tranquillum *sc. fore.* 420 *confirmaverunt pactum adeuntes primo Senones.* 421 secundo *i. e. iterum.*

Bis-denos siquidem aut necibus lorisve plicarunt. 887
Mox adhibent propriis vitam sine mandere castris
Vallatam geminis mortem sine tegmine prunas;
Quae nostri precibus sperarunt tuta tenere.
Securum frangunt, Senones tempnunt Matronamque
Aequoreo curru sulcant. Mandatur et urbi:
Guttura millenis crepitant, planctu quoque, bombis;
Pax communis abit, foedus pessumdatur omne.
Continuo cuncti torvos disquirere cives
Urbe, foro currunt, aliqui si forte paterent.
Euax, inveniunt quingen plagisque trucidant.
His micuit prestans Ebolus Mavortius abba,
Ni cupidus nimium lascivus et, omnibus aptus;
Nam pulchre nituit studiis quae gramma ministrat.
Foederis antistes causa permisit abire
Anschericus tentos, potius concidere debens.
Inde feri Meldis feriunt, urbem quoque vallant.
  Interea Karolus regno vita quoque nudus 888 13. Ian.
Viscera Opis divae conplectitur abdita tristis;
Laetus Odo regis nomen, regni quoque numen,
Francorum populo gratante faventeque multo
Ilicet, atque manus sceptrum diademaque vertex.
Francia laetatur, quamvis is Nustricus esset,
Nam nullum similem sibimet genitum reperire;
Nec, quia dux illi, Burgundia defuit; eius
Nustria ad insignis nati concurrit honorem:
Sic uno ternum congaudet ovamine regnum.
Preterea astutos petiit preceps Aquitanos;
Mox sibi subiectis Francorum regna revisit
Moenia Meldis adhuc Danis stipantibus urbis;
Cui presul fuerat residens in ea Segemundus,
Presulis Anscherici Tetbertus belliger heros
Germanus consul. Minime Delius neque Febe
Apportabat ei spatium, iuge sed sibi bellum

---

425 Bisdenos / siquidem (*erasa est* i) *P* plica/runt *P* 437 *distinxi* (*qui* ni nimium cupidus et lascivus *esset*, omnibus aptus *esset*) 453 subiectos P^1 francorum ///// regna *P* 458 $\overset{i}{e}$spatium (s *in ras.*) *P*

Linguae. 426 ENIGMA. carbo si fuerit munitus flamma et cinere, semper vivit; alioquin moritur 427 geminis: ·i· lignis et cineribus tegmine: s. duorum 428 quae: s. castra 429 Matronam: fluvium 431 crepitant: sonant bombis: sonis 432 pax communis: quae fuit inter Christianos et Norm(annos) pessumdatur: perimitur 433 torvos: crudeles disquirere: in- 434 urbe: per — foro: per — 435 euax: interiectio laetantis quingen: D 437 ni cupidus: s. esset 440 concidere: oc- 443 Opis: deę terrę 444 numen: s. complectitur 445 Francorum: ZEVMA 446 manus: Odonis vertex: s. complectitur 448 reperire: pro 'reperiebat' 452 preceps: velox 453 subiectis: s. Aquitanis 457 consul: s. erat Delius: sol Febe: luna 458 spatium: requiem

426 *castris suis ipsi iniciunt prunas sine tegmine flammae et cineris, morituras cito, quod erant sine mandere (weil sie nichts zu verzehren hatten); quae prunae si vallatae fuissent flamma et cinere, vivere poterant.* 429 *cf. v. 415.* 440 tentos *i. e. prehensos.* 441 *i. e. Meaux* 449 *et aderat Burgundia, quia illi dux defuit.* 455 *cui praesul erat Segemundus; consul belliger heros Tetbertus, frater Anscherici.* 457 *neque dies neque nox.*

Undique constat, eisque tamen per multa resistit. 888
Perdidit innumeros, quotiens ex agmine sęvo
Exiliens citra muros pessumdare tetros.
Flamina quot tulerat telis, orare nequibo.
Pro dolor! armipotens inter mortalia defit
Arma ruens nunquam sibi principe subveniente,
Exitiumque polis posthac cum praesule capto
Passa luit; regi hinc felix micat omen Odoni!
Denique Luteciç revolant ad culmina tutae. 889
Convocat huc omnes proprios per regna morantes;
En, sine iam numero numerum prestans Odo nectit:
Francigeni approperant alta cum fronte superbi,
Calliditate venis acieque, Aquitania, linguae,
Consilioque fugę Burgun- adiere -diones.
Sessio fit non longa satis frustrata triumpho.
Nescio quis socios lusit Danosque cecidit
Non paucos, modico quamvis (ut fama) popello,
Quo ventus veniens, Ademarus nomine dictus.
Scladamarusque dehinc binos iugulis dedit, isque
Deditus est; idem primus primum duit umbris
Luteciç torvum, postquam primo patuere:
Principium gladii tenuit finemque recepit,
Hoc super infidos, illum corpus super eius.
Rotberti fuerat pugnax comitis Scladamarus.
Dispulerat galeas terror propriumque sub urbem
Lunatas stadiis libitum peltas trecentis.
Preterea quadringentis a mille remotis
Acefalos prostravit humi peditum comitatus
Agmine tercentum pastor certamine acerbo
Nobilis Anschericus, pollens ex virginis ore;
Sic alacres spolium revehunt ad moenia multum
Urbani prestante deo qui regnat ab alto.
Expediamus abhinc dignos Odone triumphos.
Falconem vocitant, equitum quo milia vicit
Dena novemque dehinc, Montem, peditumque profana.
Hoc illi vicibus peperit natale tropheum

---

464 principe *in ras.* P 465 ca/pto P 478 *post* est *neque vero post* primus *dist.* P

Linguae. 459 per multa : ·i· multum 460 quotiens : sepius 462 flamina : animas orare: loqui 464 principe : rege 465 polis : urbs 466 luit : sustinuit omen : indicium. HYRONIA 472 Burgun- adiere -diones : TEMESIS 475 ut fama : s. fuit 476 quo : sicut 477 binos: Norm(annos) 478 duit : dedit 481 hoc : s. principium gladii illum : finem 483 dispulerat: disperserat dispulerat galeas terror : METONIMIA 484 stadiis : Stad. 486 acefalos : gentiles humi: in humum 494 hoc illi vicibus peperit natale tropheum : nequaquam (*glossa marginalis pallidis, sed antiquissimis ductibus exarata cf. p. 74 et tab. I*)

461 '*i. e. ultra; cf. I 19*'. *Duplessis.* 463 *armipotens Teïbertus ab Odone rege destitutus interficitur a Danis.* 478 *respicitur ad prius aliquod facinus Scladamari.* 479 patuere *sc. pagani.* 484 '*cf. Verg. Aen. I 490. XI 663*'. *Duplessis.* 485 *i. e. sescentos.* 488 *vicit nimirum die quodam s. Mariae sacrato, ut Odo die natali s. Iohannis baptistae; cf. II 494 sq.* 492 '*Montfaucon*'. *Bouquet.* 493 *i. e. dena et dehinc novem milia equitum peditumque; cf. gloss. ad II 527.*

Lux precursoris domini catecasta Iohannis. 889
Quippe latus utrimque viris comptus clipeatis 24. Iun. (? cf. gl.)
Mille legebat iter, quando tyronis ab ore
Venantis canibus lepores nemorosa per arva
Panditur adventare equites per millia sevos.
Id scutumque simul recipit colloque pependit,
Armaque cum sociis stringit, penetrans inopina
Pręlia. Solamen celeste petit, rapit atque
Viscera: deponunt alii clipeos animasque,
Terga parant reliqui regalibus in quibus armis
Ex pueris libuit ternis requiescere Odonis.
Tum dixit propriis: 'Istos fortasse secuntur
Ast alii; idcirco pariter statum glomerate:
Si fuerit verbum super hoc, ne differat ullus!'
Adiecit: 'Subeam tumulum specularier ipse:
Si vos perculerit clangor, nullum mora vincat!'
Cornu suum poscens, scopulum scandens, videt ecce
Armisonos lento pedites incedere gressu;
Tunc tuba cuius ab ore boans mox omnia late
Excitat, anfractusque per astra per arva volabant,
Omnibus atque modis, solido fractoque, ciebat.
Omne nemus responsa dabat voci famulando,
It tuba cum celeri bombo per cuncta elementa —
Nil mirum, quoniam regale caput tonat, inquam.
Ergo sui infrenant currus, saltu quoque scandunt,
Allofilum in medium migrant, unusque securis
Vibratu pepulit conum de vertice regis
In humeros lapsum; domini verum quia christum
Tundere presumpsit, ventum de pectore iecit
Hospite continuo iaculator principis ense.
Pugna adolet, ponunt animas cum sanguine gurdi;
Infames traxere fugam, primasque tropheum.
Milia tot Foebo stravit spectante sub uno
Perpete cum gladio; donec a finibus illos
Francorum, sequitur, prohibet. Verum nihil illud

---

496 comtus P^1 499 aequites (*altera* e *in ras.*) P 504 parent P^1 506 Tum *sic* P 507 ast//alii P 509 subeã // tumulũ P 511 pos/cens P hecce P^1 514 uolebant P^1 524 Clospite P^1 528 cum *sic* P

Linguae. 495 catecasta : singularis, una 498 lepores : Lepo (*sic*) 500 id : s. nuncium 506 dixit: s. Odo 509 tumulum : montem 515 solido : s. modo 516 voci : regis 517 it : vadit 518 inquam: dico 519 currus : equos (*cf. Serv. vol. II 604, 4*) scandunt : s. eos 520 allofilum : acc. pro genetivo plurali unus : s. Norm. 521 conum : helmum 522 in : super christum : unctum 523 ventum: animam 524 principis : regis 525 adolet : crescit gurdi : inepti 526 infames : sine fama 527 tot : .i. decem et VIIII 529 sequitur : per- (*sic*) prohibet : eicit verum : sed

497 quando *i. e. cum.* 499 *bei Tausenden.* 504 *'reliqui terga dant (prae) armis regalibus, in quibus libuit requiescere (i. e. quibus se induerant) tribus ex pueris Odonis'. Duplessis.* 514 anfractus: *vielfaches Echo.* 515 ciebat, *sc. tuba.* 519 *cf. Verg. Aen. XII* 287. 524 de pectore hospite *coniungit Duplessis; an vertendum est 'indem bei ihm des Königs Schwert Quartier nahm'?* 528 cum: *cf. e. g. gloss. ad I 69; persequitur illos, donec a finibus Francorum prohibet.*

Ad suimet requiem iuvit, quia mox Aquitanos 892
Linquere se numenque sui postponere novit.
Appetit ergo furens illos, vastans populansque
Arva, modo vulgus; quamvis concludere nisus
Urbes adversas, minimum tamen aucta facultas.
Forte sed insurrexit ei, spreta aetheris arce
Sole sub undivaga posito testudine ponti,
Consul Ademarus regi copulatus eidem
Progenie; cuius memini. Proserpina dudum
Huic cessit, cuneos dum profligavit Odonis.
Umbra fugat stellas, Ademarus ab agmine vitas;
Dormit Odo, consanguineus sua proterit arma.
Astra micant, primas vigilat, sed et avolat ipsa
Regia mox consanguinitas de sanguine lęta.
Talia cur siquidem recinam congesserit: olim
Nam libuit regi dare propugnacula fratri
Rotberto Pictavis — Ademaro tamen haud sic;
Nempe sibi cępit, plus se quia diligit illo.
Inde Limovicas adiens Arvernicaque arva,
Prevalidas Wilelmi acies secum videt hostis,
Ni congressuras fluvius medio prohiberet.
Perdidit ergo suos illic Wilelmus honores,
Ugoni regnante datos, qui Bituricensis
Princeps extiterat consul: quare fuit actum
Hos inter geminos comites immane duellum.
Mille super centum defleverat inclitus archos
Claromontinsis Wilelmus Ugone necatos,
Iste minus numero secum maiore remotum.
Hic Ugo dum tandem capitur mucrone Wilelmi,
Supplicat, ut pietas eius succurreret illi.
Olli, tam sero per verba measse, respondit;
Ocius et dicto trans pectora lancea transit
Ugonis. Intererant cuneis Rotgarius atque
Valde viri Stefanus fortes, perplura Wilelmi
Loeta suis dantes; alter comes Ugoniusque

---

531 numenq; (q; *ex* ſ *corr.*) *P* 533 *dist. Duplessis* 534 adversas *vel* aduersus *P macula oblitteratus* 535 ei spreto (*sic*) *P*: *corr. Duplessis* 544 congesserit *sic P* 556 necatos *sic P* 560 iam *malim* 562 *post* ugonis *dist. P*

Linguae. 530 suimet: Odonis 533 modo: solummodo vulgus: s. vastabat nisus: s. esset 534 aucta: s. est ei 538 cuius: s. Adem(ari) 539 profligavit: occidit 540 agmine: Odonis 541 consanguineus: Adem(arus) 542 primas: rex avolat: recedit 543 consanguinitas: ·i· Ademarus lęta: fertilis 546 haud sic: s. libuit 547 cępit: s. Pictavenses (pıctaūſ *P*; Pictavis *Duplessis*, Pictavos *Pertz*) illo: s. Rotberto (rotbert' *P*[1]) 548 adiens: s. rex 549 secum: ·i· cum rege 552 regnante: pro 'rege' 553 consul: comes quare: ideo 557 iste: Ugo minus: s. deflevit maiore: ·i· a millenario remotum: s. illud minus. Hoc dicit, quod Wilelmus in illo prelio mille et centum perdidit, et Ugo centum cum se ipso. 560 sero per verba measse: ·i· tarde locutum eum esse 561 ocius: citius lancea: s. Wilelmi 562 cuneis: s. Ug(onis) 564 suis: propriis

538 'cuius memini: *sc. II 475*'. *Taranne.* '*etiam crudelior erat quam Proserpina*'. *Taranne.* 544 *siquidem recinam, cur talia congesserit.* 552 *i. e. quos dedit rex Ugoni.* 557 *iste deflevit id secum remotum, quod minus erat numero maiore; i. e. centum, ut explicatur in glossa.* 563 suis Wilelmi *i. e. eius militibus.*

Ipse nepos, alter miles Stefanus nimis audax. 892
Pro dolor! Ugo necem flesti, Wilelme tropheum.
  Nuncius interea regalem concutit aurem: 893
Gallia quod mentita sibi sit, portat in ore,
Gnati pressa iugo Karoli collum Lodovici,
Qui vocitatus iit celo prenomine Balbus.
Inde movens callem, Germanica quis sibi regna 894
Naviter acciperet temere disquirere vadit.
Clarus Odo castella petit vincitque duelles,
Hincce fugat Karolum facie cunctosque sequaces,
Delius ut pellit tenebras, ut Lucina athomos;
Admittit humiles dudum cervice superbos.
Sermo quis effari poterit, quotiens fuga celsi 895
Arnulfi induperatoris genitum tulit ense
Odonis Cendebaldum post terga tonante?
Subsidium Karoli, virtus, spes hic in Odonem;
Cuius ad obtutus audacia non tamen umquam
Applicuit; verum nihil id requiei fuit illi.
  En iterum misero gemitu loquor affore sevos 896
Allofilos. Terram vastant populosque trucidant,
Circumeunt urbes pedibus, regnantis et ędes,
Ruricolas prendunt, nexant et trans mare mittunt.
Rex audit, nec curat, Odo; per verba respondit,
O quam responsi facinus! non ore dedisti
Tale tuo, demon certe proprium tibi favit;
Non tua mens procurat oves Christo tibi missas?
Longius ille tuum forsan nec curet honorem.
Haec ubi fata receperunt probitatė neglecti,
Exultant hilares, barcas agitantque per omnes
Gallia quîs amnes fruitur, terram pelagusque
In dicione tenent totum, tutore ferente!

---

566 ꝑ dolor *sic P* 567 concuti *P*[1] 568 hore *P*[1] 570 iit, *quod conieceram, aperte est in P (cf. hymn. s. Landberti infra edendum 2, 4* tempus cum fuerit currere caelis *i. e. mori)* 571 qui sibi *P*[1] 574 H////Incce *P* 583 loco *in* loqoor (v *supra*) *corr. P* 585 Circumeant *P*[1] 586 Ruri//colas pre/ndunt *P* 588 reponsi *P*[1] *post* facinus *dist. P* 589 demon//certe (o *in ras.*) *P* 590 tibi *ex* tum *corr. P* 592 fate *P*[1] ne//glecti *P* 593 barcas /// agitantq; *P* 595 dicione *sic P*

Linguae. 565 nepos: Rotg(arius) 566 tropheum: s. cępisti. ECLIPSIS 569 gnati: filii collum: per — 570 celo: ad — (*cf. gl. II 434*) 571 movens: Odo 572 temere: Teme (*glossa marg.*) disquirere: in- 573 duelles: rebelles 574 hincce: dehinc facie: presentia, non gladio 575 Delius: sol 576 admittit: Odo 580 in: contra 582 illi: Odoni 584 allofilos: paganos 585 regnantis: Odonis 592 fata: dicta neglecti: despecti 595 dicione: potestate

571 *'vadit naviter disquirere, quis sibi temere acciperet Germanica regna' (i. e. wer sich anmasste). Taranne; per* Germanica regna *intellegitur Lotharii regnum Zwentiboldo a patre a. 894 collatum; unde iam hoc loco a. 894um distinxi.* 575 'athomos: *Sonnenstäubchen*'. *Duplessis.* 576 *eos qui dudum fuerant cervice superbi.* 580 *non recte interpretatur Duemmler, Ostfr. III 435 adn. 4; intellego 'dieser war Karls Beistand, Kraft und Hoffnung gegen Odo'.* 587 'respondit, *sc. se non curare*'. *Duplessis.* 589 *nicht kam solche Antwort aus deinem Munde; der Teufel hat dir seinen Mund geliehen.* 590 *i. e. oves a Christo tibi commissas.* 592 *i. e. probitate destituti.*

Francia, cur latitas vires, narra, peto, priscas,
Te maiora triumphasti quibus atque iugasti
Regna tibi? Propter vitium triplexque piaclum.
Quippe supercilium, Veneris quoque feda venustas
Ac vestis preciosę elatio te tibi tollunt.
. . . .
. . . .
Afrodite adeo, saltem quo arcere parentes
Haud valeas lecto, monachas domino neque sacras;
Vel quid naturam, siquidem tibi sat mulieres,
Despicis, occurrant? agitamus fasque nefasque.
Aurea sublimem mordet tibi fibula vestem,
Efficis et calidam tyria carnem preciosa;
Non preter clamidem auratam cupis indusiari
Tegmine, decusata tuos gemmis nisi zona
Nulla fovet lumbos, aurique pedes nisi virgę;
Non habitus humilis, non te valet abdere vestis.
Haec facis; haec alię faciunt gentes ita nullae;
Haec tria ni linquas, vires regnumque paternum.
Omne scelus super his Christi, cuius quoque vates,
Nasci testantur bibli: fuge, Francia, ab istis!
Psallere non tedet; defit tamen actus Odonis
Nobilis, is quanquam mulcet superas adhuc auras.
Flagito, quo positor possim per amena polorum
Hoste canas, lector, gratarier atria victo.

EXPLICIT SECUNDUS PARISIACE URBIS BELLORUM PRESULISQUE GERMANI MIRACULORUM LIBELLUS.

---

post v. 600 *supercilii vituperium excidisse statui, cum venus castigetur v. 601—604 et vestis v. 605—610* 610 Nō *ex* Nā *corr. P* 616 *post* nobilis *dist. P* (*cf. p. 73*) 618 gratariaer P^1

Linguae. 598 propter vitium triplexque piaclum : s. lates 599 supercilium : superbia (supbia, p *corr. ex* b *P*) feda venustas: turpis pulchritudo 601 Afrodite: Venus adeo: in tantum saltem: vel quo: ut 603 siquidem: cum 604 fas: monendi nefas: agendi 606 tyria: purpura 607 indusiari: indui 608 decusata: decorata 611 ita: s. ut tu 612 linquas: dimittas vires regnumque paternum: s. linques 613 super: de his: s. III vitiis 615 tedet: s. me defit: deficit 617 positor: poeta 618 hoste: diabolo canas, lector: PARAGOGE gratarier: laetari

596 *coniunge* o Francia, narra quaeso, cur priscas vires latitas. 601 parentes, *sc. spirituales ('les personnes mariées' Duplessis, vix recte), quibuscum apte coniunguntur sanctimoniales.* 603 *vel quid naturam despicis, cum tibi satis multae mulieres occurrant? cf. III 30 sq. et Traube, O Roma nobilis p. 308.* 605 *cf. Aen. XII 274.* 613 *bibli Christi (i. e. evangelia) et eius vates (i. e. prophetae); ordo verborum idem ac II 431 all.* 617 *'flagito, (ut) canas (i. e. ores) lector, quo (ego) poeta possim daemone superato per amoena polorum atria gaudere'. Taranne.*

INGREDITUR TERTIUS CLERICORUM SCILICET DECUS TYRUNCULORUMQUE EFFECTUS.

Clerice, dipticas lateri ne dempseris umquam.
Corcula labentis fugias ludi fore, ne te
Laetetur foedus sandapila neque toparcha.
Machia sit tibi, quo ierarchia, necque cloaca.
Non enteca nec alogia, verum absida tecum
Conmaneat, mentes, acrimonia, non quia mordet.
Agoniteta tuus fiat ambusilla tui mens
Ne uranium preter cromam legat, is quia multis
Esse deus solet. Anodiam sectare gemellam.
Sistere sincophanta verere, boba tamen adsis.
Gripphia te tangat, carchesia togaque crebro.
Grammaton sinteca frequens sistat tibi; longe
Absistat vero glaucoma, criminis offa.
Brathea blatta dehinc, enclitica prosapiaque
Militię Christi per te nullatenus absint.
Amphytappa laon extat badanola, necnon

III 4 *post* cloaca *dist. P* 6 Commaneat *PCHQR*[1]*S*; Commoneat *BR*[2], Commoueat *A* 7 ambusilla *sic P*[1]*Q et Papias*: ambasilla *P*[2] (*manus aequalis*) *et cett. codd.* 11 Griphia *P*[1] (*itemque* Griphya (p above) *Q*) 12 *post* tibi *neque vero post* longe *dist. P* 13 glaucoma *sic P* 14 *fort.* prosa piaque 15 Militię (M *ex* P *corr.*) *P* 16 *post* necnon *non dist. P*

Linguae. Comperias, lector, litteras tam grecas quam latinas superpositas quibusdam lineis tercii (*sic P*; sequentis *R primo et secundo libris omissis*) codicelli suas habere significationes. Et super greca nomina graecas quęre figuras (figugras *P*); super vero latina latinas; verbi gratia: quocumque enim φ et π (*sic P*; ν *R*), fem. nomen (nomina *R*) et primę declinationis scias et omnia nomina sequentia, donec alias invenias notas, μ et π (*rursus* ν *R*) mascula (masculina *R*) et primę declinationis significat (significant *R*) nomina; ϰ communia, σ secundę declinationis; Latinę notę N et S neutra et secundę declinationis nomina significant, usque (q; *ss. P*[1]) dum alię sive latinę sive gręcę inveniantur notę (notę *om. R*; *de T, quod neutris tertiae, et Θ, quod masculinis vel femininis tertiae declinationis adscribitur, nihil in praefatiuncula habent PR*). INGREDITUR: incipit EFFECTUS: utilitas III 1 dipticas: φπ tabellas (*Pap.*) 2 corcula: princeps ludi μπ (*ita glossographi interpretari solent nomen* coraula *i. e.* χοραύλης) fore: esse 3 foedus: obscenus, turpis sandapila: baccaulus (*cf. ad v. 34; Pap.* feretrum) toparcha: princeps unius loci (*Pap.*) ·i· diabolus erebi (*sc. princeps*) 4 machia: φ pugna ierarchia: sacer principatus s. sit tibi necque: non cloaca: ·i· fossa (*sic; cf. ad v. 34*) Tartari 5 enteca: pecunia (*cf. Pap.*) ʻ alogia: convivium absida: lucida (*Pap.*) 6 acrimonia: vigor animi et corporis industria. [Sive (*haec in marg. manus aequalis*) acrimonia ferocitas (*Pap.* saevitia)] 7 agoniteta: μ preliator (*Pap.* prelii auctor) ambasilla: venter (*Pap.*) 8 uranium: cęlestem cromam: colorem 9 anodiam: medicinam (*cf. Pap.*) 10 sincophanta: ϰπ calumniator (*Pap.*) verere: time (*Pap.*) boba: vehemens, robustus (*Pap.* vehemens robur vel genus serpentis) 11 gripphia: φ scriptura (*Pap. s. v.* graphia) carchesia: vasa pastoralia (*cf. Pap.*) toga: vestis poetalis 12 grammaton: litterarum (*Pap.*) sinteca: compositio 13 glaucoma: caligo oculorum (*Pap.*) offa: massa 14 brathea: auri lamina (*Pap.*) blatta: purpura (*Pap. s. v.* blatera) enclitica: inclinativa (*Pap.*), humilis 16 amphytappa: tapete undique villosum (*sic; cf. Pap. s. v.* amphitaba) laon: laicorum, populorum (*Pap.*) badanola: lectus in itinere (itenere *P*[1]; *Pap. s. v.* baianula)

1 ʻ*ecb. capt. 1001* vulpem versutam lateri non dempseris unquamʼ. *Voigt; cf. Wattenbach, Schriftwesen*[3] *p. 60 sq.* 6 *verum lucida acrimonia (ʻFrischeʼ) tecum commaneat, quia mentes ea non mordet (quod facit pecunia et convivium).* 7 *venter tuus proeliator sit (i. e. coerceatur), ne mens tui (i. e. tua) colorem legat (i. e. lustret) praeter caelestem.* 8 *cf. Paul. ad Philipp. 3, 19.* 9 gemellam, *sc. animae et corporis.*

Effipiam diamant, stragulam pariterque propomam.
Agagulam cęlebs aginat, pecudes nec ablundam.
Effipia et stragula pretexta est aulica cura.
Utitur anabola mulier, sed abutitur ipsa.
Convenit invalidis apozima necne placenta.
Cleronome, Codrus maneas unaque disertus.
Cum fisco teneas yppos; uxorius haud sis.
Nomine limphatici careas, crisostomus ut sis;
Apocrisarus ades; aforismos os tibi servet;
Basileus· constes, abstemius antigraphusque;
Cosmographus, solumque tui catasscopus esto.
Gimnus ab inlicitis, ne sisque biotticus actor.
Acrizimum celebres. Oroscopus esque didasclus.
Inque thoro amphyballum habeas, effebus et absit;
Canterus adsit habunde tibi, sed amasius absit.
Cerritus caveas fore, perifrasticus atque.
Abbachus manui, niteatque teologus ori.
Baccaulum fauste videas te ferre· cloacę.
Prodigus, obliquus, monotalmus, subdolus haud sis.
Ludibrium vites, baratrum; sectare tropheum.

---

18 Agagulam *sic P* 23 teneas (te *in ras.*) *P* 25 apocrisarus *ABCHRV*: aposicrarus *PQS* 26 abstemus *AR* 28 auctor *ABHRSV* 31 Canterus adsit *P*[1]: Canterius sit *P*[2] (*manus aequalis*) *ABCHRV*; Canterus sit *QS* 34 fauste *in ras. P* 35 Prodigus obliqus (*sic*) *in ras. P* monotalmus *ABCQRV*: monoptalmus *H*, monopotestalmus (*i. e.* p̄t) *S*; *cf. W. Schulze, orthographica p. 29. 52*

Linguae. 17 effipiam : ornamentum ecorum (*Pap.*) diamant : valde amant stragulam : vestem pictam (*sic*) vel gumfanon (gūfañ *P*) propomam : claram potionem per linteum 18 agagulam : lenocinatorem (*sic CHV; extremas in P litteras legere nequeo; Pap.* agabula : conciliator i. e. lenocinator), lenonem celebs : ꝑ (*monialem intellegit Abbo*) aginat : fugat (*Pap.*) ablundam : paleam (*Pap.*) 19 pretexta : genus vestis (G. vestis *sic P; Pap.* vestis, genus togae) aulica : palatina (*Pap.*) 20 anabola : ornamentum muliebre (*cf. Pap. s. v.* anaboladgium) abutitur : male — (*Pap.*) 21 apozima: aqua cum variis cocta condimentis (*Pap.*) placenta : pultis (*Pap. s. v.* pultes) 22 Codrus : nobilis pastor vel poeta; μσ (pastor *HR*: *oblitteratum in P, sed* p *fuit prima littera; Pap.* quidam pastor vel poeta vanus) maneas : sis disertus : peritus, eloquens (*cf. Pap.*) 23 fisco : Fiscus saccus testiculorum (*Pap.*) teneas : h.b:.s (*i. e. habeas*) yppos : equos (*Pap. sub verbis ab* hippo- *incipientibus passim*) uxorius : servator uxoris (*Pap.* uxori serviens; *habuitne glossarium Abbonis* uxori servans ?) haud : non 24 limphatici : dementis (*cf. Pap.*) crisostomus : os aureum habens (habeas *P*[1]) 25 aposicrarus : minister secretorum ades : -to aforismos : breves sermones (*Pap.*) 26 basileus : rex (*Pap.*) constes : sis abstemius : sobrius (*Pap.*) antigraphus : cancellarius scriptor 27 cosmographus : mundi descriptor (*Pap. s. v.* cosmographia) catasscopus : explorator 28 gimnus : nudus (*Pap.*); s. sis. biotticus: secularis, mundanus 29 acrizimum : panem leviter fermentatum (*Pap.*) celebres : frequentes (*Pap.*) oroscopus : horarum inspector (*cf. Pap.*) es : pro -to (*sic*) didasclus : magister 30 amphyballum: birrum undique villosum effebus : inberbis (*Pap.*), sine b.rb. (*i. e. barba*) 31 canterus : equs (*cf. ad v. 68; Pap.* canterius : equus castratus) amasius : qui ob turpitudinem amatur (*cf. Pap.*) 32 cerritus: furiosus (*sic; cf. Pap.*) fore : esse perifrasticus : circumlocutivus (*Papias a* pecuosus *usque ad* placitum *hiat*) 33 abbachus : tabula pictoria (*sic; Pap.* tabula in qua viridi pulvere formae pinguntur) teologus: divinus sermo (*cf. Pap. s. v.* theologia) 34 baccaulum : feretrum (*cf. ad v. 3; Pap.* in quo mortui feruntur) fauste : feliciter (*Pap.*) videas : pro pre- (*sic*) cloacę : fossę 35 prodigus : dissipator (*in ras. P; Pap.* predigus, profusus, consumptor, sumptuosus, gluto) obliqus : distortus monotalmus : luscus (*Pap. s. v.* monotasmon) subdolus : fraudolentus 36 ludibrium : NS (*in P* μς *legitur; correxi ex CR secundum praef. glossarum libri tertii*) baratrum : infernum; s. vites sectare : imitare, s:q:r: (*i. e. sequere; cf. Pap.*) tropheum : laudem victorię

18 *i. e. neque vero pecudes paleam* (sc. *fugant, i. e. reiciunt*). 21 necne *i. e. necnon.* 28 gimnus ab inlicitis *sc. sis.* 29 oroscopus *sc. esto.* 30 *cf. II 603 sq.*

Amphyteatra procul tibi stent, egilopia necnon;
Nam scrupulum generant YIXH vexantque pupillas.
Scandito analogium, crisis nitet ore docentis.
Declina birotum, bravium capito ac cliotedrum.
Culleum habe, diametra scias, ergastula nesci.
Exares emistichium, cum distica sculpes.
Enoforo liba. Lotium laxare suesce.
Dilige tu xenodochium, zelotipiaque odi;
Hinc acitabula doma tuum seu congia stringat.
Pomerium curti, pomaria congrua malis.
Fulgeat ecclesiis ostrum, longe sit oletum.
Prędia quala tibi statuant, agitent flabra flagra.
Eminus ut gorgon fugiat, pota diamoron.
Sperne platon olon, sinposia, quatinus odon
Te lustret. Temeson vigeas, si non potes insons.
Lar tibi, quo nectar fraglet, lucarque nec absit.
Gallonis memor esto tui. Ambro timeto cieri.
Mulio strabo tuus neque sit neque agason inermis.
Abbaso quo fuerit, sit hirudo frequens comitata.
Disparet ac validos intercapedo citatim,
Si qua virago tuum penetret, reminiscere, doma.

---

39 crisis *sic PCHQRSV*: obrissis *AB, quod de obryzo scite interpretatur Zupitza* nitaet *P*[1] 42 Exares *Q solus*: Apponas *P(in ras.)ABCHRSV* 44 xenodoxium *P*[1] 45 Hinc *in ras. P* 52 flagret *ABCH*

Linguae. 37 amphyteatra : loca spectaculi, ubi pugnant gladiatores (*cf. Pap.*) egilopia : vulnera oculorum (*Pap.*) 38 scrupulum : angorem, anxietatem YIXH : animę (*Pap.*) vexant : allidunt 39 crisis : aurum (*in ras. P; Pap. s. v.* crisos) 40. birotum : currum duarum rotarum (*Pap.* genus vehiculi) bravium : coronam (*cf. Pap.*) cliotedrum : sellam plectibilem (*Pap.* in quo plumae sternuntur sessoris) 41 culleum : vas pice oblinitum (*sic P*; oblitum *V*); secundum legem R. saccus parricidalis est, quo imponuntur (*sic, ni fallor, P*) parricida, gallus, serpens (*cf. Pap.*) diametra : medietatem sperę, horologium. ergastula : loca exilii (*cf. Pap.*) 42 emistichium : dimidium versum distica : II versus (*Pap.*) sculpes : scribes 43 enoforo : vasi vinario (*Pap.*) lotium : urinam (*Pap.*) 44 xenodochium : domus qua pauperes colliguntur (*cf. Pap.*) zelotipia : odia 45 acitabula : vas, quo fertur acetum (*Pap.*) congia : mensuras (*Pap.*) 46 pomerium : locus vacuus. SILEMSIS (*i. e.* σύλληψις; *cf. Beda de schematibus RhLM p. 608, 30 sqq. H, quod sc.* congrua *grammatice non potest referri nisi ad* pomaria). Item (*om. Pertz*) Beda (*de orthogr. GL VII 285, 27*) pometa dicit, ubi poma oriuntur, pomaria quo servantur pomaria : viridiaria congrua : s. sunt malis : pomis 47 ostrum : purpura (*Pap.*) oletum : stercus humanum (*cf. Pap.*) 48 quala : corbes (*Pap. s. v.* qualus) agitent : moveant flabra : venti (*cf. Pap.*) flagra : virgas viridiarii (*sic*) 49 eminus : longe gorgon : μΘϘ (*sic PS; in praef. non explicatur nisi* μ); serpentis (serpens *P*[1]) proprium pota : bib: (*i. e. bibe*) diamoron : μTN (*cf. ad* gorgon) moratium (*sic PHQR, sed a incerta in P*) 50 platon : lutum olon : totum (*cf. Pap. s. v.* olofora) simposia : convivia (*Pap.*) odon : via 51 temeson : medius sons 52 lar : penus fraglet : redoleat (*cf. Pap.*) lucar : pecunia de lucis (*Pap.*) 53 gallonis : mercennarii ambro : elluo, luxuriosus, dissipator (*cf. Pap.*) cieri : vocari 54 mulio : custos mulorum strabo : welcus (*sic P*: unelcus *R*; luscus, welcus *C*; luscus *S*) agason : provisor equorum (*cf. Pap.*) 55 abbaso : domus infirma (*Pap.*) hirudo : sanguisuga (*Pap.*) frequens : assidua (*Pap.*) comitata : s : cu(t.) (*i. e. secuta; ta plane evanuit; supplevi ex Papia* simul ire, sequi) 56 disparet : disiungat (*Pap.*) intercapedo : intervallum (*apud Papiam nunc nihil legitur nisi lemma et etymologia; interpretamentum periit*) citatim : agiliter (*cf. Pap.*) 57 qua : ali- virago : femina virilis animi penetret : intr : t (*i. e. intret; sic P*) doma : tectum (*Pap.*)

39 scandito analogium, *nam* crisos nitet ore docentis. 45 *sc. ad reficiendos in xenodochio hospites.* 49 gorgon *casus primus; videtur diabolum significare.* 50 *totum lutum (et) convivia.* 54 *mulio tuus ne sit strabo neque inermis provisor equorum; glossam* uuelcus *non intellego.* 56 *ac reminiscere, (ut) cito intervallum disiungat (aetate) validos, si qua virgo tuum tectum penetrat.*

Bule tegat Christi mentem tibi, gausape mensam.
Entole te comat, regesque baben proceresque.
Abdomen minime superet corpus, mage teche.
Uranei neotericus atque neofitus haud sis
Dogmatis ac fidei, iugiter sed priscus ab olim,
Quattuor immo tuum hec ut iter comitentur in aevum:
Teche dei, ieron archonque palinodianque.
Ancisus vivas, quin cardiacus moriare.
Ceruleas vestes si gestas, posce colimbum.
Ducitur anquina limbus, arsippio necnon.
Canterus antelis et postelis equitatur.
Aporiam, sed et atrophiam, patiaris, ut acam
Atervam appodix tua mens sibi congerat eius:
Algemam mentis anquirunt talia; verum
Aphatiam amendant, anteceniam quoque largam
Edificant. Agapem suffert agape nimis apta.
Nisibus ęgidiam in giro secteris acutis.
Agnatos teneas, aregidiam quoque verbi
Anheles, hostis ne sis atratus in aslum.
Aulea ne angustent animam sceleris, sed aprilax
Alluat ęthereus, noxis ne apostata fias.
Leva ancile geras, dextra agoniamque, fidei.

---

59 comat / regesque *P* 63 ĩt (*i. e.* iter) *P* 64 palinodianque *PAC*, palinodiaque *S*; palidonianque *vel sim. HQRV* 67 anquina *sic P* arsippio *sic P* 68 *sic* P^1 (*cf. v. 31*): Canterius antelis postelisque equitatur P^2(*manus aequalis*)*ACHR; utrumque, sed diversa ratione, coniungunt Q* Canterius astelis et postelisque equitatur *et S* Canterus antelis postelisque equitatur, *nimirum falso accepta correctione; BV deficiunt* 70 congerat (a *ex corr.*) *P* 71 *post* talia, *non post* verum *dist. P* 75 *post* teneas *dist. P* 79 *distinxi coll. Pauli ad Ephes. ep. 6, 16* scutum fidei geras (a *ex corr.*) *P* agoniam (*om.* que) *AHR*

Linguae. 58 bule : *NΘ* (*sic*) consilium, sermo gausape : mantile (*cf. Pap.*) 59 entole : mandatum comat : decoret baben : *NT* torques aurea cum gemmis. Baben (*haec in marg.*) ornamentum cum auro et gemmis 60 abdomen : pinguedo (*Pap.*) teche : mandatum 61 uranei : celestis neotericus : novus (*Pap.*) neofitus : novus in fide (*cf. Pap.*) 63 ut : utinam 64 ieron : sacer *μΘ* archon : princeps palinodian : laus iterata et duplex 65 ancisus : circumcisus *μς* quin : ut non cardiacus : cardian ·i· cor (cor *om. Pertz*); pulsum cordis patiens (*cf. Pap.* cardia : graece, cor; cordis passio . . .; inde cardiacus morbus est) 66 ceruleas : nigras (*Pap.*) colimbum : lavandariam 67 anquina : fune (*Pap.*), corda limbus : navis arsippio : arcus 68 canterus : equs (*cf. ad v. 31*) 69 aporiam : anxietatem (*Pap.*) atrophiam : tenuitatem corporis (*Pap.*) acam : amenitatem 70 atervam : perpetuam appodix : socia (*Pap.*) congerat : congreget (*Pap.*) 71 algemam : dolorem (*Pap.* algemo : dolor, *sed Abbo legit* algema) anquirunt : valde quaerunt (*alio atramento in marg. additum est* Ante omnia, *sc. quaerunt*) 72 aphatiam : inpassibilitatem (*Pap.*) amendant : effugant, longe mittunt anteceniam : merendam (*Pap.*) 73 agapem : alienum laborem (*Pap.*) agape : dilectio (*Pap.*) 74 ęgidiam : capram 75 agnatos : consanguineos (*Pap.*), propinquos. Agnatus propinqus, qui loco filii ab aliquo habetur aregidiam : pluviam 76 anheles : desideres (*sic*) hostis : dęmonis atratus : lugubris aslum : spolium (*Pap. s. v.* assium; *lege* asslum *i. e.* ἆθλον) 77 aulea : vela angustent : premant aprilax : calor (*Pap. s. v.* apricitas) 78 alluat : perfundat (*Pap.*) noxis : culpis (*Pap.*); ·i· pro — apostata : transgressor 79 ancile : scutum (*Pap.*) agoniam : confidentiam, alacritatem

61 uranei dogmatis atque fidei non sis neotericus atque neofitus *(i. e. ignarus).* 70 mens appodix eius *i. e. socia aporiae et atrophiae.* 72 *i. e. apathiam.* 77 *i. e. aulaea sceleris.* 79 *cf. Verg. Aen. VII 188* laevaque ancile gerebat.

Auspicio amaneas. Apogeum aliquam ampliet altum.
Armenum cordi tollas, arcisterium addas.
Architriclinus amicale amineum colit, atque
Huic malis etiam apofereta autumnus honustat.
Antropus ast agamus caelibatum colat, et sic
Argiripam cernet patriam civesque beatos;
Haud huic est apoplexia cure, sed et astu
Angustat nullos, amartetes solet idem
Antiquare, aginat venerem, anaboladia portat;
Alburnis albent pomis huic apofereta;
Virtutes cunctę comitantur amiciter illum;
Hunc non allidunt affurcillando sinistri.
E Baccho quoniam bittunt geniti bibiones,
Blatterat amineo si constiterint et eidem.
Indignum referens brancho prorsusque brutescit:
Haud illa bittit, quo, quisquis honore bimetur.
Burra, probum fateor buteonem, qui arva bidentat;
Hic sed et ingenuus similem retinent genituram.
Buggeus apparat et burgos, verum biliosus.
Apparat atque bosor taphium sibi, sed biliosum;

---

81 addas (*prior* a *ex corr.*) *P*   82 amicale *sic P*   84 ast *PACHQS*; est *RV*   aet P^1 87 *post* nullos *dist.* *P*   88 uenerem / anaboladia *P*   89 Alburnis *sic P*   92 blittunt nati P^1 bibiones (o *ex* b *corr.*) *P*   95 illo *ACHQRS, fort. recte*   blittit P^1 quis P^1 96 b/uteonem *P*   99 s; biliosum *sic P (cf. v. 98); glossa incipit supra* b

Linguae. 80 auspicio : augurio, omini   amaneas : extra maneas   apogeum : edificium sub terris, antrum (*Pap.*)   aliquam : annonam   ampliet : protrahat, protelet   81 armenum : velum (*Pap.*)   arcisterium : monasterium (*Pap.*), ·i· singularitatem dei servitii   82 architriclinus : princeps domus (*Pap.*)   amicale : amicitię aptum   amineum : album vinum (*sic P; Pap.; cf. ad v. 93*)   83 apofereta : vasa pomis ferendis apta (*Pap.; cf. ad v. 89*)   84 antropus : homo (*Pap.*)   agamus : sine coniuge (*Pag.*)   cęlibatum : castitatem (*Pap.*)   85 argiripam : urbem (*Pap.*)   patriam : paternam   86 apoplexia : mors subita (*Pap.*); passio similis paralisi   astu : astutia   87 angustat : artat, premit   amartetes : miseros (*Pap. s. v.* amarchetes; *lege* amarthetes)   88 antiquare : ad statum revocare (*Pap.*)   aginat : fugat (*cf. ad v. 18*)   anaboladia : amictorium lineum (*Pap. s. v.* anaboladgium)   89 alburnis : albidis (*Pap.*)   albent : splendent   apofereta : vasa pomis apta ferendis   90 virtutes : angeli (*glossae evanidae et a me ex CHRS suppletae certa vestigia nuper agnovit Hampe*)   amiciter : amicaliter   91 allidunt : interficiunt (*sic*)   affurcillando : labefactando (*Pap.*), concutiendo   sinistri : diaboli   92 bittunt : proficiscuntur (*Pap. s. v. biti*)   bibiones : mustiones, qui nascuntur de vino (*Pap., ubi* musciones, *ut V*)   93 blatterat : stulte loquitur (*Pap. s. v.* blacterones)   amineo : vino albo (*cf. ad v. 82*)   94 brancho : gutture; hoc branchum f.cit (*sic, i. e. facit; Pap.*)   brutescit : stultus fit   95 illa : illuc   bittit : it, ambulat (*Pap.*)   bimetur : duplicetur, bim.r: d∵plic.r: (*i. e. bimare, duplicare; Pap.*)   96 burra : rufa, nigra (*Pap.*)   probum : bonum   buteonem : iuvenem (*Pap.*)   bidentat : fodit (*Pap.*)   98 buggeus : spado (*Pap.*)   apparat : adornat, construit   burgos : habitacula (*Pap.*), castra   biliosus : tristis (*Pap.*)   99 apparat : construit   bosor : caro (*Pap.*)   taphium : sepulchrum (*Pap. s. v.* taphos)   biliosum : triste (*cf. ad v. 98*)

80 *i. e. alicam; quod ne reponerem corrigens vitium totiens ab ipso librario emendatum, me retinuit et ratio tertii libri obscuris vocibus abundantis et consensus ceterorum librorum a P non pendentium.*   83 huic : *architriclino.*   90 '*ecb. capt. 713* virtutes pardum comitantur amiciter istum'. *Voigt; Abbonis codd. omnes* illum *habent.*   92 *coniunge* quoniam mustiones e Baccho geniti sunt et, si eidem *(sc. mustiones)* amineo constiterint *(beim Weine sitzen), aliquis* blatterat indignum *(i. e. stulta verba)* gutture referens et prorsus brutescit: is non eo it, quo it, quisquis honore duplicetur *(i. e. ad vitam beatam).*   96 *coniunge* probum fateor buteonem, qui burra arva bidentat.

Sic animę corpus vita conponit atratum,
Laeta sed omnipotens, si mens felix, parat astra —
Comiter hoc cunctos moneas tu, miles herilis.
Preterea, cum quis noxam clandestinat, antro
Cespitat, atque coagmentat si crimina; virtus
Communit mentem, coalescit comiter eius
Pectoris in portu clandestina; nam cluit illic
Clancule; non constare diu tamen ipsa valebit
Clancula, teste tonante super sacrata per ora.
Cum videas astum pessumdare sęcla nefandum,
Immo clientelę tutor domini velut hęres
Hic maneas, clivos virtutum quatinus almos
Sçandere concinnas ΘHO tu clangere laudes
Nomine sistenti ternis valeas, modo soli
Magestate tamen nutu doxaque perhenni;
Quam pariter tecum teneam, tu clerice poscas.

FINITUR CERNUI OPUSCULUM CATECASTI EXIMII CONFESSORIS GERMANI SUGGESTUSQUE PARISIACI PRAELII HUMILLIMIQUE LEVITAE ABBONIS.

---

100 conponit *in ras. P* atratum *CHQS* (*et hoc sec. Zupitzam legit interpres Anglus; cf. gl. 76*): amarum *praeter* um *in ras. P* (*corrector vitiata prosodia offensus esse videtur, quae v. 76 recta est*), aratrum *AR* 102 Comiter hoc *in ras. P* 103 culpam *AHR* (*cf. glossam*) 104 *post* cespitat *dist. P* 105 communit ///// mentem *P* coalescens comiter *P* (ens comiter *in ras.*) *et omnes codd.*: *correxi ex glossa* 106 *ante* nam *dist. P* 109 estum P^1 112 concinnas (*om.* que) P^1*HR* (continuas *S*): concinnasque P^2 (*man. ant.*) *Q* (continuasque *C*), que ΘHO *om. A*, *versum totum om. BV* *Subscriptio in P recenti manu scripta; eorundem verborum manu prima scriptorum vestigia etiamnunc dignoscuntur* PARISSIACI *rec. man.*; *num idem* P^1 *habuerit, non liquet*

Linguae. 100 animę : dativus (dat̄ *P*; datur *Pertz*) atratum : lugubre 101 felix : s. est parat astra : s. animę 102 comiter : dfcfntfr (*i. e. decenter*), benigne (*Pap.*) herilis : dominicalis 103 quis : aliquis noxam : culpam (*cf. ad v. 78*) clandestinat : occultat antro : ·i· in (n P^1) antrum; inferno 104 cespitat : cadit (*Pap.*), ruit coagmentat : constringit, devincit 105 communit : conponit, vallat coalescit : crescit (*cf. Pap.*) comiter : decenter, bfnkgnf (*i. e. benigne; cf. ad v. 102*) 106 clandestina : occulta cluit : pollet, viget, excellit (*Pap.*) 107 clancule : occulte ipsa : s. virtus 108 clancula : occulta super : desuper sacrata per ora : ·i· per ewangelistas 109 astum : astutiam, calliditatem pessumdare : damnare 110 clientelę : familiaritatis, amicitię tutor : servator 111 hic : ·i· in hac vita maneas : sis clivos : ascensus (*cf. Pap.*), colles 112 concinnas : breviter et ordinate conpositas ΘHO : deo clangere : personare (*Pap.*) 113 ternis : s. personis modo : solummodo soli : uni 114 nutu : potestate (*Pap.*) doxa : gloria (*Pap.*) 115 quam : s. doxam (*sic CHRS*: do *P*) teneam : fruar EXIMII : sancti

108 *cf. Matth. 5, 14.*

SUPPLEMENTUM GLOSSARUM.

Glossas libri Parisini 5570 (Q) et libri Samarobrivensis 110 (S) a Carolo Hampe diligenter descriptas cum sero acceperim, eas, quae illorum propriae sunt, hic appendicis loco subicere videtur, adiectis glossis peculiaribus codicis Valentianensis 288 a Mangearto editis (V):

10 sistere] esse *S*
sincophanta] calumpniator falsissimus *S* | adulator *V*
15 enclitica] inclinativa, humilis, nobilis *S* (*cf. p. 76 de gl. C*)
18 caelebs] caelestis *S*
19 stragula] discolor *S* (*v. 17 recte habet* str.] vestem pictam)
praetexta] genus vestis puerorum *S* (*et C*)
20 abutitur] male ·i· malo viro *S* (*sic; cf. C*)
23 cleronome] clerice *S*
24 limphatici] insani *V*
27 catascopus] explorator vel investigator sacrae scripturae *S*
31 canterus] equus spado *Q* (*prima huius codicis glossa*) | equus; potius vas vinarum *V* (*unde hoc certe concluditur, fuisse qui cum* canterus *equi notionem non esse cognovissent, aut nomen aut glossam mutarent*)
32 cerritus] furiosus, iracundus *QS*
37 amphitheatra] solebant antiqui zabernas (*cf. Du Cange s. v.*) impleri (*sic*) oleo totumque corpus unguere et sic bini binique pugnare; et hoc amphitheatra vocabant *Q*
38 scrupulum] aporiam, angorem *Q*
analogium] ambonum *Q* (*cf. p. 76 gl. R*)
39 nitet] splendet *Q*
40 bravium] coronae stema *Q*
41 culleum] dolium sive tunna (*i. e. Tonne*) *Q*
43 laxare] dimittere *Q*
46 congrua] apta *Q*
47 fulgeat] micat (*sic*) *Q*
ostrum] brata *Q*
longe] procul *Q*
48 agitent] vacillant *Q* (*sic*; agitant *in textu* S^1)
49 pota diamoron] cea (*i. e. zema?*), moratium *Q*
51 lustret] inluminet *Q*
temeson] mediocris *V*
52 lar] penus, cellarium *Q*
53 ambro] elluo, luxuriosus, dissipator substantiae *Q*
58 bule] sententia *V*
61 haud sis] pro 'non sis' *S*
66 caeruleas] sordidas *Q*
si gestas] si portas *Q*
colimbum] domus ubi mundantur vestimenta *Q*
68 canterius (*sic; v. app.*)] equus spado *Q* (*v. supra v. 31*)
71 anquirunt] undique (*sc. quaerunt*) *V*
72 anteceniam] merenda (*sic*) post meridiem *V*
78 alluat] infundat *Q*
84 antropus] homo bonus *S*
86 apoplexia] passio vel paralisis vel subita mors *S*
111 almos] caelestes *S*
113 sistenti] manenti *S*
115 poscas] ores *S*

DE VITA ET MIRACULIS ET DE TRANSLATIONE SANCTI GERMANI.

Codice hagiographico saec. X bibliothecae universitatis Bononiensis signato n. 1702 continentur

1. *Venantii Fortunati vita s. Germani (ed. Krusch, auct. antiquiss. vol. IV 2 p. 11 sqq.)*
2. *translatio s. Germani Pippini regis aetate facta auctore monacho coaetaneo (ed. Mabillon, acta sanctorum ord. s. Benedicti saec. III 2 p. 104 sqq.)*
3. *vita, miracula, translatio s. Germani secundum Fortunatum et translationem Pippinianam rhythmis conscripta (ed. Gaudenzi, Bologna 1886)*
4. *opuscula* de triformi corpore Christi et de partibus oblatae *et*
5. de remissione peccatorum.
6. *epitaphium Gozlini abbatis (ed. Gaudenzi p. 24).*

Denique manu recentiore additae sunt homiliae aliquot s. Bernardi. Nobis res est cum tertia et sexta particula codicis. Rhythmis inscribitur Praefatio subnexa libris electionis domni Odonis regis; *neque vero ea inscriptio pertinere potest ad carmen sequens, in quo nihil de Odone rege legitur praeter appendicem. Extat vero* Odonis regis electio *(LL I 554). Inde consequitur, hanc inscriptionem olim pertinuisse ad illa acta, quamquam quid* praefatio subnexa *sit, non satis apparet. Tum vero addere constituebat librarius rhythmos proprie ad Fortunatum et translationem pertinentes; sic factum est, ut 'Electio' omnino omitteretur. Quaeri etiam potest, num forte verba* Incipit rithmice de vita et miraculis beatissimi Germani antistitis *rectius prioris loco inscriptionis ponantur, quo modo in Salomonis III. codice Sangallensi erratum est; neque vero in re dubia nimium audere volui.*

Quis vero Fortunatum et translationem rhythmis explicuerit, ignoratur. Quod enim Gaudentius p. 8 de Abbone vel Aymoino monuit, recte ipse addidit etiam de aliis celeberrimi monasterii monachis cogitari posse; ego hoc addiderim de Abbone certe cogitari non posse. Neque tempus carminis angustioribus finibus circumscribitur quam Odonis regnum (a. 888—897), cum Kal. Ian. a. 898 Odo diem obierit.

Appendicis loco subicimus epitaphia Heinrici comitis a Normannis interfecti et Gozlini abbatis s. Germani.

[PRAEFATIO SUBNEXA LIBRIS ELECTIONIS DOMNI ODONIS REGIS.]

1. Bene supra terminatis, lector constantissime,
Addam rithmum de ipsius vita pii praesulis,
2. Immo carmen opiparum legentem reficiens,
A devotis ut legatur actibus mirabile.
3. Hinc adiungam, sui sacri rex Pippinus corporis
Quomodo translationem digne celebraverit.
4. Ille nobis credo sanctis obtinebit meritis,
De commissis delictorum veniam praeteritis;
5. De futuris implorabit cautelam sanctissimus
Dari nobis, donec manet huius vitae spiritus.
6. Pacem bonam et vivendi tempus felicissimum,
Dies longos et salutem auget suis precibus;
7. Regnum quoque sine fine et caeleste gaudium
Coronamque pretiosi impetrabit lapidis.

EXPLICIT PRAEFATIO.

INCIPIT RITHMICE DE VITA ET MIRACULIS BEATISSIMI GERMANI ANTISTITIS.

Ven. Fort. I. 1. Pagus olim gemmam nobis protulit clarissimam
Augustidunensis, magnum Germanum antistitem.
2. Studio parentum multis eruditur litteris
Sacris simul et humanis infans bonae indolis.
3. Nec mirum; cum, ante natus quam fuisset saeculo,
In matris floruit alvo virtutis miraculo:
4. Mater illum quod plus cito concepisset solito,
Voluit venenis haustis abortivum proici,
5. Nescia septimo mense mulierem fundere
Rite partum, qui movetur die septagesimo.
6. Quem tamen divina mundo maiestas providerat,
Nulla laedunt nocimenta, nulla maleficia;
7. Vas electum conservatur integrumque redditur;
Genetrix, ne parricida fieret, eripitur.
8. Qui Iohannem exultare voluit in utero,
Hic Germanum ante partum extulit miraculo.

6, 1 tam *Gaudenzi*

PRAEF. 2 *Venantius Fortunatus p. 27, 24* mirandus actibus. 5 *Germanus deum implorabit, ut nobis cautela novorum peccatorum detur.*

4 *citius solito.* 5 die sept(u)agesimo *sc. inde a conceptione priori; hoc addidit poeta.* 7 *Fortun. p. 11, 31* obluctabatur sarcina, ne genetrix fieret parricida. 8 *evang. Lucae 1, 41* exultavit infans in utero eius; *cf. v. 44* exultavit in gaudio infans in utero meo. *Hinc videtur Abbo motus esse ad comparandum Germanum cum Iohanne baptista II 371 sqq.*

II. 9. Inde vires instauravit zabulus per aliam,
Per quam facta potione puerum extingueret.
10. Hanc urendo inflammarat talis avaritia,
Quatinus haereditatem sancti sic adquireret.
11. Iamque parat virus sancto, parat vinum filio
(Erat is carne propinquus, in discendo socius):
12. Sed puella vasa mutans virus dat Stratidio;
Vinum sumpsit propinatum Germanus infantulus.
13. Qua comperta mater culpa mox puellam increpat,
Sibi eam extinxisse filium inclamitat.
14. Qui si vitam non amisit, mansit tamen discolor,
Ut virtutis esset signum meritique parvuli.
III. 15. Moribus honestis crescit institutus iuvenis,
Virtutum cultor existens, amator ecclesiae.
16. Intra terna lustra claro Agripino praesule
Ordinante fit divinis minister officiis.
17. Praesbiter dehinc sacratus, abba constituitur
Ad sanctum Symphorianum monachorum meritus.
18. Enarrare nemo potest, qualem se confecerit
Abstinendo vigilando ultra factus monachum.
19. Elemosynis profusus in tantum extiterat,
Ut nec panis resideret, fratres quo reficerent.
20. Unde grege murmurante ipse magis doluit;
Cuius preces lacrimasque rerum dator suscipit:
21. Nobilis matrona Anna statim duo sagmata
Dirigit cum pane cocto; laudes dantur domino.
22. Alia sequenti die destinavit protinus
Cum annona aeque plena carpenti vehicula.
23. Viso namque tanto fratres terrentur miraculo,
Fidem iusti admirantes meritumque nobile.
24. Hinc virtutes memorentur stilo brevi reliquae,
Quo lectori textum absit fastidire carminis.
IV. 25. Quadam die cibum sumens, flamma foenum corripit:
Aquam fundens modo crucis, ignis perit crepitans.
V. 26. Agrum sancti, quem invasit, Kariulfus nomine
Urso sese castigante reformavit concite.
27. Tres illius equos tulit, sex, et novem bestia;
Sancto tandem exorante cessat pestilentia.
VI. 28. Postulatus a benigno praesule Agricolâ
Puerum febre torpentem liberavit supplicans.
VII. 29. Ebronis in domum intrans, uxor clamat faciem
Se videre sancti viri cornutam ac splendidam;
30. Recordatur Moysei vultus quondam mulier,
Recognoscit in Germano ipsam esse gratiam.

13, 1 matre *Gaudenzi* 19, 2 reficerent: *cf. Krusch p. 12, 20*

15 *Fortun. p. 12, 12* moribus honestis alitus et institutus est. 16 minister *i. e. diaconus (Fortun. p. 12, 15).* 17 *cf. 64, 2.* 22 *Fortun. p. 12, 22* sequenti etiam die cum annona destinavit plena carpenti vehicula. 24 virtutes *i. e. miracula.* 25 *cum constructione cf. 29. 79.*

VIII. 31. Theutbertum regem adit rebus pro ecclesiae;
Quibus sibi restitutis mortem dolet principis.
32. Nam diem illi praedixit prophetiae spiritu,
Quo migravit ab hac die rex solutus corpore.
IX. 33. Nocte quadam se Silvestro prosequente monacho
Sanctus orat, sed mactatur curiosus graviter.
34. [Erat illi mos benignus ante signum surgere,
Quod Silvester volens scire iniussus prosequitur ....]
X. 35. Sabaricum rogat, sibi pro taxato precio
Relaxari servum, diris poenis quem affecerat.
36. Ille nolens facta summa libras petit quattuor,
Ne levis adesset sancto quaesita pecunia.
37. Sacer tamen postulata contulit exenia;
Sabaricus inimico vexatur a daemone.
38. Nuntiatur pietatis viro, quod acciderat:
Missa prece eius fide obtinente solvitur.
39. Libras reddit, unam addit: centum fiunt solidi;
Quibus crux Symphoriano fabricatur martyri.
XI. 40. Coniunx viri popularis nomine Destasia
Muta iacens palpitabat paratis exsequiis;
41. Cui missis eulogiis ac in ore positis
Mulier consurgit, vitae respirante flamine.
XII. 42. Dari sibi claves nocte conspicit Lutetiae;
Post effectus visionem sequitur angelicam:
43. Nam eiusdem civitatis decedente praesule,
Childeberto regi visus cathedram consequitur.
44. Ordinatus vero qualem se quantumque gesserit,
Hoc lingua mortalis nequit expedire plurimis.
45. Semet velut obliviscens satagebat animo,
Cui gloria adesset simul et necessitas.
XIII. 46. Childebertus rex eidem sex direxit milia
Solidorum eroganda omnia pauperibus.
47. Spargit ea, nec occurrunt, totum qui accipiant:
Rex tristatur; ut donetur, exorat pontificem.
48. Vasa frangit, deaurata conterit missoria;
Admiranda inter eos talis est contentio.
49. Alter dabat et rogabat pauperes ditescere;
Alter sumens non cessabat in caelum transponere.
50. Sic sacerdos locupletus thesauris regalibus,
Et in rege sic florebat sacerdotis gratia.
XIV. 51. Digiti manus contractae restaurantur dexterae.
XV. Mulier oleo lita medicatur moriens.

34, 2 quod *cum intellegi nequeat, poeta narrationem denuo brevius inchoavit (33)*

36 facta summa: *indem er einen Überschlag machte.* 38 *Fortun. p. 14, 5* sed statim missa prece eius obtinente purgatur viro pietatis: *cf. 57.* 40 *Fortun. p. 14, 13* adparatis exequiis iam palpitabat exanimis. 45 *Fortun. p. 14, 30* se ipsum paene obliviscens pro victoria corporis, tamquam si simul accessissent dignitas et necessitas. 50 *Fortun. p. 14, 43* ut sacerdos locupletaretur regalibus thesauris et in regem *(sic)* floreret gratia sacerdotis; *cf. Fortun. V. M. II 379.*

XVI. XVII.	52.	Arida manus sanatur.	Daemon ater pellitur.
XVIII.		Maxillarum dissoluta	compago reiungitur.
XIX.	53.	Hominem catenis vinctum	Satan pulsus deserit.
XX.		Vir insignis Waddo acris	liberatur febribus.
XXI.	54.	Chrodesinthis sic regina	ministrum karissimum
		Febre captum huc transmisit	curandum fidissime.
XXII.	55.	Equum donat postulante	captivo in precio;
		Quem mercator minus donans	mane trahit mortuum.
	56.	Childebertus, qui donavit,	rex sanctum rogaverat
		Sibi eum retinere,	nulli umquam tradere;
	57.	Plus tamen quam regis fuit	vox clamantis pauperis.
		Apud virum pietatis,	hostem avaritiae.
XXIII.	58.	Rex Clotharius contempto	adventu pontificis
		Angore pervasus febris	torquetur durissimo.
	59.	Poena regis nuntiatur,	optimates cursitant;
		Sic sacerdos exoratus	intrat iam palatium.
	60.	Vix assurgens rex divino	se flagello queritur
		Caesum; sancti lambit vestem:	dolor omnis tollitur.
XXIV.	61.	Extra sensum quidam factus	morsus lupo rabido
		Oleo chrismatus sancto	sensus normam recipit.
XXV. XXVI.	62.	Caeca venit: videns redit.	Daemon fugit aliam,
		Quam invaserat, sub muscae	elapsus imagine.
XXVII. XXVIII.	63.	Turonis cum accessisset,	duae fiunt feminae
		De saliva oris sui	sanatae invalidae.
XXIX.	64.	Daemones eius adventus	erant saepe nuntii,
		Ad sanctum Symphorianum	priusquam accederet;
	65.	Energuminos clamare	hoc cogebant miseros,
		Fugientes ante sibi	invidam praesentiam.
XXX.	66.	Supplex, reos ut laxaret,	rogabat Nicasium;
		Ille differt: iste prece	aperit ergastulum.
	67.	Catenarum bacis fractis	educuntur miseri;
		Sic erepti grates bono	reddebant pontifici.
XXXI.	68.	Cernens factum indignatur	stultus vir Nicasius;
		Ante sanctum currit amens,	sed saluti proximus:
	69.	Implorante pro se sancto	ilico respergitur
		Medicina spiritali,	sospitati redditus.
XXXII.	70.	Ursos necat, messem salvat	mulieris pauperis.
XXXIII.		Matronarum uni caecae	lumen vultus integrat.
XXXIV.	71.	Eulogiis datis parvam	revocat de funere
		Filiam Pientis viri	nobilis familiae.
XXXV.	72.	Manibus damnatum purgat	clericum, dominico
		Qui die cum circinnaret	caligas, contrahitur.
XXXVI.	73.	Quondam ei sunt oblati	septem daemoniaci,
XXXVII. XXXVIII.		Quos mundavit, duos simul	sanans paralyticos.

54, 2 *fort.* huic   69, 1 res pergitur *Gaudenzi*

54 *et* 71 *de nominibus cf. Krusch p. 16, 1 et 18, 44.*   55 *et* 57 *Fortun. p. 16, 15* interim beatus vir postulante captivo equum donat in pretio, quoniam apud pontificem plus fuit quam illa *(erasum in P)* regis vox pauperis.   64 *cf. 17, 2.*   65 *i. e. fliehend vor seiner ihnen verhassten Gegenwart.*   70 *i. e. matronae cuidam.*

XXXIX.	74.	Manum salvat vitiatam	de salive unguine.
XL.		Caecam sanctae luminavit	signo crucis edito.
XLI.	75.	Incolas purgavit omnes	villae dictae Inethae,
XLII.		Filio matris orbatae	statim vitae reddito.
XLIII.	76.	Accedentem mulierem	curat paralythicam.
XLIV.		Audegisilus sanatur,	maior domus regiae.
XLV.	77.	Claudam, mancam atque mutam	reformavit feminam.
XLVI.		Stipulam, in qua dormivit,	medicam deseruit.
XLVII.	78.	Patrem levat de languore	mortis atrae valido;
		Natam caecam, surdam, mutam	direxit incolumem.
XLVIII.	79.	Leudegisilus illuster	sancti habens litteras,
		His lavatis aqua sumpta	sanabantur plurimi.
XLIX.	80.	Brachium Cusini necnon	intumentem dexteram
L.		Purgat, siccas atque manus	utrasque Libanii.
LI. LII.	81.	Andulfo lumen caecato	reddidit, et alterum
		A maligno sublevavit	vexatum diabolo.
LIII.	82.	Oleo super infuso	caeca videt mulier.
LIV.		Ydropis morbus fugatur	ipso medicamine.
LVI.	83.	Femina solvitur, pede	fixa quae substiterat.
LVII.		Monachus febre privatur	sancti lingens scedulam.
LVIII.	84.	Dextera manu contractus	expiatur debilis.
LIX.		Matrona de filo vestis	facta sospes graditur.
LX.	85.	Attila de fauce necis	gratulatur erutus.
LXI.		Liberat Augustiduno	retrusos in carcere.
LXII.	86.	Sigericus cum uxore	baptizatur perfidus;
		Domus eius tota credit;	lymphis omnes abluit.
LXIII.	87.	Florentino dependebat	in maxilla oculus:
		Manu sancto contrectatus	loco restituitur.
	88.	Stupent cuncti praedicantes	huius morbi medicum;
		Oculi cordis divino	sanantur collirio.
LXIV.	89.	Adamantium a loris	Iudaeorum ferreis
		Signo solvit crucis; liber	sic abscessit iuvenis.
LXV.	90.	Eo ipso facto sibi	panduntur ecclesiae
		Hostia absente clavi,	ruptis seris omnibus.
LXVI.	91.	Carceralem adit domum	oratque ad ianuam:
		Vincti nocte resolvuntur	apparente praesule.
	92.	Iudex motus ipsos ponit	custodes in compede:
		Qui occurrunt simul sancto	rursus fracto carcere.
LXVII.	93.	Iteratur saepe factum	hoc tantum miraculum,
		Per quodcunque dei servus	accesserat oppidum.
LXVIII.	94.	Item gaudet, cui lumen	fallatur, in oculo.
LXIX.		Mulieri pustulatae	suffragatur brachio.

94, 2 *fort.* mulieris

79 *cf. ad* 25. 80 *apud Fortunatum p.* 22, 7 *legitur* intumuit *ab intumescendi verbo factum.* 82 *nisi quid forte intercidit post hoc colon, poeta Fortunati caput LV omisit.* 85 *apud Fortunatum Attila brachio fracto et faucium vena rupta sanatur.* 86 perfidus *i. e. Iudaeus.* 93 dei servus *i. e. Germanus.* 94 *i. e. adimatur? Capite LXIX apud Fortunatum terminantur miracula.*

LXXII. 95. Nihil habens quid daretur tristabatur pauperi;
Laetabatur, si profusis abundaret opibus.
LXXIII. 96. Virtus tanta rotabatur ab ore mellifluo.
Ut putares verba sancto formari ab angelo.
97. Ille nuntius caelestis fuit evangelii;
Angelus, dum vixit, recti extitit eloquii.
98. Equitans meditabatur vel divina dogmata
LXXIV. Aut cursum psallebat, nudum sanctum ferens verticem.
99. Cum sederet vel pranderet iaceretque modicum,
Lector fuit patrum dicta recitans dulcissima;
100. Unde sumpto Pauli lacte mellisque dulcedine
Enutribat dulcorando corda plebis avida.
LXXV. 101. Alios antecurrebat noctis ad vigilias,
Psalmos hymnos decantando, antequam ⟨ad⟩surgerent.
102. Inter haec doctrina factis respondebat optimis,
Viam pandens veritatis atque caeli semitam.
LXXVI. 103. Pauperes vestire fuit quanta diligentia,
Indigentes quanta super animi compassio,
104. Pro virtute succurrendi quanta ministratio.
Omnibus omnia factus sequitor apostoli.
105. Auri nulla reservavit nec argenti pondera,
Opes nullas congregavit aescarum aut vestium.
106. Ubi cordis pura fuit iugiter intentio,
Ibi eius dives fuit thesaurus reconditus.
107. Ideo meruit tempus atque diem noscere,
Quando eius ab hac vita transmigraret anima.
108. Nam notario vocato iubet hoc praescribere:
'Iunii quinto kalendas'; sic caelos ingreditur,
109. Ubi vivit coronatus ac donatus gloria
Immortalis vitae, praesul gloriosus domini.
110. Cumque somno quievisset pio sanctus taliter,
Ad electum ferebatur tumulandus atrium.
111. Eius erat mancipatus carceri filiolus
Boso; voces ut audivit funerantum, heiulat.
112. 'Heu mihi' ait plorans 'o infelicissimo,
Nullus erit iam a poenis istis me eripiens'.
113. Mox catenae resolvuntur; patefacto carcere
Boso fugit ac patrini accessit sub feretrum.
114. Steterat corpus in loco expectante populo,
Donec certe factum fuit hoc verum miraculum:
115. Ire quidem cupiebant, sed movere feretrum.
Nemo quibat baiulantum cunctis factis stupidis.

95, 1 *fort.* quod 101, 2 surgerent *Gaudenzi; cf. Fortun. p. 26, 41* antequam reliquos de sopore commoneret adsurgere 108, 2 halendas *Gaudenzi*

95 *tristabatur nihil habens, quod pauperi daretur.* 96 *Fortun. p. 26, 30* quanta virtus verborum ab ore rotabatur 97 angelus: *ἄγγελος i. e. nuntius.* 104 sequitor *i. e. sectator; cf. Paul. ad Cor. I 9, 22.* 106 *cf. Matth. 6, 21.* 111 *de Bosone nihil habet Fortunatus.* 112 heu *bisyllabum (cf. L. Traube, Karol. Dicht. p. 112 sq.; o Roma nobilis p. 320).*

116. Culpam rex donavit sancti pro amore praesulis;
Erat ei karus Boso inde plus et extitit.
117. Unde locum ad Bosonis dicunt oratorium;
Hinc et nuper est erecta ibidem ecclesia.
118. Laus aeterno patri deo, eius quoque filio.
Ihesu Christo cum amborum spiritu paraclyto.

INCIPIT DE CERTIS PRAETERMISSIS MIRACULIS.

1. Fortunatus vitam scripsit ipsius clarissimam
Germani, sed praeterivit etiam certissima.
2. Unde sermo refert ista, quae subsunt, et alia;
Neque vera dubitantur rebus adtestantibus.
3. Quod Iudaei mare rubrum pedibus transierint,
Haesitari posset, libris si non esset traditum.
4. Sic de Petri atque Pauli in mari periculis
Sine textu litterarum essemus ambigui.
5. Nam illud de karitate factum addam nobile
Testium sub beatorum vigili praesentia.
6. Quadragesimus instabat, tempus abstinentiae;
Ista simul colloquuntur mundi luminaria,
7. Germanus, Albini pater sacro de baptismate,
Cum Melanio consorte, professore domini.
8. Cumque mane illa esset definita ratio,
Missa dicta panem sumunt karitatis gratia.
9. Sancto fuit (puto) levis minister Melanio,
Cui horrida putantur ea hora talia;
10. Eulogias a Germano sumpserat ut alii,
Quas in sinum manu iecit, fingens se comedere.
11. Fit pergrandis illum statim circumcingens coluber;
Miser clamat, malum pandit domino Melanio.
12. Quem confestim post Germanum (longe iam abscesserat)
Mittit, culpam ut agnoscens constricto subveniat.
13. Ille virum assecutus cum fuisset celebrem,
Spoliatur ac serpentem praebuit in faciem.
14. Viso praesul signum crucis imposuit colubri;
Species panis reversa dyacono traditur.
15. Quo gaudenter ore sumpto ante pedes corruit
Sacerdoti, sibi dari veniam expostulans.
16. Inde suum post exultans currit apostolicum:
Ille domnum benedicit Germanum congratians.
17. Pro quo facto in eodem loco a fidelibus
In honore karitatis facta est aecclesia. —

14, 1 colubri *sic Gaudenzi* 16, 2 dominum *Gaudenzi (itemque 36, 2. 44, 2) fort.* congratulans

3 libris *sacris (Exod. 14, 22).* 4 *Matth. 14, 30; act. apostol. 27.* 13 spoliatur: *sc. veste.*
14 dyacono *i. e. ministro (cf. 9).* 15 *quem cum ille ore sumpsisset.*

18. Testis modo est securis, manet quae Parysius,
Quae fallacem silvae testem punivit mortaliter.
19. Arbori mediatrici fuerat imposita
Silvam quondam dividente praesule cum comite.
20. Tempore quidem eunte operitur cortice,
Unde post querellam ortam exilivit dirimens.
21. Nam percussus digne statim fallax testis moritur
Coram omnibus, ad causam rursus qui convenerant. —
22. Lacus est adhuc et campus pollens his miraculis:
Unam lacus ranam, campus avem nullam recipit.
23. Una iussa semper cantat conticentque aliae.
Aves parco absolutae campum numquam repetunt. —
24. Vinea contentiosa se ad locum transtulit,
Ubi erat viri sancti libera possessio.
25. Litigantes mane nihil invenerunt iurgii;
Digitum ori ponentes recesserunt stupidi,
26. Admirantes magna facta esse mirabilia
Per amicum dei karum Germanum antistitem.
27. Recedebant et laudabant Ihesum Christum dominum.
Liberati de maligno rixarum periculo. —
28. Nec in prato sancti prava defuerunt iurgia,
Adest ausus et qui falsum dicat testimonium.
29. Falcem ponit, quasi notum ostendat confinium:
Falx per collum eius caput abscidendo labitur.
30. Cumque rectum pervolasset caput ad confinium,
Lingua fertur hoc dixisse: 'Hic est limes positus'.
31. Fodientes reppererunt petram sub absconditam
Terminos ad separandum positam antiquitus. —
32. Unresgeïo in villa habebatur vinea,
Quam beatus (ut ferebant) manibus plantaverat.
33. Fur ad illam nocte vadens, racemos ut tolleret,
Invenire nullum quibat nullumque colligere.
34. Die facto mirabatur iterum praeteriens,
Vacuum se oberrasse in plena vindemia. —
35. Eius quoque sanctitate Ingolismus civitas
Digne clamat exornata ipsius miraculis.
36. Ibi Petri dum altare principale consecrat,
Egit domnus pro fideli famulo quod debuit;
37. Ubi namque percurrente cruces fecit pollice,
Marmor pandit ferens signa eadem per saecula.
38. Tale quid de te, benigne Ihesu Christe, promitur
Cum te gens in templo nequam lapidare voluit:

18, 1 manetque *Gaudenzi* 22, 1 campum *Gaudenzi* 23, 2 campus *Gaudenzi; altius latet vitium* 24, 1 trantulit *Gaudenzi (itemque* tranferre *tralat. 18, 2 p. 133)* 31 *temptavi* sub petra absconditos terminos ad separandum positos antiquitus.

20 *unde postea exilivit, dirimens ortam querellam.* 25 *cf. C. Sittl, die Gebärden der Griechen und Römer p. 272.* 28 *et adest aliquis, qui falsum testimonium dicere audeat.* 36 consecrat *famulus.* 37 *er erschliesst (digito sc. impresso) den Marmor, dass dieser noch jetzt das Kreuzeszeichen trägt.* 38 *cf. Ioh. ev. 8, 20. 59. 10, 23. 31.*

39. Adhuc sinum esse dicunt lapidis durissimi,
Retro pansus creatori qui fuit latibulum;
40. Iudaeorum corda dura et inflexibilia
Numquam talem praebuerunt famulatum domino;
41. Saxa parent conditori facta sensibilia;
Illi numquam se ad eius inclinant clementiam.
42. Unde reor meliores esse forte lapides
Pessimis atque perversis hominum generibus.
43. Et, si homo dici potest factori contrarius,
Nescio verius tamen beluam ascripserim. — —
44. Fatebor enim, verendam confessoris gratiam,
Me ut domnum Fortunatum praeterisse plurima;
45. Quae audivi quaeque vidi, cuncta si perstringerem,
Forsitan sequens priorem numerus excederet.
46. Nullus velit, quanta fecit, sermone percurrere,
Elemosinas nec quaerat numeris inscribere.
47. Illi detur, qui stellarum solus novit nomina,
Guttas maris, arenarum qui metitur calculos.
48. Vita sancti sic processit florida miraculis
Germani, Parysiorum praesulis eximii.

49. Pedibus hoc carmen constat quattuor disyllabis.
Dymetrum acatalectum necnon catalecticum.

EXPLICIT DE ACTIBUS ET VIRTUTIBUS IPSIUS SANCTI PONTIFICIS FELICITER. AMEN.

INCIPIT PRAEFATIONIS ALLOQUUTIO AD MEMORATUM DOMNUM ODONEM REGEM IN TRANSLATIONEM EIUSDEM SANCTI PONTIFICIS.

1. Credo, rex, vos delectari his miris verissimis,
Quae per sanctum operari placuit altissimo.
2. Qui si tanta vivens egit in praesenti saeculo,
Quanta modo impetrare valet in perpetuo!
3. Dum sanctorum memorantur facta vel miracula,
Ad virtutes promerendas roboratur animus.
4. Quorum tamen non valemus assequi potentiam,
Studeamus imitari fidem, spem et caetera.
5. Si petamus et quaeramus pulsemusque iugiter:
Datur nobis, invenimus, aperitur caelitus.
6. Petimus bene vivendo ac rogando quaerimus,
Pulsamus perseverando: sic cuncta consequimur.

EXPLICIT PRAEFATIONIS ALLOQUUTIO.

43, 1 Etsi *Gaudenzi* 49, 1 dissylabis *Gaudenzi* || ALLOCUUTIO *et* TRASLATIONEM *Gaudenzi* ||

47 *gen. 22, 17 all. (cf. A. Otto, die Sprichwörter der Römer p. 159. 322);* illi detur *'das überlasse man ihm, der ..'*

PRAEFATIO. 5 *cf. Matth. 7, 7.*

INCIPIT TRANSLATIO BEATISSIMI GERMANI PRAESULIS.

1. De sancti translatione prosequamur brevibus,
Ut in omnibus sit satis vestris desideriis.
2. Annis enim plus ducentis iacuit in porticu
Cripta superfabricata martyris Vincentii.
3. Crucis erat in honore eiusdemque martyris
Monasterium constructum tali sub opifice.
4. Childebertus rex assedit castellum Valentiam
In Hispania, quo tantus laevita dormierat.
5. Civitas obsessa diu ignibus succenditur;
Templum sancti concrematur; cives terror perculit.
6. Cuius stolam tunicamque obtulerunt principi
Super muros, exorantes ipsius clementiam.
7. Quibus ille sumptis urbem derelinquens abiit
Tristis multum, quod exustam comperit basylicam.
8. Ob hoc eius pro amore rogavit, Parysius,
Crucis quoque in honore, templum novum fieri.
9. Quod beatus et fundavit et sacravit manibus
Germanus, virtute bonus, sanctitate maximus.
10. Altare nomini proto- dedicavit -martyris
Principale, quod advectum ferunt ab Hispaniis.
11. Hunc elegit sibi locum ad pausandum pontifex,
Quem stupendis decoravit crebrisque prodigiis.
Hist. transl. I. 12. Abba fuit memorandus Lantfredus; hic tacita
Mente coepit cogitare eum inde tollere.
13. Sed diversis occupatus saeculi negotiis
Differt tamen longe nolens implere quod voverat.
II. 14. Annorum quoque completo circulo vicesimo,
Quae tardantem commoneret, datur sancti visio.
15. Videbatur quasi vivens, ubi fuit postea
Translatus, locum adire ipsum sanctus domini.
16. 'O Germane,' inquit visans 'tempus est quam plurimum,
Quo Lantfredus hoc optabat agere, quod video'.
17. 'Eius' ait sanctus 'mihi complacet devotio,
Displicet omnino tamen tarditas per omnia.
18. Et viginti sunt expleti anni' dixit 'hodie,
Ex quo coepit meditari me transferre corpore'.
19. Ergo tempus, quod abbatis habebat memoria,
Est ostensum, ut clareret veritas oromatis.

8, 1 parysus *Gaudenzi* 10, 2 hispanis *Gaudenzi*

2 *cf. monachi Pratensis anonymi transl. s. Germani (Mabillon, Acta sanct. Bened. III 1, 94)* cum ducentis circiter vel amplius annis in porticu ecclesiae beati Vincentii levitae et martyris iam quidem basilica facta sanctum eius corpus iacuisset humatum ... 10 protomartyris *Stephani.* 13 nolens *i. e. invitus; coniunge* differt implere. 14 *cf. 18.* 16 *i. e. is qui eum videbat (*visans *ad analogiam visitandi).* 17 *cf. hist. transl. 2* voluntatis eius devotio mihi omnimodis placet, at vero exequendi operis tarditas valde per omnia displicet. 18 *cf. hist. transl. 2* hodie viginti anni sunt, ex quo illi, ut hinc me transferre deberet, ostendi. 19 *etiam haec confirmatio iam in hist. transl. extat.*

20 'Et si me vult' infit rursus 'hinc tandem transponere,
Retro sancti coronati altare me collocet'.
III. 21. Tali visu roboratus Lantfredus aggreditur
Augustum regem Pippinum depromitque talia;
22. Votum pandit cum ostensis convenire plurimum,
Dicens esse visionem suae mentis indicem.
23. Audiens Pippinus magno perfunditur gaudio,
Explicandi modum quaerens accitis praesulibus.
24. Clerus simul convocatur, optimates veniunt,
Karolus post imperator septennis interfuit.
25. Eius nobis verba magis ponere hic placuit,
Quibus ipse hoc narrabat, praesens ut aspexerat.
IV. 26. "Rex accessit" inquit "mane ordinato tempore,
Ego quoque germanusque meus cum principibus.
27. Instat operis sublimis dies praestantissimus:
Ad sancti sepulchrum cuncti accedunt pontificis;
28. Aperitur terra, clarum levatur sarcophagum
Diligenter quidem clausum, sustinentque crastinum.
29. Nec mora, rursus quam mane adest pius genitor,
Principum immensa cohors, populorum contio:
30. Corpore directo sursum aptatoque feretro
Opus coeptum satagebant dignanter perficere;
31. Urna tamen stetit sancti immota radicitus,
Ac si terris teneretur infixa divinitus.
32. Ipse coepit contristari seque reprehendere,
Quare tumbam violasset, sanctus quam elegerat.
33. Tunc vocati consuluntur merito epyscopi;
Quibus visum est, ab eis sese velle tollier.
34. Dicunt: 'Ille in hoc gradu clarus fuit plurimum
Seque ferri forte dignum ducit ab epyscopis'.
35. Omnibus sane consultum hoccine laudantibus
Insistunt soli certantes praesules ad feretrum;
36. Illis tamen diu multum frustra laborantibus,
Monachis datur tollendi, si possent, licentia:
37. Ratum est, quod de concesso baiulatu corporis
Eos suo animare vellet in servitio.
38. Ipsi quoque fatigati viribus expositis
Cedunt facto, cedunt loco, cunctis maestis redditis.
V. 39. Extitit postremo dicens: 'O rex clementissime,
Si digneris me audire, dicam impossibile:
40. Est in pago isto villa dicta Palatiolus,
Ex qua vestri fiscalini hanc laedunt familiam;
41. Illam spero quod a vestra quaerit sanctus gratia,
Ne sui deinceps male opprimantur famuli'.
42. Quo audito rex stupore intulit attonitus:
'Vere iusta hac in parte nostra est afflictio.

27, 1 dies *scripsi:* instat *Gaudenzi*   30, 2 dignantur *Gaudenzi*   42, 1 auditus *Gaudenzi*

26 germanus: *Karolomannus.*   29 quam mane *i. e. 'primo mane', ut legitur in hist. transl.*

43. Nam explere opus nobis intentis oblivio
Hunc maerorem introduxit, non avarus animus'.
44. Vadium proiecit statim dicens super tumulum:
'Accipe, Germane sancte, villam Palatiolum
45. Hactenus iniquam tibi tuaeque familiae,
Sed amodo profuturam usque in perpetuum'.
46. Hoc peracto sublevatur quasi sine pondere
Corpus simul cum sepulcro antea immobile;
47. Omnes celsa deo voce concinentes iubilant,
Sancti pignus proferentes corporis exuvias.
VI. 48. Ventum est ad praeparatae sibi fossae loculum;
Sepultura angelorum completur officio.
49. Vectes longi coaptari fossae non potuerant;
Qualiter dum quaerunt fiat, oritur miraculum:
50. Sarcofagus plane nullo contingente homine
Exilivit, in defossum ordinate veniens.
51. Stupent omnes et mirantur factum, quod acciderat;
Eos fusus simul replet odor aromaticus,
52. Vident sanum ac decenter sepulchrum depositum:
Laudes reddunt creatori praesulique debitas.
53. Ego fossam introivi ludens pueriliter
Ibique primum mutavi dentem, deo gratias.
54. Sic reversi sunt ad sese cuncti cum laetitia;
Ego locum kariorem inde semper habui".
55. Hactenus digesta magno sic narrante Karolo
Sunt nobis certe comperta litterisque tradita.
56. Multa eius ad sepulchrum inde mirabilia.
Sunt ostensa saepe fiunt largita debilibus.
57. Quae non parvum si narrentur aestimo fastidium
Me lectorum induxisse; quod horrendum fugio.
58. Unum tantum ponam, nuda ne subsistat pagina;
Caetera miraculorum eius liber habet:
59. Chilperico quondam rege aggresso Parysius
Paralyticus curatur meritis pontificis;
60. Sanus gaudet, rex laetatur, admirantur populi
Aegrum ita medicatum cunctorum praesentia;
61. Et qui vidit ille scripsit, beatus Gregorius,
Turonensis praesul almus, mira inter alia.
62. Illud quoque adnotavit, vix sine miraculis
Esse festum posse sancti dei amicissimi.
63. Tantum ergo rogitemus precibus antistitem,
Nostri semper misereri quo dignetur supplicans,
64. Eius hic ut in praesenti mereamur gratiam,
In futuro quoque Christi sempiternam gloriam. Amen.

52, 1 decentem *Gaudenzi* 58, 2 habet] *fort.* continet *vel* exhibet

43 nam: quia *hist. transl.* 44 *cf. hist. transl.* 5 ponens vadium suum super sanctum tumulum. 48 *cf. hist. transl.* 6 ut nulli esset dubium, hoc ministerio angelorum fuisse peractum. 49 *dum quaerunt, qualiter id fiat.* 57 *coniunge* quae si narrentur, aestimo me non parvum fastidium lectorum (?) induxisse. 61 *cf. Gregor. Turon. in gloria confessorum c. 88 (Scr. Merov. I 2, 804, 17 sqq.).*

CARMEN AD REGEM.

1. Deum semper, rex, amate; Germanum recolite;
Omnes sanctos exorate, Mariam praecipue,
2. Michaelem ac Heliam, baptizantem dominum,
Petrum, Paulum et Andream, Iohannem karissimum,
3. Stephanum Laurentiumque, magnum Dyonisium,
Vincentium Thebeaeque legionis principem,
4. Silvestrum Hilariumque, Martinum clarissimum,
Genovefam ac Columbam, Radegundim nobilem.
5. Isti vobis sint in mente nocte mane vespere
Cum Samsone, Chlodoaldo, cum Arnulpho regibus.
6. Isti sibi sociatis omnibus caelicolis
Regnum praesens vobis crescent, adquirent perpetuum.
7. Quod deus concedat pater atque simul filius,
Spiritus quoque benignus, unus idem dominus.
8. Ipse bonus Christi martyr, invictus Mauricius,
Horum adsit roborator precibus sanctissimis. Amen.

HYMNUS SANCTI GERMANI PARISIORUM ANTISTITIS.

1. Germane, sidus aureum,
Christi repletus gratia,
Praesul sacer Lutetiae,
Audi preces psallentium.
2. Te rector orbis omnium
Miraculorum dotibus
Vestivit et potentia,
Morbis ovans ut imperes.
3. Nostris saluber languidis
Esto placatus moribus,
Curis remotis anxiis,
Sanctis datis virtutibus.
4. Hinc sempiterna gaudia
Nobis tuis precatibus
Concedat unicus patris,
Proles Mariae virginis.
5. Sit laus perennis gloriae
Patri deo cum filio,
Sancto simul paraclito
Manens honor per saecula. Amen.

EPYTAPHIUM DOMNI GOZLINI EPYSCOPI.

Gozlinus, domini praesul verbique lucerna,
Sedibus his dormit, vivus in aethereis.
Virgineo pollens caelos penetravit amictu,
Virtutum stemmis vertice compositis,

CARMEN AD REGEM. 5, 2 sansone chlodo oldo *Gaudenzi* 7, 2 idemque *Gaudenzi*
HYMNUS. 1, 3 laetitiae *Gaudenzi*
Epitaphium Gozlini ed Gaudenzi p. 24; cf. Duemmler, Ostfr. III 267[2]

CARMEN AD REGEM. 1 rex *Odo.* 2 *cf. Ioh. ev. 13, 23.* 3 Thebaeae legionis principem: *sc. s. Mauricium; cf. 8.* 5 *Samson filius Chilperici I regis (confusus fort. cum Armoricorum apostolo; cf. Acta Sanctorum Iul. VI 568), Chlodovaldus presbyter filius Chlodomeris regis, Arnulphus episcopus Mettensis dicuntur; cf. Gregor. Tur. hist. Franc. V 22. III 18.* 6 crescent *i. e. augebunt.*

Dulcis amor, dulcis pastor, dulcissimus heros,
Actibus insignis iuris apostolici.
Nam sexto Maias abiit decimoque Kalendas.
Atria regnantis visere clara dei.
Nobiscum deflens (petimus) subsiste, viator,
Dum solvas animae debita·vota piae.

EPITAPHIUM HEINRICI.

Heinrici magni Francorum germinis alti
Hic recubat corpus; sit sibi vera salus.
Saxonibus, Francis, Fresonibus ille triarchos
Praefuit, hinc trino stemmate fretus ovet.
Consiliis cuius res publica crevit et armis
Pendula forte prius, idque repende, deus.
Hostes si minuit, si se tulit obice nostros:
Insigni palma hoc, pie Christe, nota.
Tu reddis longum pro te morientibus aevum:
Huic pro te strato, rex, bona redde polo.
Martyrii testis sonipes perfossus et arma,
Vir quoque traiectus: esto corona, deus.
Ecce hoc iusticium praelambens signa Leonis
Te tetigit, Virgo: laus in utroque deo.
Dic aliquid, lector, copulans suspiria votis,
Plange viri casum, quin magis immo virum.

RHYTHMUS IN ODONEM REGEM.

1. Odo princebs altissime
Regumque potentissime,
Regale ceptrum suscipe
Longo regendum tempore.

2. Te crux divina muniat,
Te virtus alma protegat,
Te neuma sacrum repleat
Et ad superna dirigad.

Epitaphium Heinrici ex cod. Reginonis Arundeliano 390 saec. IX edd. Duemmler, Ostfr. III 169 sq. et Kurze ad Reginonem p. 126

Rhythmum ex hymnario Moissiacensi saec. X a patribus s. I. ex Roma Vindobonam translato (= V) cum notis musicis edd. Morelot, revue de la musique année III 1848 p. 83 (non magis vidi quam Muehlbacher, cum in Berolinensi exemplari prior voluminis quarti fasciculus p. 80 terminetur; année III 1847 p. 268 codex commemoratur, ubi ante p. 257 tabulam lithographicam habes), deinde ex Drevesiano apographo Muehlbacher (Mitth. d. Inst. f. österr. Geschichtsforschung VIII p. 601) et ipse Dreves (hymn. Moissiac. p. 90). Mihi codicem, qui nunc Lainzii prope Vindobonam servatur (VIII 144 fol. 75), intercedente Muehlbachero accuratissime contulit atque adeo descripsit A. Dopsch. 1, 2 que *ss. V* 4 regendo *V: correxi (cf. adn. ad poetam Saxonem I 168 p. 11)* 2, 3 neuma *pro pneumate s. Benedictae vita Laudunensis infra primum edenda v. 175b et v. 491; ceteroquin* neuma canit sine p, cum p fit spiritus almus (*Ducange s. v.* pneuma) sacrau̅ *errore statim correcto V*

3 *sq. ad bellum Northmannorum refert Duemmler.* 7 *si hostium animos minuit et nostrorum animos sustulit (*hostes nostros *non recte coniungebat Duemmler p. 170); cf. Abbo II 5 sqq.* 13 *Heinricus comes a. d. V. Kal. Sept. a. 886 cecidit (cf. Duemmler p. 269).*

Rhythmum sic in solemnitate coronandi Odonis pridie Kal. Mart. a. 888 (cf. Duemmler, Ostfr. III p. 316[2]) cani non potuisse, ex stropha nona recte conclusit Muehlbacher; neque vero Odonem iam diutius regnantem ita alloqui licebat ut fit initio hymni. Videtur carmen compositum esse, cum ipso anno 888 Odo in Aquitania versabatur.

3. Sis deo dignus ut Abel,
Sis fidelis ut Samuel,
Sic iudices ut Daniel
Et credas ut Natanael.

4. Vivendo vivas ut Enohc,
Pacificus uti Sadoc,
Sis benedictus ut Iacob,
Sanctissimus ut fuit Iob.

5. Sis eloquens ut Abraam,
Benedictus ut Balaam,
Robustus ut Geroboam,
Aedifices ut Ioatam.

6. Sis sapiens ut Salomon,
Fortissimus sicut Samson,
Pulcherrimus ut Absalon
Et cautus sicut Gedeon.

7. Monarcha sis ut Iulius,
Set deo dignus melius,
Ut Davit, rex mitissimus,
Et Iudas, victor optimus.

8. Ut Alexander Maximus
Pugnator sis aptissimus,
Tibique sit contrarius
Ceu fugiens Pompegius.

9. Qui mea laudant carmina,
Pigmenta bibant dulcia;
Quibusque sunt contraria,
Spumosa detur sicera.

10. Amen resultet Gallia,
Amen cantet Burgundia,
Bigorni regni spacia,
Wasconia et Teutonia.

AYMOINI CARMEN DE TRANSLATIONE SANCTI VINCENTII.

EPISTOLA AYMOINI.

Laevitarum praecipuo domno Theotgero, iuxta consonam sui nominis aethimologiam deum gerenti, Aymoinus comminister salutem dicit.

Laudabili karitati vestrae, mi dulcissime Theotgere, frequenti studio circa mei curam satagenti in omnibus parere devotus existens, inclino me tuus camelus sponte ad iniunctum mihi abs te onus ferendum. Rem siquidem novam et pro sui brevitate mirandam prosaico opere expleto me vestra dilectio de adventu beati laevitae et martyris Christi Vincentii facere cogit, geminos scilicet rursus libellos, quos singulos tricenis modo versibus claudam, per denos etiam positis in unoquoque capitulis. Unde consultius eligo veluti recens scriptor videri, quam me vestro amori mihi melle dulciori quavis occasione ullo modo absentare.

EXPLICIT EPISTOLA.

5, 2 Benedictus] Deo parens *conieci, cum Balaamo non benedicatur, sed ipse benedicat filiis Israel (num. 22 sq.); cf. 4, 3* 6, 4 sicut] sic *ss. V* 7, 1. 2; 8, 3. 4; 8, 1. 2; 7, 3. 4 *posuerim, ut Caesari opponatur Pompeius* 8, 4 cau *V* 9, 2 dulcida *V fort. recte* 4 cicera *V: correxi* (*cf. Traube, vol. III p. 690 VII I 1 et p. 801 s. v.* cervisa) 10, 2 canten (t *superscr.*) *V* 3 *fort.* Bigorri regna (i *superscr.*) *V* 4 iuuasconia et teutonica *V: corr. Muehlbacher* (Vasc. *scribens)*

Ne quicquam, quod in his monumentis poeticis s. Germani a pratis iure possis expectare, hic desideretur, adicimus Aymoini monachi epistolam ad Theotgerum cum 'libris' duobus versuum tricenorum de s. Vincentio; ea autem, quae libris pedestribus inserta sunt, ex huius operis ratione excludere videbatur. Recensuimus ad codicem Parisinum n. 13760 (= P) ab A. Schoene olim collatum cum editione Mignii (patrol. lat. 126, 1025 sqq.); Leidensem Voss. lat. Fol. 85 (= L) inspexit P. C. Molhuysen; de antiquioribus editionibus vide Duemmlerum N. A. IV 544. 1 Laeuitarum *P (et sic semper; semel cauda erasa est)* 7 scilicet *sic PL* 10 absentare P^1L: absentari P^2

3, 1 *cf. 7, 2.* 3 *Dan. 13, 45 sqq.* 4 *Ioh. ev. 1, 45 sqq.* 4, 1 *gen. 5, 24.* 2 Sadoc *sacerdos (reg. III 1).* 3 *genes. 32, 29.* 5, 1 *fort. Aaronem (exod. 4, 14) dicere voluit.* 3 *reg. IV 11, 28.* 4 *reg. IV 15, 35; paralip. II 27, 3.* 6, 3 *reg. II 14, 25.* 4 *iud. 6, 36—40.* 7, 4 Iudas *Maccabaeus.* 9, 2 *cf. Duemmler, Ostfr. II 122 et III 670.* 10 *cf. Abbo II 442 sqq. (supra p. 110).*

INCIPIT LIBER PRIMUS HABENS VERSUS XXX.

CAP. I. QUOD AUDALDUS HYSPANIAM AGGREDIENS VALENTIAM USQUE PERVENERIT.

Bis quadringentis, decies quinisque volutis
Quattuor inque super ciclis a praesule Christo
Virgineo semperque sacro de germine nato
Audaldus fuerat tali de nomine notus
In Castro monachus communi lege probatus
Atque sacer sancti gestans Aaronis honorem.
Hic uno comite assumpto perpessus amara
Plura, sed in dulces convertens cuncta sapores
Institit audacter, quandoque Valentia civem
Quo se susciperet, peregrino functus agone.

CAP. II. QUOD ZACHARIAE MAURO SUUM DETEXIT SECRETUM ET QUOMODO SANCTI REPPERIT SEPULCHRUM.

Quid faceret Mauri Zachariae culminis hospes?
Denudat secreta sui iam pectoris olli,
Esset quodque dei laevitae, martyris atque,
Vincentij Hispanias solo delapsus amore,
Hinc precibus blandis animum mentemque relambens
Mercatur Maurum cupidi nummis argenti.
Denique surgentes monumenti septa requirunt,
Quae manifesta nitent titulo hoc: 'Vincentius istic
Martyrii laevita iacet fundatus honore'.
Nomina namque genus signabant scripta parentum.

CAP. III. QUOMODO SUB NOCTE AD MONUMENTUM PARITER REGRESSI SANCTUM LEVAVERINT CORPUS.

His igitur causis signorum nocte revisis
Viribus admissis fodiunt tumbamque recludunt
Educuntque sacrum corpus famulante lucerna,
Indice caelesti facti dulcedine veri,
Quae superexcrescens aromata cuncta subibat.
Cumque ligaturis expletis his opus esset,
Utitur Audaldus suta sindone coculla.
Inde domum laeti redeunt lucentibus astris,
Audaldo expectante diem patriam repetendi;
Quod hilaris fecit, nanctus post tempus amicum.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

I II 1 Quid *et* hospes? *sic PL* 6 mercatur *sic PL*

I I 5 *i. e. sacerdotium.* II 1 *hospes, qui culmen (i. e. tectum) Zachariae Mauri subierat.* 6 animum mentemque *Mauri* cupidi relambens, Maurum mercatur nummis argenti. 10 *etiam parentum nomina in epitaphio scripta erant.* III 4 *ne sc. aliud corpus furarentur.* 5 subibat: '*aufstieg*'. 6 ligaturis expletis *i. e. linteis expandendis.*

INCIPIT LIBER SECUNDUS TOTIDEM CONTINENS VERSUS.

⟨CAP. IIII.⟩ QUOD SANCTUM CORPUS AD CASTRUM PERVENIENS HONORIFICE SIT SUSCEPTUM.

Caesar- in -Augusta Senioris fraude relicta
Omissis necnon aliis ob dicere longum
Ad Castrum, bellam patris cellam Benedicti
Perveniat Christi martyr laevitaque sanctus.
Cuius in adventu fuerint quae gaudia, nullus
Ora gerens centum poterit depromere verbis.
A monachis pulchra serie susceptio qualis
Exstiterit, solus qui testis, novit Ihesus:
Aptis aurifluis ornatibus undique fusis
Gemmivomo ad caelos usque inradiante virore.

CAP. V. QUOD MULIER DE EO PRIMUM DUBITANS CONTRACTA FUERIT AC DEINDE CREDENS SANARI MERUERIT.

Tunc, risisse fuit, mulier, cui talia fastus,
Et sancti corpus laevitae credere nolens,
Esse magis Maurum contendens forte putentem,
Protinus in terram membris prostrata caducis
Contrahitur, vitae sublata spe fugientis.
Sed, sancto deducta, fide nascente medetur
Et pedibus, plaustro veniens, curata recessit.
Primitus hoc signo tanta virtute patrato
Post quoque quae numerus nescit, sunt plura secuta,
Prosaico necnon partim sermone notata.

CAP. VI. UBI SANCTUM CORPUS EXCEPTUM POSITUM FUERIT ET QUALITER DEINDE RETRO ALTARE SANCTI BENEDICTI LOCATUM SIT.

Namque monasterii ante fores genitricis in aula,
Ista sub immenso gerebantur munere Christi:
Dum fieret sancto templum proprio sub honore,
Quo placidus demum migraret iure sepultum,
Masculus atque simul veniens quod femina adiret,
Interea placuit defluxa temporis urna
Inde levare sacrum corpus digneque locari
Post altare pii patris sancti Benedicti,
Quo meriti pleno cultu veneratur honoris,
Assiduis signis virtutum rite coruscans.

Praestante rege regum et domino dominorum Iesu Christo bono et benigno salvatore mundi, qui cum deo patre et spiritu sancto vivit et regnat deus per infinita saecula saeculorum. Amen.

II v 5 sublata *(extr. litt. ex corr. m. 1) P*   vi 3 sc̄o *sic PL*   11 dominorum *sic P; in L brevius subscriptum est* Prestante domino nostro Ihesu Christo cum patre et spiritu sancto. Amen. Explicit.

II iv 1 relicta *i. e. silentio praetermissa.*   6 *cf. Verg. Aen. VI 625.*   v 1 *Tunc mulier incredula (nomine Aitrudis, cf. prosam II 5), cui fastus fuit talia risisse, protinus prostrata contrahitur.*

CARMEN DE SANCTO LANDBERTO.

Ignoti poetae Belgae[1] *carmen de sancto Landberto episcopo Traiectensi servaverunt libri tres:*

1) Codex Bruxellensis 14650—14659 (B) saec. X, fol. 127—140′; versus 479—516 post fol. 139 execto folio perierunt. Singulis carminis partibus numeri capitum adscripti sunt satis diligenter, omisit eos in capitibus VIII, XXV, XXVI. Capitum initiales litterae ornatae sunt praeter capita VII, VIII, XXVI. Capitis XV notio posita est tamquam pertineret ad versum 184; ornata autem recte est vox Continuo *v. 185. In capitum laterculo inter cap. XXXII et cap. XXXIII alia manu, sed antiqua scriptum est* hic incipe, *quibus verbis lector moneretur. Extremi tres versus alia manu scripti sunt, quae etiam* ymnum sancti Lantberti *exaravit notulisque musicis instruxit. Huius autem hymni extremi versus rursus execto folio post fol. 140 perierunt; quos hic primum edo ex codice Londinensi. Tertia manu, quae* a *apertum pingere solet, scripti sunt* versus in laude beati Lantberti *fol. 99 et 99′. Libro B primus usus est Constantinus Suysken in Actis Sanctorum Sept. V 519 sqq., deinde liber baro de Reiffenberg in annalibus bibliothecae regiae Belgicae VIII 103 sqq., qui etiam hymnum sancti Lantberti et versus in laude beati Lantberti edidit. Tertium nuper carmen ex hoc codice accuratissime editum est a Iosepho Demarteau (bulletin de l'institut archéologique liégeois XIII, a. 1878) — certe is codicem accurate exprimere voluit: multa enim neglegenter tractavit. Laudandus tamen est, quod vitae versus ex Bruxellensi codice excissos primus edidit secundum codicem Vaticanum. Librum huc liberaliter missum ipse contuli mense Decembri a. 1895.*

2) Codicem Londinensem musei Britannici addit. 18627 (= L) saec. X vel XI binis columnis scriptum postea certe saec. XIII monasterii Stabulensis *fuisse nota tum in summo folio 1 scripta testatur. Iam tunc igitur incipiebat laterculus capitum a* cap. XV ubi illum adorabat abbas et fratres. *Permulta in versuum initiis et clausulis abscissa sunt, numquam vero cum damno criseos factitandae; neque igitur attuli nisi potiora. Capitum numeri numquam adscripti sunt; primos autem eorum versus passim uncialibus litteris distinxit librarius. In hoc quoque libro inter titulos cap. XXXII et cap. XXXIII manu paulo recentiore scriptum est illud* hic incipe. *Continet fol. 1—6, 1 carmen; fol. 6, 2 hymnum; fol. 6,2—6′,2 versus. Collatione utor a Carolo Hampe in itinere Anglico facta, qui quae correcta sunt, ab ipso librario emendata scribit.*

3) Codex Vaticanus 8565 (= V) et ipse binis columnis exaratus secundum notam in summa pag. 2 (i. e. fol. 1′) extantem etiam saec. XVII vel XVIII monasterii sancti Petri

---

1) *Hucbaldi esse mihi non persuasit Demarteau, qua de re accuratius dicendum erit in praefatione ad Hucbaldum. Aetas poetae inde definitur, quod Stephanus episcopus Leodiensis (a. 901—920), cum vitam Landberti retractaret, aliquot ex hoc carmine versus ascivit; cf. v. 543 sqq.*

Malmundariensis *fuit; utrum saec. X, cui eum vindicat manus recentissima in eadem pagina, an saec. XI scriptus sit, ut Pertzio videbatur, Iulius Koch, qui ad exemplar Leodiense eum mihi intercedente Duemmlero excussit, non audet iudicare: certe et Bruxellensi et Londinensi multo deteriorem eum esse mox apparebit. Pag. 26, 1 versu 3* incipiunt capita; *carmen ipsum incipit in eadem pagina versu nono alterius columnae, explicit in columna priore pag. 36. Carmen excipiunt versus in laude beati Landberti (p. 36, 1—37, 1). Capitum numeros et ipse omittit; initiales ornari solent.*

Descriptis libris iam ad auctoritatem eorum expendendam venio. Bruxellensis diligentissime scriptus est a librario docto; qui v. 192 Cura *correxit in* Cara, *agnita nimirum* a *aperta, quae ceteros decepit. Interpolatione non minus liber est quam codex Londinensis; neque enim inde coniecturas iudicare licet, quod in solo Bruxellensi legantur, cum Londinensis et Vaticanus tam arte inter se cohaereant, ut aut Vaticanum ex Londinensi, cum is esset plenior, descriptum (neque enim umquam V una cum B verum servavit, sicubi in L peccatum est, praeter duos illius errores levidenses v. 394* uixtim *et v. 481* mentris; *soli ei debemus v. 60* ducimus, *ubi consensu codd. BL coniecturae convincitur, v. 512* resarata, *de v. 495 cf. app.; vitia autem eius propria sunt permulta) aut utrumque ex apographo aliquo depromptum esse necesse sit eius codicis, ex quo ipso B descriptus est. Certe Vaticanus liber ad eundem codicem, quo Bruxellensis, non redit nisi intercedente aut ipso codice Londinensi aut libro aliquo etiam Londinensis patre. Hoc certum est, cum tot in B versus recte scripti legantur, qui Londinensi et Vaticano perperam traduntur, ut de omnibus his locis a Bruxellensi librario emendatis omnino non possit cogitari. Cum autem dubium esse hinc appareat utrum perexigua an nulla sit codicis Vaticani in constituenda lectione auctoritas, in re incerta legentibus ipsis iudicandi dare potestatem malui, etsi apparatum sic augeri sciam inutilibus lectionibus.*

Adhibui etiam officium s. Landberti (ed. Demarteau p. 9 sqq.; cf. Anal. Boll. XIII 241[1]. 252[1]) eiusque vitam a Stephano scriptam, quo multi versiculi ex hoc carmine transsumpti sunt, usus codice Bruxellensi. De vitarum diversarum ratione post Kurthii operam perdiligentem cur dissererem, eo minus erat, quod ad id officium multo minus paratus accessurus eram quam is, qui tria iam scriptorum Merowingicorum volumina praeclare edidit, Bruno Krusch.

Cap. I. De cultu paganorum in deos.
Cap. II. De spe gentilium.
Cap. III. De temporibus Christi.
Cap. IIII. De nativitate sancti Landberti.
Cap. V. De qualitate eius.
Cap. VI. De electione eius.
Cap. VII. De abiectione eius.
Cap. VIII. Quando monasterium adiit.
Cap. VIIII. Cur passus est frigora.
Cap. X. Qualiter ivit ad cruciatum.
Cap. XI. Quid passus est in cruciatu.
Cap. XII. Quid cogitabat in poenis.
Cap. XIII. Ubi requiritur a fratribus.
Cap. XIIII. Ubi invenitur.
Cap. XV. Ubi illum adorabat abbas et fratres.
Cap. XVI. Ubi rursus eligitur.

CAP *ante numeros rubro colore pictos om. V; tituli usque ad decimum quartum nunc desiderantur in L* IIII lantberti *V (et sic semper)*

Cap. XVII. Ubi de cella educitur.
Cap. XVIII. Ubi restituitur sedi pristinae.
Cap. XVIIII. Qualiter se agebat.
Cap. XX. Qualiter aliis subveniebat.
Cap. XXI. De eius habitu vili.
Cap. XXII. De eius praedicatione.
Cap. XXIII. Quid in Texandria fecit.
Cap. XXIIII. Quomodo simulachra praecipitari fecit.
Cap. XXV. De ieiuniis eius.
Cap. XXVI. Ubi Musae praedicitur luctus.
Cap. XXVII. Ubi sancto finis appropinquat.
Cap. XXVIII. De impio Dodone.
Cap. XXVIIII. Ubi sanctus Landbertus venit ad Ledgiam.
Cap. XXX. De signo crucis supra domum sancti.
Cap. XXXI. Ubi sanctus Landbertus arma accepit.
Cap. XXXII. Ubi nepotes castigat.
Cap. XXXIII. Ubi carnifices infringunt domum.
Cap. XXXIIII. Ubi sanctus Landbertus occiditur.
Cap. XXXV. Ubi corpus eius evehitur.
Cap. XXXVI. Ubi templum resonabat angelicis vocibus.
Cap. XXXVII. Ubi dominus sanctum suum mirificat.
Cap. XXXVIII. De fama piorum.
Cap. XXXVIIII. Ubi se manifestavit.
Cap. XL. De mandato Dodoni misso.
Cap. XLI. De morte Dodonis.
Cap. XLII. De morte sociorum Dodonis.
Cap. XLIII. De revelata sancti voluntate.
Cap. XLIIII. De corporis translatione.
Cap. XLV. De repositione corporis.

Pagani ritus coluerunt templa deorum: CAP. I.
Alter Saturni, Iovis aram pretulit alter;
Saturni — quod eo gratus saturabitur annus
Et NYC quod mentem dicunt agnomine Graeci,
Celsior ac reliquis subiectum circulet orbem;
Inde Iovis — iuvet ipse pater quod, Iupiter inde
Dicitur a multis (erat his narratio talis);
Martis eo, quod inest maribus per proelia virtus
Atque marem cunctae cupiunt animalia terrae;

XIX aiebat *V* XXIII texandria *sic etiam V* *Inter XXXII et XXXIII in BL manu paene aequali scriptum est* hic incipe CAP. XLV *om. L (extant verba sequentia)*

2 praetulit *sic BLV* 3 ego B^1 4 NYC *sic BLV, i. e.* νοῦς 6 pater (a *ex* e *corr.*) *B* 9 Atque (A *ex* X *corr.*) *V*

I *commemorantur septem planetae (cf. versus in laude b. Landberti 5 sqq. p. 157), inter quos medium locum (v. 11) obtinet Sol, extremum (v. 5) Saturnus, cuius etymologia (*satur νοῦς*) similis ei est, quae apud Fulgentium mythol. I 2 (p. 35 ed. Muncker = p. 628 ed. Staveren) extat; cf. tamen Isidor. orig. VIII 11, 30 (ed. Arev. vol. III p. 381)* Saturnus ... a temporis longitudine, quod saturetur annis. 3 eo: *'durch ihn'; item v. 12.* 6 *cf. Isid. orig. VIII 11, 34.* 7 talis *sc. ipsum patrem iuvare.*

Solis enim, quia disponit sua lumina terris
In medio residens et habetur clarior astris;
Nam Veneris, quod ea gestit sociatio carnis
Perque duos unus mire nascendo creatur;
Mercurii, quia cuncta suo sermone geruntur
Quae fiunt, si sermo deest, operatio cessat;
Hinc Lunae, quia partitur cum fratre vicissim
Officium, quia vel noctes illuminat atras.
His etenim septem sperabant cuncta tueri; CAP. II.
Hinc illis celsas statuebant cultibus aras:
Vel quia septenis discurrunt saecla diebus
(Sicut habent genesis divini dogmata libri)
Vel quasi corporibus humana carne coactis
Esset ab his virtus, qualis vel quanta fuisset.
Nam sic volvebant, ut eorum vocibus utar:
'Spiritus est a Sole datus; nam corpora Luna
Fabricat; et Martis procedit numine fervor;
Est a Mercurio pollens sapientia cunctis,
A Iove temperies; Veneri stat grata voluptas;
Tarda sub his quae sunt, Saturni sydere dantur'.
Sic tunc fallebat demens inventio multos,
Sunt et adhuc alii, quos alligat impius error,
Qui dicunt ignem vel aquam debere vocari
Rite deos et, ut agnoscant incerta futuri,
Auguriis mentem caecato pectore tendunt.
Haec quoque praeclaro priscorum carmine vates CAP. III.
Extollunt scriptisque suis ad sydera mittunt.
Nos igitur, quibus est patris sapientia Christus,
Eius servorum cur non cantare triumphos
Altis carminibus studeamus laudibus aptos,
Aurea divini cum vernent tempora Christi
Messis et ad multam flavescant stamina frugem?
Sed spectat paucos terrena colonia servos,
Vinea quîs domini mustis clarescat in uvis;
Ad cuius plectas non tendit vinitor ulnas
Nec sese exercet nec ei munimina praebet.
Idcirco multi, quibus est custodia verbi,
Terrentur famuli pastorum nomine dicti,

---

18 *fort.* Hos 35 priscorum (s *ex* c *corr.*) *B* nomine *LV* (*ex v. 47* pastorum nomine; *aberratum est a* priscorum *ad* pastorum) 37 Hos *BLV: correxi; cf. prologum vitae (Mabillon III 1, 69)* si paganorum figmenta saeva et nefanda (*i. e. carmina scelerata; male non solum Mabilio, sed etiam Suysken AS sept. V p. 574ª et God. Kurth, compte-rendu IV 3 p. 361 ediderunt* pagani, *qua lectione recepta constructio turbatur*) prolixâ studeant pompâ plurima mendacia codicibus suis commendare, ut eorum vana gloria discurrat, cur nos Christiani salutiferi taceamus miracula Christi? 41 *fort.* semina

10 enim *(ut* 377 *et* nam 12. 25. 311*) nihil habet causale, sed variandi causa positum est.* 14 *cf. Isid. orig. VIII 11, 45.* 15 si: *sin autem.* 21 *gen. 2, 2.* 25—29 *aliunde desumptos indicare videtur v. 24; neque vero inveni, quamquam in Anthologia latina et apud Ausonium multi de planetis eorumque diebus hebdomadariis leguntur versus memoriales.* 40 *sqq. Matth. 9, 37 sq. et 20, 1 sqq.* 43 mustis *i. e. recentibus; adiectivum est.* 44 plectae: *caulae (v. 216), munimen (v. 45); cf. Rönsch p. 84.*

Sicut ait plenus domini spiramine vates:
'Vae, qui se pascunt et oves non pascere querunt'.
Exprobrat his dominus, dum dicit voce prophetae:
'Non ex adverso voluistis scandere, murum
Ponentes vobis domini ad certamina belli'.
Haec ita cum fuerint, Hildrici tempore regis CAP. IIII.
Iuxta cor proprium pastorem quaerere iustum
Disposuit dominus plebis miserando labores,
Urbe Triectensi faciens hunc corpore nasci
Germine sublimi, quod nobilitate vigebat.
Quem tunc felices puerum voluere parentes
Landbertum dici; praesaga voce futuri
Ducimus hoc factum, patriae defensor ut esset,
Linguae barbaricae sat praesignante figura.
Huic erat infanti species pulcherrima visu CAP. V.
Sanctaque simplicitas morum probitate redundans.
Hic fuit ad tempus praedicti regis in aula
Dilectus cunctis et vocis famine dulcis;
Sed post, ut fidei devotus dogmata sumpsit,
Doctrinae cumulos illi sapientia vexit:
Hinc regi placuit, regni primoribus atque;
Hinc effulgebat pollens in flore iuventae.
Sed cum iam dicta praesul Tedardus ab urbe CAP. VI.
Decessit stimulis terebratus mortis iniquae,
Orabant proceres constanter et ordo minorum,
Ut sibi Landbertum meruissent sumere sanctum
Pastorem dignum, domini qui pasceret agnos.
Pontificalis, eum quia susceptura nitebat,
Cathedra divino coepit splendere coturno.
Annuit his votis sublimis iussio regis;
Landbertum sanctum repetitum terque quaterque
Gloria pontificis simul et cathedra recepit.
Quem rex prae reliquis ut honoris munere dignum,
Tempore quo vixit, care ac veneranter amavit.
Sed postquam tetigit mundanae debita carni
Rex, tunc primorum rabies exire coegit
Pontificem sanctum propria de sede repulsum.
Qui quanto populis praesens in tempore mansit, CAP. VII.
Lumina doctrinae quam furva per avia fudit:
Praecinctus lumbos manibus gestare lucernas
Ardentes studuit, caelestia semina misit,
Dans exempla bonis, feriens et prava macheris.

---

51 aduerso *praeter* so *in ras. B* 53 Hāc *V* 56 triiectensi *V* 58 puere L^1 60 Dicimus *BL* (*fort. ex* dici *v. 59, certe parum apte*) 64 Hildrici *B in officio p. 9 D. (ex v. 53)* 70 tetardus *LV; sed in vita prima et secunda* Theodoardus *vel* Teodardus *nominatur* 74 dignum *scripsi, cum non de gregis, sed de pastoris dignitate agatur*: dignos *BLV; cf. v. 80 et vitam p. 574f* quod dignus erat sacerdotio fungi 86 qūa *B*

48 *Ezech. 34, 8; cf. Huemer ad Sedul. II 176 p. 367.* 51 *Ezech. 13, 5.* 54 *cf. reg. I 13, 14; Ierem. 3, 15.* 56 *Maastricht.* 61 'Land-Berd *i. e. asser regionem contra hostes defendens*'. *Suysken p.* 522^b. 75 nitebat *i. e. gaudebat.* 86 quam: *cf. v. 130. 289.*

Ille domum propriam praeclarae luminis instar
Lunae lustrabat; sed non conventio lucis
Esse potest tenebris: ideo mundana volentes
Eiecere sacrum, ne possit pellere pravum.
  Hoc qui patrarunt, Faramundum nomine quendam CAP. VIII.
Arripiunt et eum iam dicti in sede reponunt
Praesulis almifici, quo, sancte, beatior esses:
Nam dominus Christus magis hos ait esse beatos,
Propter iustitiam quos dat deiectio passos.
Praesul enim tunc coenobium, quod nomine dicunt
Stabolaum, subiens monachorum dogmata duxit
Annos per septem; sed eosdem qualiter egit
Scripturis aliis, lector, sat scire valebis:
Nam modo parva loquar metri ratione retentus,
Pandens, simplicitas vel quae patientia mansit
Huic inter reliquos fraterni nominis actus.
  Accidit ergo, vigil hyemalis tempore noctis CAP. VIIII.
Cum solitas domino vellet dependere laudes,
Ut surgens caperet celeri conamine soccos,
Unus et elapsus fugeret terramque feriret.
Cuius de sonitu vexatio fratribus haesit,
Qua depulsa quies quosdam turbamine pressit
Atque loci patrem talem commovit in iram,
Ut praecepta daret, dicens: 'Quicumque peregit
Hoc opus, ille foras pergat stans atque laborans
Iam crucis ad stabulum, nivis ac brumalia tangat
Frigora, patratae quae sint purgamina culpae!'
Haec pater ignorans, sonitum quis fecerit, inquit.
  Hoc sacer aure trahens per magna silentia gressum CAP. X.
Fixit et egrediens nudis incedere plantis
Coepit apudque crucem gaudenti pectore mansit,
Stansque canensque deo super haec cruciamina carnis.
'Cor' ait 'attritum, quod mitis factio cingit,
Non deus hoc spernit, sed secum lumine comit',
Scilicet ut supplex domini vestigia Christi
His imitans poenis exemplum in corpore ferret
Eius, quod patitur tales in carne procellas.
  Interea sanctus cruciatibus inditus altis CAP. XI.
Stabat et ad laudes cordis laxabat habenas;
Hinc angor quatit, inde rigor; nix influit altis
Sedibus adveniens, hyemis quam cana sodalis,

---

90 pręclarę luminis instar Lumine *BLV: correxi ('gleich dem Lichte des hellstrahlenden Mondes', ut v. 292 et p. 158 v. 31; cf. initia spondeo-molossica v. 2. 38. 133. 219. 331. 332. 342. 428. 431. 501);* lucis ad instar *Suysken,* praeclari *Reiffenberg* 95 in *ss. L* 97 aiit *V* 101 egit *in ras. L* (ęgit *B*) 111 turbatio *(ex v. 110) L*[1]*; cf. fere v. 45. 48. 65. 116. 140. 142. 143. 144. 195. 196. 240. 268. 294. 307. 322. 391. 406. 431. 456. 482; elocutio huic poetae propria* possit *V (non BL)* 112 in *ss. B* 116 sunt *LV* 121 crucimina *B*[1] X *multa evanida in L renovavit man. s. XV* 127 inditis *L*[1]

91 *Paul. ad Cor. II 6, 14.* 97 *Matth. 5, 10.* 98 *die die Absetzung zu um der Gerechtigkeit willen Leidenden macht.* 114 *cf. v. 163.* 122 *psalm. 50, 19.* 123 secum, *sc. in regno caelesti.* 126 eius: *Christi;* quod: *ea re quod.*

Aspera mollities invisa caloribus atque,
Crudelis candor, nudis ac mitibus algor;
Cuius vestitus nullum portare calorem
Novit, et, ut vestit, citius frigescit amictus.
Insuper et boreas undis dabat aspera duris
Flamina, saxosum qui iam nutriverat imbrem:
Sic turbatus erat, sic densus inhorruit aer,
Quod sanctum domini patientem tanta videret.
  Haec quoque Landbertus, cum iam sanctissimus esset, CAP. XII.
Dicta super patiens psallebat famine dulci,
Ut posset Christi sollers imitator haberi.
Intendebat enim doctae sub acumine mentis,
Quod caro non possit digno sociamine iungi
Spiritui, ni trita prius vapulamine duro
Deserat illecebras pollutae vestis iniquas.
Unde canit Paulus, nobis sat fidus amicus:
'Sanguineae carnis non est conscendere sursum,
Incorruptelam nec iam corruptio carpet';
Haec satis exponens prius hoc quod dixerat inquit.
Taliter instructus Landberti praesulis actus,
In bello fortis ne princeps aeris huius
Praevaleat, propriam domitabat verbere carnem,
Pro certo noscens, quod, ni sit passio carni,
Agminibus caeli nulla compage ligari
Haec valet, ut carpat paradysi gaudia veri.
  Ut fratres igitur sacri sollempnia ritus CAP. XIII.
Explevere quidem, cupientes pellere frigus
Tunc adeunt cellam, qua mansio grata caloris
Esse solet, quaeruntque simul, quis frater abesset
Et quo detentus sacris non esset in ymnis.
Tunc ait abbati quidam de fratribus adstans:
'Te pater audivi nocte hac disponere quendam,
Ut crucis ad stabulum pergat dimittere culpam'.
Tunc alius dixit: 'Dominus Landbertus habetur
Ante crucem constans, ymnis modulatur et orat,
Nudatus plantas et opertus tegmine duro.
Quem crudelis hiems adimet de nomine nostro,
Ni cito subventum fuerit de more paterno'.
  Haec pater advertens coepit cum supplice voto CAP. XIIII.
Mente pavoratus quosdam disponere fratres,
Ut subeant ipsumque rogent ad ovile reverti.
Confestim pergunt et ovantem pectore cernunt
Erectis oculis manibusque ad sydera tensis.

---

137 dendus *BL*, den/ū *V* (s *eras. vid. Kochio*); densum aera *dixerunt Hor. c. II 7, 14 et Ovid. met. XV 250 (v. l. ap. Lucan. I 531)* 142 Intenc//bat *B* 145 Deserat (s *in ras.*) *B* 152 uberē (*pro* ūbere; *cf. ad v. 311*) *V* 153 carnis L^1 154 com paga *V* 155 *fort.* vera 164 domnus *V apte, sed cf. v. 174* 165 crucis *V* 173 /rectis *V*

134 amictus *participium est, nisi forte liberius verba collocata sunt* ut amictus vestit, citius *(i. e. cito)* frigescit *(Landbertus).* 146 *i. e. carnis et sanguinis (cf. Paul. ad Cor. I 15, 50).* 149 prius: *sc. v. 143—145.* 151 *cf. Paul. ad Ephes. 2, 2.* 155 *cf. v. 393.* 162 *'anweisen', ut v. 170.*

'Te dominum' dicunt 'abbas fratresque precantur,
Hinc ut eas clemens et eorum visibus adstes'.
Qui rumpendo moras ad eorum limina venit.
Tunc pius allacrimans illi prosternitur abbas,
Atque simul fratres veniam de pectore poscunt:
'Sancte pater, nobis noxam de corde remitte;
Ignorando quidem, quae gessimus, acta fatemur'.
Haec dixere illi; sanctus Landbertus et illis
'Haec vobis dominus clemens indulgeat' inquit;
'Nam Paulus dicit: »Nudis et frigore tactis
Servitium domini digno de corpore constat«'.
  Continuo calidas ad aquarum ducitur undas, CAP. XV.
Vestibus atque aliis indutum semper honorant.
Perque manus iam perque pedes tunc oscula donant
Huncque dei ceu discipulum gaudenter adorant,
Ac sic illorum pulsabant sydera voces:
'Heu nunc, mi frater, quam heu, fratercule, nobis!
Nocte sub hac dominus cur nos celavit, ut essent
Cara deo nimium nobis haec abdita facta,
Nec sentire quidem fuimus nec cernere digni,
Eius ut ex meritis accrescat gloria maior
Et nos denigret diro stillamine torpor?
Mansimus expertes huius vexamine sancti'.
  Expletis igitur septem feliciter annis, CAP. XVI.
Ex quo coenobium iam dictum sanctus adivit,
Rumor habens alas Faramundum narrat abisse
Abiectumque foras, patriae ac de limine pulsum.
Tunc plebs et clerus sustollit ad aethera voces;
Et clamore preces volitare per alta videres
Nubila, lector, ibi tandem si forte fuisses.
Deposcunt ovium balatus undique mites,
Ut reddatur eis Landberti gratia sancti,
Pastoris prisci sub eorum vocibus apti.
Ista per alta meat, per rura, per infima cursat
Vox, penetrans omnes secreti flaminis aures.
  Tunc Pippinus erat princeps regionibus illis, CAP. XVII.
Ad quem fama viri celeri delapsa volatu
Intrat et exponit tanti miracula sancti.
Confestim princeps divino tactus amore
Iussit, ut eductum de cellae sedibus aptis
Pontificem sacrum plebis poscentibus odis
Restituant sedisque suae perdebita reddant.

---

174 prȩcantur *B*[1] *V* 175 astes *B V*[1] *(et sic B v. 161. 293. 466)* 180 fatemus *B* 186 bonorant *B*[1] 192 Cura *B*[1] *(corr. B*[2]*) L V* 197 annos *V* 199 Ru//mor (*eras.* bo) *L* 201 sustolit *V* 207 infi/ma *V* (*eras.* r ?) 213 altis *V; fort.* artis 215 *fort.* deperdita (*cf. v. 218*)

177 allacrimans *Verg. Aen. X 628.* 178 *et* 179 *'von Herzen'.* 183 *cf. vitam primam (AS p. 575*[e]*)* data sit vobis a deo indulgentia, quia tu non insipienter egisti, sed prudenter fecisti, ut Paulus dixit: in frigore et nuditate subicio corpus meum; *cf. Paul. ad Cor. II 11, 27.* 195 *i. e. maculet.* 196 *mansimus ignorantes hunc sanctum vexari.* 206 *unter ihrer Zustimmung eingesetzt (?)*

Ad caulas etenim sanctus dum ducitur urbis, CAP. XVIII.
Grex illi proprius claris exultat in ymnis
Collaudans dominum, qui perdita reddidit illis.
Late diffusis patriae per plana catervis
Inde per externas vicini regminis urbes
Maxima praegrandes dabat exultatio laudes,
Sancta quod almifici pastoris cura revixit
Et florens iterum verborum semina mittit.
Hinc igitur propria Landbertus sede receptus CAP. XVIIII.
Moribus eximiis et vitae clarus in actis
Vestiri studuit divinae tegmine vestis.
Hic indeficiens domini sub lege manebat.
Cuius nulla means suberat contagio carni,
Hanc quia divino iungebant frena timori;
Omnibus atque horis illi custodia plebis
Stabat et ad morsus mittebat tela lupinos.
Cor oculosque sui divina luce repleri
Poscebat cunctis humili sub pectore votis,
Ut domini plebem recto sub calle regendam
Eius sub manibus ducat sapientia mundam.
Non apud hunc viguit pravi persona potentis, CAP. XX.
Unde eliminium fuerat per tempora passus;
Sed, quemcumque bona cernebat degere vita,
Huic solamen erat ducens ex mente paterna.
Ille quidem vivens sancto sub flamine pauper
Pauperibus Christi tribuebat dona decenter;
Cumque monasteriis coepisset visere fratres,
Dans elemosinam caelestia praedicat illis.
Quicquid eis tribuit, Christo est tribuisse gavisus,
Mente quidem tractans, quod dixerit esse beatos
Christus eos, qui sunt m i s e r o de c o r d e vocati,
Clementes pariter quod sic clementia cinget
Ut veniam carpant omnis pro labe reatus.
Ille volebat enim vili sub veste videri, CAP. XXI.
Sed mens tecta fuit pretiosi stamine fili;
Non pompare suum care decorando sedile
Quaesivit, fulgens ornatu mentis honestae.
Cumque daretur ei fulgenti veste venustas
Maxima, quod saecli praecellens quaerit honestas,
Saepe retruncatam splendenti murice vestem
Induit et clarum mansuescere fecit honorem.

---

219 Latę (-ae) *BL* 220 regiminis *V* 223 misit *L V* (*ut* revixit; *sed rectius cura* revixisse et, *postquam revixit*, iterum semina mittere *dicitur*) 227 Hinc *Suysken* 228 carni/ *L* (*eras.* s ? *cf. ad v. 153*) 230 oris *L V* 235 *fort.* mundis 236 hunc (unc *in ras.*) *B* 237 eliminium (u *ex* o, *ni fallor, corr.*) *B*, climinium *V* fuerat (u *ex* n *corr.*) *B* 247 quos *B*, *male distinguens post* clementes; *cf. Matth.* 5, 7 beati misericordes, q u o n i a m ipsi misericordiam consequentur clementi ac uiget *V*[1] 250 fili] fuli *L*[1]

219 patriae *i. e. regionis; item v. 266.* 226 *cf. Iesai. 61, 10.* 228 means *i. e. gliscens.* 244 *cf. Matth. 25, 40.* 245 *cf. appar. crit. ad v. 247.* 246 misericordes ◡ ◡ ◡ – – *dicere per metrum dactylicum non licebat.* 253 *rectius dixisset 'vestem fulgentem maxima venustate'.*

Hic subiectus erat ferventi pectore Christo
Eius et ad laudem terreno munere praeco
Dignus honore sacro doctrina, lumine, verbo.
Corrector scelerum, rectorum dulcis amator,
Fortis in adversis, humilis per prospera pacis,
Iustitiae cupidus, recto non devius ulli
Nec terrore teri potuit nec munere frangi;
Carnem quippe deo casto servavit honore
Atque gregem proprium condigno pavit amore.
Sollicitus plebis patrias lustravit et urbes, CAP. XXII.
Confirmando fidem trino de nomine natam,
Ut patris ac nati sancto cum flamine numen
Esse deum credat, iam quisquis amaverit, unum.
Hic, ubi manabat miseris gentilibus error,
Obvius assistens firmabat pectora pastor.
Post, ubi paganis inerat vesania maior CAP. XXIII.
In tellure quidem, quae fert Texandria nomen,
Illuc intrepidus fidei fervore perunctus
Ivit et inspiciens falsorum fana deorum
Praedicat aeternis frangi debere ruinis,
Ut nova divinis fiant habitacula sanctis.
Hinc quoque sublato populis errore vetusto CAP. XXIIII.
Iam simulacra malis olim constructa sub annis
Praecipitata ruunt passim per rura, per urbes.
Tunc populi fremitus gentili voce redundans
Auditur multus; sed non perterritus astas,
Sancte dei Landberte, potens per verba, per actus.
Nam, quicumque prius succensi mente furoris
Advenere simul sanctum discerpere vivum,
Auditis fidei verbis de munere trinae
Abscessere satis Christo de corde fideles.
Usus barbaricus sic est abiectus ab illis.
Sanctus enim quam saepe ferens ieiunia sancta CAP. XXV.
Intulit in noctes tetris instantibus auris.
Saepe, suis cum visceribus conduceret escam,
Clarens rorifluam praebebat luna lucernam.
Ultima namque dies adstabat semper ocellis
Illius, unde bonum fecit certamine cursum.
Eheu musa canens, causas canitura doloris, CAP. XXVI.
Quis tibi flatus habet claras inducere voces
Inditus, extensis efflans hinc inde labellis?

---

257 Is *B in officio p. 10 D.* 258 prędo *BLV: corr. Reiffenberg* 261 humulis *B* pacib L^1 262 rector *V* 270 manebat *V* 275 phana *B* 277 diuinus *B* 279 simulachra B^2; *cf. ad v. 425* 290 insistentibus *V*

260 rectorum amator *i. e. amabat recta.* 262 recto non devius ulli: *er wich von nichts, das recht war.* 273 *de Texandria cf. Suysken p. 533 sq.* 285 simul *i. e. statim.* 290 intulit: *dehnte aus.* 293 *cf. vitam primam (AS p. 577^b)* ante oculos eius semper dies ultima versabatur. 294 *Paul. ad Timoth. II 4, 7.* 295—307 *ad exemplum alienum facti mihi videntur, praecipue v. 303; sed nihilominus hac mimorum commemoratione uti licebit.* 296 habet *i. e. potest.*

Stridula quae dulces effringet tibia cantus
Garrulitate, cavas mulcens tinnitibus aures?
Saltando coram quis et arridendo iocosus
Histrio gannitus extollet voce decoros?
Unde prius calamis afflabas guttura plenis
Spumanti facie mento vibrata subacto,
Inde redundantes adduces flaccida fletus
Emittens tremulam lugenti pectore vocem,
Attrectare necem cantu cum coeperis almam
Landberti sancti diro iugulamine caesi.
  Ergo propinquanti supremae fine diei — CAP. XXVII.
Cum sanctus domini deberet rite vocari
Sacris pro meritis decorandus luce perenni:
Ecce duo fratres (nam Gallus et inde Rioldus
Nomine sunt dicti) torta de faece liquati
Insurgunt pariter, per villas atque per agros
Ecclesiae famulos praedis et verbere pressos
Addicunt morti; qui non tolerare queuntes
Dedecus id notum per amicos perque nepotes
Efficiunt late Landberti praesulis almi.
Qui nimis audaces, tulit hoc cum fama, viritim
Accensi stimulis et cordis vulnere laesi
Atque irritati ceu crebra pericula passi
Non potuere pati tales, impune reverti
Sperantes, iusto tunc indignamine duci;
Assurgunt citius confisi mente vel armis
Atque adversantes mortis misere tenebris.
His etenim dictis sic deliquere coacti.
  Interea domui Pippini principis auctor — CAP. XXVIII.
Huius erat sceleris dictus de nomine Dodo,
In quo fidentes patriam vexasse putantur
Iam dicti fratres, eius de carne propinqui.
Fertur enim trito multis sermone, quod esset
Praesul Landbertus diris invisus amicis
Pravi Dodonis, pallens ob stupra sororis
Illius ad regem, quam rex cum coniuge viva
Ducebat pelicem, proculcans iura pudoris;
Hinc et Dodo suum plus exaltabat honorem.
Qui noscendo necem dictorum corpore fratrum

---

299 cauas *sic etiam V* hinnitibus *BLV: correxi, cum de Silii Italici, quem illi aetati fere ignotum fuisse constat, versu XII 182 male intellecto vix possit cogitari* 300 Satando *LV* iocosos *L*[1] 302 *fort.* gutture plenas *V* 303 faciȩ *BLV* 304 redantes *B*[1], reduntes *L*[1] 307 sacri *B* 308 suppremae *LV* (*itemque v. 345*) 311 Eecce *B* idē (*pro* Ide; *cf. ad v. 152*) *V* 314 passos *LV* 330 retro (*sic*) *V* quo *B*[1], quud *L*[1] 331 inussus *V* 334 pelicē *praeter* p *in ras. rubro colore scripsit V*[1] 336 nec est *BV*, nec ē *L*: *correxi* (neces *Suysken*) *fort.* pectore

302 unde *et* 304 inde *i. e. a sancto Landberto, sc. exorsa?* 312 torta de faece liquati: *rein ausgepresste Hefe.* 322 duci *('hingehalten würden') nec statim feriri* indignamine iusto. 325 dictis *i. e. supradictis.* 332 pallens *i. e. sich erbossend.* 333 cum coniuge viva, *ut concubinatus adulterio cumularetur.* 335 hinc: *sc. ex consuetudine, quam sorori suae cum rege esse sciebat.*

Sat memor in dictis, quae sunt de carne sororis,
Praesulis exitium coepit disquaerere sacri,
Explorando vias, quibus hunc occidere posset
Atque illos pariter, noxae quos fama dedisset.
  Contigit ergo virum caelesti munere dignum CAP. XXVIIII.
Urbi vicinas extra secedere partes;
Venit et ad villam, quae Ledgia nomine fertur,
Ignorando diem, quae vult adducere finem
Ultima supremum, caelos quando esset iturus,
Corporis et claras quae sit clausura fenestras
Eius et excelsis illum iunctura catervis.
Quod cum praescirent pravi Dodonis amici
Se sub agenda parant insanae mentis, et inde
Ipse suique simul laxantes corda furori
Insurgunt animis peramara mente subactis;
Complicibus iunctis pergunt ad funera patris:
Carnificem saevo se sic habet agmine Dodo.
  Ecce propinquantes praecingunt tecta domorum; CAP. XXX.
Et tunc, Landberti quo sunt habitacula sancti,
Supra conspiciunt crucis admirabile signum,
Auri ceu puri radiis fulgentibus instans.
Ex his paenituit quosdam, post tempora quorum
Notificata manent dictis haec signa decoris.
Post igitur rupere moras; tunc Dodo suique
Quod coepere doli, peius peperere dolori.
Instantes obiter valvas muniminis intrant,
Disruptis claustris sat iam per aperta meantes.
Tunc socii famulique domus dictique nepotes
Arreptis gladiis forti virtute resistunt
Et sic exsuperant, ut eos extra atria cogant.
  Tunc domini sanctus robusto pectore sumptis CAP. XXXI.
Armis militiae ceu pugnaturus adesse
Coepit; et hinc secum Christi mandata revolvens,
Non decuisse virum sacris altaribus aptum,
His ferramentis ut se praecingat et armis,
Nec iam terreri sub eis, qui corpora caedunt,
Qui nullis animam possunt occidere telis,
Arma solo tribuit; se paenituisse notavit,
Haec quia suscepit, Christi cum miles adesset.
Hinc est fama volans tensis sublimiter alis,
Quod dixisset enim sanctus sub famine mentis,

---

338 sacrum *BLV*: *correxi*   343 legia *LV*   345 *fort.* caelis; *cf. p. 157 adn. 2, 4*   346 quod sit *BLV*: *correxi (an* Ignorando, dies quod *v. 344?)*   362 Instanter *LV*   intrant *B*: instans *LV*   363 s/at *B*   366 exuperant *V*[1]   eos] et *B*[1]   369 at *ne conicias, hanc particulam in toto carmine non inveniri moneo*   Christi *B, quod magis ex usu huius poetae est*: domini *LV*

337 *von gutem Gedächtniss, wo es sich um die seiner Schwester wegen ihrer Unsittlichkeit (*de carne*) gemachten Vorwürfe handelte.*   340 *die das Gerücht der Kränkung (als deren Urheber) nannte.*   343 *Lüttich (Liège).*   349 *wahnwitzigen Sinnes.*   358 *quorum dictis postea haec signa decoris notificata sunt.*   362 *incumbentes deorsum proculcant.*   370 *Matth. 26, 52.*   372 *Matth. 10, 28.*

Annis se septem voluisse reducere poenis,
Si vitalis ei ferretur corpore flatus.
Inde suis tribuit mandata nepotibus ista: CAP. XXXII.
'Vos nolite manus inducere telis,
Sed potius factam per vos agnoscite culpam.
Sponte quidem dignam nunc vobis carpite poenam;
Est etenim iustum carnem coniungere flagris,
Ex qua probra ruunt laxis in corpore venis,
Spiritus ut possit salvari luce perenni,
Qui de caelorum descendit sede nitenti.
Quod deus hic punit, iam bis non iudicat ipsum
Et peccata quidem nulli sine verbere donat.
Haec ait et cellam cunctos exire coegit
Et sua membra solo crucis in velamine pressit
Orans, ut Christus, cui se devovit habendum,
Se cito perducat paradisi ad gaudia laetum.
Carnifices rursus stabilito robore iuxtim CAP. XXXIII.
Currentes obiter cuneata per agmina mixtim
Fortius irrumpunt postesque ac limina frangunt
Et, quos inveniunt, confestim nubibus addunt.
Expavit nimium telis volitantibus aura
Ac de conspicuis visa est nudata teristris;
Sic et tristis erat pallens nebula tenus aer,
Ut male siccatis non flumina promeret arvis,
Hoc est omnipotens fidei documenta malignis
Nulla daret, quia salvandos non esse videbat.
Cellam tunc adeunt, orans qua sanctus habebat CAP. XXXIIII.
Indita membra solo, manibus sub sidera tensis,
Dissolvi cupiens claro et sociamine Christo
Coniungi melius pensabat pectore puro,
Sicut, Paule, tuis promuntur verba loquelis.
Unus et ex illis scandens super ardua cellae
Hunc telo figens auxit sibi vulnera culpae:
Sic animam claris caelorum reddidit astris,
Quam sacer angelicus deduxit ad aethera coetus.
Cuius enim sacrum post tanta pericula corpus CAP. XXXV.
Navicula positum paucis redeuntibus inde
Ducitur evectum proprios ad sedis honores.

---

381 manus ⟨vestras⟩ *Suysken (cf. vitam primam AS p. 578*[a] melius est carnes vestras ad lacerandum tradere et manus vestras servare innoxias, ut spiritus vester salvus fiat in aeternum); *nisi forte ad* telis *pertinuit epitheton interceptum* (*e. g.* vetitis), *quod suadet structura versus* man'//inducere *L* 384 flagris *in ras. V*[1] 388 iam. bis *V ('sic interp. m. 1 rubro colore' Koch)* 393 p/aradysi (*eras.* r) *B* 394 uixtim *(versus totus, ut passim in capitum initiis, uncialibus litteris scriptus est) L* 395 mixim *V* 397 nudibus *BLV: corr. Suysken (i. e. 'caelo' vel 'astris' ut v. 411. 536; 'manibus' male interpretatur Reiffenberg); erroris causa videtur vox* nudata *v. 399* 399 terristris (*sic*) *V*

378 *'er wolle sich zur Strafe auf sieben Jahre zurückziehen';* voluisse *(pro* velle*) ad* dixisset *assimilatum.* 388 *sq. cf. vitam primam p. 577 f* nescitis, quod deus non iudicat bis peccatores nec peccata dimittit iniudicata? 393 *cf. v. 155.* 399 theristris *i. e. serenitate; nihil eiusmodi in prima vita invenio.* 400 *usque ad nebulae effusionem.* 401 male *i. e. valde.* 402 *pluviae ex sereno repente ortae malum omen sunt.* 408 *cf. Paul. ad Philipp. 1, 23.* 411 *cf. v. 536.*

Cui cum rite sinum coepisset pandere portus,
Maximus auditur per rura, per oppida luctus,
Ivit quod sic vir pretiosus ad aethera martyr.
Complosis manibus dum fertur clamor ad alta,
Cauta timoris erat sonitum restringere causa.
Hinc feretro ponunt et id ad sublimia ducunt
Sedis, ubi Petrus suscepit apostolus illud.
Tunc clerus populusque sacris sic questibus orant,
Ut noctem vigiles divinis laudibus addant.
Non id sunt ausi proprio decorare sepulchro:
Callentes patrio statuerunt ponere tapho;
Tunc plus ossa patris sacrantur ab ossibus istis.
  Exin praeclaris anglorum vocibus almum CAP. XXXVI.
Ecclesiae templum reboabat dulce canorum.
Ut subtilis erat dicti vox praesulis alma!
Illuc vicini multo admiramine ducti
Saepius accedunt et, quid sit, noscere quaerunt:
Qui sint, quidque canant, vel quae sint munera vocis.
Sed tunc interius proprios extendere visus
Dum cupiunt, ea vox tenui subducitur aura,
Ut solet audiri cum vas contingitur aeris,
Et sonus assurgens paulatim ducitur astris.
Sed docte dum se retrahunt, ut longius essent,
Dulcibus auditu resonabat vocibus aer.
Solibus in primis mansit celebratio talis,
Alme, tuo, Landberte, loco caelestibus ymnis.
  Hunc igitur sanctum dominus clarescere multis CAP. XXXVII.
Decrevit signis, virtutibus inde notatis,
Postquam dicta super stilus ascribendo peregit,
Ostendens mitem sacro de praesule finem.
Quas non nostra suis audet contingere plectris
Calliope ludens, quia sunt miracula summi
Patris, ab excelso qui conspicit omnia gyro,
Est et ei vilis stulti sapientia mundi.
Sed, quod fama bonis ingesserat auribus olim,
Illud enim pangam pressis sub pectore fibris.
  Illa piam ducens per celsa, per infima vocem CAP. XXXVIII.
Non reticere valet, pretiosus corpore martyr,

---

416 Qui *BLV: corr. Suysken (cf. v. 537)* 417 maxima *V* 421 id *om. V* sulimia *V* 423 populus clerusque *LV; in re dubia ut codicem B sequerer, commotus sum prima vita AS p. 579*[a] quem inditum in basilicam s. Petri deferunt clerici cum hymnis, populus cum lamentis. 424 noctes *V*[1] 425 sepulcro *B; item v. 540* fulcro *B; cf. ad v. 279* 430—439 *habet Stephanus Leodiensis AS p. 588* (Illuc, quidque, subducitur; *sed v. 438* At) 431 Illic *B* 433 quidve *Suysken* uoces *V* 435 subducitur *sic BLV* 436 uas (a *in ras.*) *B* 437 sumus *L*[1] 440 imprimis *V* 441 Sancte *B in officio p. 13 D.* 453 Non reticere valet: 'pretiosus corpore martyr'. Illius ergo *etc. Suysken et Reiffenberg; unam periodum effeci, cum capiti inscriptum sit* 'de fama piorum'; *cui explicationi quod obesse videtur* ergo, *metri causa inculcatum puto, ut* nam *et* enim *(cf. ad v. 10)*

419 *cf. C. Sittl, die Gebärden der Griechen und Römer p. 19*[1]. 421 id *(ut* illud *422,* id *425) corpus.* 422 *sc. basilica s. Petri; cf. app. v. 423.* 438 *cf. v. 378;* docte *i. e. prudenter, cognoscentes se nihil indagare posse.* 442 *multum temporis inter vitam pedestrem et poetae actatem intercessit.* 443 signis *et* virtutibus. 446 'quas *virtutes*'. *Reiffenberg.* 449 est *pendet a* quia *particula (v. 447).* 451 *non pleno pectore, sed breviter.*

Illius ergo sacer coram cum finis adesset
Et sumptis armis voluisset miles haberi
Hinc et pensasset cordis libramine recti
Abiectis armis ut se prosterneret arvis,
Quod se dixisset septem gestare per annos
Poenituisse bonum, carni si vita maneret,
Cum se ferre deo sacris deberet in ymnis
Et non militiae nimium crudelibus armis.
  Unde per hos septem tacito sub tempore iussa CAP. XXXVIIII.
Nulla revelando de se facienda iubebat;
Sed post expletos iam dicti temporis annos
Advenisse viro clarus narratur eidem,
Qui tunc clavigeras adstabat reddere curas
Ecclesiae sacrae. Sic tunc coepere loquentes:
'Unde venit dominus multis non visus ab annis?'
Ille quidem 'Fuimus Romam iam visere;' dixit
'Sed nunc tempus adest et nos idcirco venimus, CAP. XL.
Dignae mercedis, frater, quo Dodo suique
Praemia suscipiant, dominis et debita reddant,
Se quibus addiderant studiis servire malignis.
Nunc tu vade celer, Dodoni et talia defer:
»Audito, princeps: exhinc sermone vocantis
Ibis et ante deum rationis famina pones,
Per te cur tetigit Landbertus limina mortis«.'
Nuntius advenit, Dodoni et talia promsit;
Dodo furens voluit super hunc efferre mucronem,
Ille sed evasit domino salvante reductus.
  Tunc tremuere nimis dirae praecordia mentis, CAP. XLI.
Humor ab internis turpi maculamine tractus
Advolat, atque ruber fluvialiter exiit imber;
Disrupti iecoris bilis est exire coactus,
Pectore concusso coepit se pellere tabum,
Atque per os putridum miseri Dodonis ab intus
Erupere foras fetentis turpia ventris.
Huc illucque ruens insano fine peremptus
Sicque animam miser exhalans inferna petivit.
  Eius et ex sociis plures insania pressit, CAP. XLII.
Turpiter ac rapuit raptosque ad tartara misit:
Exemptis alii gladiis sub caede vicissim
Ad priscos redeundo patres inferna revisunt;

---

456 pensabat *LV, qua lectione recepta tantae turbae nascuntur, ut nec corrigendo nec transponendo tolli posse videantur; recepi igitur lectionem libri B, quamquam interpolationis movet suspicionem* (quod *ut v. 377 a famae notione pendet) fort.* recto 473 adiderant *V* 475 exhinc *sic BLV* 478 et dodoni *LV; cf. v. 474, et* advenit *perfectum potius videtur ut* prompsit promisit *V* 479—516 *folio execto in B desiderantur* 481 mentris *L* 485 sepellere tabo *LV: correxi* 492 exemptis *sic LV* uiscissim *V*

458 *se gestare (velle) poenitentiae bonum; cf. v. 378.* 462 *in vita prima p. 579[e] eadem res narratur, nisi quod ibi Landbertus Amalgisilo thesaurario post annum apparet.* 472 dominis: *sc. daemonibus.* 475 sermone vocantis *dei.* 493 *maiores enim eorum utpote pagani aeterna poena damnati erant.*

Daemoniis alios diro et clamore fragosos
Mors sibi succensis Ethneis indidit oris;
Ille quidem, qui non timuit configere telo
Sacrum pontificem, fraterno cuspide fossus
(Heu sibi) perpetuis mansurus in ignibus ardet.
Dodonis socii tali sunt fine perempti.
Post aliquos igitur currentis temporis annos CAP. XLIII.
Praesul Landbertus noctis per somnia visus
Divinae fidei fidis constanter amicis
Saepe revelavit, proprium quod corpus haberi
Vellet, ubi caelis animam commiserat almam;
Iussit, et hoc fieri repetens expressius infit.
Comperit hoc praesul Hucbertus nomine dictus,
Almi pontificis rumor quia talis habetur,
Cuius discipulus fuerat karissimus olim.
Collectis populis et clarae civibus urbis
Praesulibusque sacris regno ac primoribus aptis
Pergunt ad tumbam pretiosi martyris illam.
Quae reserata bonos flagrans sic sparsit odores,
Plebs ad divinos magis ut se ferret amores.
Tunc vox apta sacris lunares concitat orbes,
Clarus et astrigeris sic movit laudibus aer
Sydera demulcens, lacrimis ut cuncta maderent.
Hinc etenim corpus solida cum carne repertum CAP. XLIIII.
Suscipiunt sacris alte volitantibus ymnis.
Tunc urbs maestitiam conectit laudibus atram,
Quod se conspiciat visu custodis abactam;
Grex ovium luctus altis balatibus addit,
Quod se desertum pastoris cura relinquit.
Coeptum ducit iter plebis veneratio mitis
Et comitantur idem crebris miracula signis.
Sic adiere locum sancto dormire paratum
Carnis et illius roseo de rore perunctum.
Illius inde loci plebs assurrexit ovanter CAP. XLV.
Et sua largifluis ornare cubilia donis
Maturat satagitque, sacros ut spargat odores.
Tunc altos audire fuit per compita cantus,
Dum tuba mugitus per devia quaerere claros
Bombica temptaret ringentibus undique musis;
Stridula carpsit iter resecare per alta canoras
Tibia rite vias. Tali Landbertus honore

---

495 ethneis *scripsi*: ethncis *V*, *ex L ad editionis Leodiensis lectionem* et lineis *nihil adnotavit Hampe; Aetnaeae orae peccatoribus succensae pro gehenna dicuntur* 497 fossis *V* 498 in ignibus *sic LV* 499 fine *sic LV* 500 aliquos *sic LV* 510 ac *L* (*i. e.* ac primoribus regno aptis): a *V* 512 resarata *L* flagrans *sic LV i. e. fragrans* 513 Pleps *L* (*itemque v. 201. 527*) 514 excitat *L*[1] 519 urs *L*[1] conectat *LV* 524 crebis *V* 528 domus *V*

494 *infolge (in sie gefahrener) böser Geister mit Geschrei polternd;* et *quarto loco positum est.* 497 *sq. sententiae acumen in participio inest.* 514 *ad sepulchrum Landberti praeter cantus plebis christianae etiam angelorum cantica (cf.* astrigeris laudibus *v. 515) audita esse tradit vita p. 580*[a]. 521 *cf. v. 204.* 530 fuit: *cf. Roensch p. 363.* 531 *cf. Fortun. V. M. IV 535.* 533 *cf. v. 298.*

Martyr et eximius deductus ad intima praesul
Carne quiescit ibi, vitam quo reddidit astris;
Cui terrae populus gemmis auroque nitentem
Egregiam struxisse domum signatur et aptam,
Munera muneribus iungens et praedia donis,
Mausolium comens et dans laquearia fulchris.
Quam domini Christi sic lux virtutis honorat,
Ut sibi Landbertum dilectum munere promat.
  Pontifici Stephano sit laus et gloria sacro,
Cuius praecepto dicta haec sunt fulgida metro;
Nominis et claram carpat de voce coronam.

YMNUS SANCTI LANDBERTI.

1. Fulges salvifico nomine martyr,
Custos ecclesiae pastor et almae,
Munis atque regis quam vice Petri,
O Landberte, gerens proelia Christi.

2. Defensor patriam climatis huius
Compsisti rosei sanguinis undis,
Hanc ut caeligenis iungere possis,
Tempus cum fuerit currere caelis.

3. Tu nos a viciis carne coactis
Ac vinclis pariter solve malignis
Deposcens dominum, quo regat aptos
Nos et laetificet pace potitos.

4. Hoc largire, pater luminis omnis
Natum per proprium flamine sancto
Qui tecum liquida vivit in aethra
Regnans ac moderans saecula cuncta. Amen.

VERSUS IN LAUDE BEATI LANDBERTI.

Praesulis egregii Landberti laude perenni
Laetificus volitet cantus per saecula mundi.
Exterior visus conducens intima cordis
Sufficit his levius, quod vix captatur ab illis.

---

535 infima *L V* 537 Qui *BLV: corr. Suysken (cf. v. 416)* 540 Mausolium *sic BLV* 543—545 *alia manu eaque senili scripti sunt in B; cf. praef.*

Ymnum sancti Landberti *habent BL* LANTBERTI *B* 1, 1 alme *L* 4 landberte *sic BL* 3, 3 qui B^1 4, 1 *sqq. exciso folio post f. 140 perierunt in B; ex L descripsit Hampe* 3 liquida vivit *scripsi (cf. Verg. Aen. VII 65; Ovid. rem. 6, metam. I 67; Sil. Ital. IV 103):* uiuida uiuit *L*

Versus in laude beati Landberti *habent BLV* LANTBERTI *BV* 2 saecula] *fort.* climata; *cf. ad Hrotsv. Gong. 303* per vasti volitans cito climata mundi (*ita pro* machina *legendum est*) mundi *in ras. ss.* L^1 4 Suffit *B*

536 *cf. v. 411.* 545 *de etymologia cf. praef. ad Hucbaldum.*

2, 4 *cf. Abbonis versum II 570 supra p. 114 ex codice emendatum et Audradi Modici verba vol. III p. 87 v. 57* caelo comitantur euntem.

Quando vides stellas, aliud sentisce per illas:
Sit tibi sol Christus ceteris dans lumina solus;
Ecclesiae normam teneat Lucina; per auram
Vocis apostolicae Maiugena fabilis ore,
. . . .
Ignis martyrii Martis meditetur ab igni;
Saturnus sobolem delens det virginitatem;
Ipsa Venus poterit conventos reddere dignos.
Aethera dum cernis veluti gemmarier istis,
Caelestem Solimam ◡ ◡ – sic percole nostram.
Eptas haec eadem, qua connumerantur eaedem,
Flaminis almifici propinat munia laudi.
Haec candelabra sunt septem quae stantia praesunt
Ante dei sedem; crevit simmista Iohannes.
Fidus sic animus teneat, sic vernula verus
Respuat ac falsos errorum dogmate doctos,
Qui sibi hos dominos malebant dicere divos.
Liba quod apposuit puro de semine nostra,
Hoc super almifluum protendit vertere nostrum.
Praecluis ille pater Landbertus nomine noster
Syderibus totidem nostram stellaverat aedem
Scilicet ecclesiam, matrem quam credimus unam,
Cuius germineam protraxit serpere prolem
Stercore componens, multo madore lomentans,
Quotenus, ad dominum ferretur solvere fructum,
Iussa sit e meritis arbor bona stare perennis.
Partes quas tetigit, solis de lumine sanxit;
Lunificans noctes, tenebras disiecerat omnes;
Instituens plebes fecundos sparserat imbres;
Martyrio palmam semper quaesiverat aptam,
Necque recusaret confessor sique maneret.
Perviguit castus, pollens ceu flore pudicus;
Foedera coniugii haud dampnans extitit ulli.
Instar nempe poli mundum redimiverat arvi;
Rursus ab humanis caelum pulchraverat ipsis:

---

5 *sqq. in planetarum allegoria excidit mentio Iovis, idque post v. 8, ubi constructio inconcinna fit; rectum fuisset e. g.: 'per Maiugenam intellegitur vox apostolica, per Martis ignem ignis martyrii'* 11 conuentos *sic BLV* 12 ueliti *V* 13 pariter *add. V* 14 heędem *BLV* 15 Flaminis *sic BLV* 16 p̄sunt *sic BLV* 19 dictos *L*[1] 21 pura *V* 22 protendit *sic BLV* 26 protraxit *sic BLV* 27 *fort.* multoque lem̄tans (*sic*) *BLV*: *correxi coll. glossa Sangermanensi* lomentare] abstergere lomento vel smegmate *(cf. Du Cange s. v.; apud Goetzium non inveni); nam quantitas syllabae primae falsa in verbo raro offensioni non est apud eum poetam, cui vel* ceteris *(v. 6) anapaestus est* 30 dii *V* 33 quęsiuerāt *L* 34 Hecque *V* sicque *V* 36 illi *V* 37 redim(u)erat *L*, redim(ue)irat *V* 38 Cursus *V*

5—11 *cf. carm. cap. I (p. 143)* 7 *i. e. Luna; cf. Abbo II 575.* 15 *Paulus donationes spirituales septem enumerat in ep. ad Rom. 12, 6 sqq. (novem in ep. ad Cor. I 12, 8 sqq.)* 17 *apocal. 1, 12; cf. p. 76.* 18 vernula *dei, non planetarum* dominorum *(v. 20).* 21 *(qui non est leoninus) et* 22 *non intellego.* 28 *quotenus (i. e. ut), (si) ad dominum ferretur (i. e. nuntiaretur) fructum solvere (arborem), arbor iuberetur e meritis stare perennis (i. e. in perenne).* 34 *sed ne id quidem recusaret, si (a martyrio exclusus) confessor maneret; alterum* que *abundat.* 35 ceu *i. e. et?*

Arva soli caelum, sic caelum fecerat arvum.
Namque fides valuit tantum, quam pectore gessit,
Omnia quod fecit, quae mens pro velle poposcit.
Materies rerum vivax excepit agendum
Illius imperium, dum noverat ore digressum.
In reliquis fandum potis est quid prodere laudum?
Non capitur sensu nec quitur prendere dictu,
Quantus tunc fuerat, qualis per cuncta manebat.
  Haec tua, haec tibi sunt, o Ledgia, haec tibimet sunt;
His super astra sedes, caeli super ardua splendes.
Et procul a terris absens ex asse vocaris.
Hanc tibi iam, paradise dei, solam meritasti:
Nulla tibi compar, nisi constat haec tibi compar.
O quam dulce solum, quam dulcis gleba per arvum!
Quas tibi quasque vales dignas tibi fingito laudes;
Tum sursum vocites iusumque iuvamina clames,
Magnificent dominum quo tecum cuncta per aevum,
A quo tantus honos tibi cessit iure per annos! Amen.

FINIUNT VERSICULI.

---

41 ꝑuelle *sic BLV* 44 quid // prodere *L* *fort.* quis promere *i. e. quis potest in reliquis fandum ('das zu sagende Mass') laudum promere?* 45 Nec *B* 47 legia *B*¹ 54 Cum *V* lusumque *BLV: correxi; cf. ad s. Benedictae vitam Laudunensem, de sole 26* 56 Amen *om. B (totam subscriptionem om. V)*

42 materies rerum: *die Natur.* 45 *nec dictu comprehendi potest.* 49 ex asse: *ganz und gar, nicht nur teilweise.* 50 solam, *sc. comparem.* 51 *cf. Abbo I 1—9.* 53 tibi quasque *(i. e. omnes),* quas vales laudes *(sc. tibi fingere),* tibi *(emphatice repetitur)* fingito *(utpote)* dignas.

RADBODI CARMINA.

Radbodus[1] *nobili genere*[2] *in pago Lomacensi*[3] *ortus apud Guntherum Coloniensem archiepiscopum, avunculum suum, institutus est*[4]. *Quo deposito Caroli Calvi adiit palatium*[5], *magistro usus Mannone*[6], *sodalibus Stephano et Mancione, qui postea alter Leodiensi, alter Catalaunensi ecclesiae praepositi sunt*[7]. *Carolo defuncto cum suos visitavisset*[8], *iunctus Hugoni abbati s. Martini Turonensis, qui avunculus erat Caroli Calvi, philosophiae studuit*[9]. *Tum vero, postquam Ogelbaldus*[10], *Traiectensis ecclesiae episcopus, a. d. VII. Kalendas Octobres a. 899 decessit, ipse a clero et plebe exposcitur*[11] *et ab Arnulfo, non multo antequam ille et ipse moreretur, confirmatur*[12]. *Danorum autem invasionibus episcopali sede relicta Daventriam transmigrare coactus est, nec redire ei licuit Traiectum nisi visitandi gratia*[13]. *Tamen ecclesiae suae multum profuit, quippe qui a Conrado rege impetraret, ut privilegia regia, quotquot inveniri poterat, ei confirmaret*[14]. *Decessit a. d. III. Kalendas Decembres a. 917*[15].

---

1) *Sic (vel* Ratbodus*) nomen scribitur in vitae (SS. XV 1 p. 568 sqq.) codice Haagensi, et in carminum codd. Cottoniano, Berolinensibus, Palatino;* Rabbodo *i. e. Radbodo (cf. SS. XV 1 p. 569, 14 et DD. I p. 23, 1) in Gandensi.* 2) *Cf. vitam p. 569, 8* ab inclitis Francorum parentibus et christianissimis editus; *p. 569, 13* dux quoque Fresonum Radbodo suae matris attavus extitit. 3) *p. 569, 43* suos visitaturus patriam rustice Lomochanum *(Namur)* nuncupatam adiit; *nisi* patria *ibi pro regione dicta est.* 4) *p. 569, 16* florem vero primaevae iuventutis apud Guntherum Agrippinensis ecclesiae praesulem, qui eius avunculus extitit, sub ferula scolae degens edomuit. 5) *p. 569, 17* sed praesuli non succedentibus prosperis, tamen nequaquam ad animae damnum, ut credendum est, puer .... Karoli regis Francorum, filii quoque Lothowici imperatoris adiit palatium; *de Gunthero deposito v. Duemmler, Ostfr.*[2] *II 68.* 6) *p. 569, 22* huius gymnasii curam Manno philosophus freno sapientiae regebat. 7) *p. 569, 23—29 cum Waitzii nota*[*]). 8) *p. 569, 42* postquam vero Karolus hominem exuit, sub quo sanctus vir annos adulescentiae transegit, suos visitaturus patriam rustice Lomochanum nuncupatam adiit. 9) *p. 569, 43* quin et Hugoni summae dignitatis abbati tunc temporis et abbatum praecipuo iunctus palmam philosophandi prae ceteris extulit, tam dialecticis quam rhetoricis insistendo sollerter argumentis. 10) *De nomine et die cf. Holder-Egger p. 570*[1]; *p. 570, 4* interea contigit Egilberto *(sic)* praesule carnis debitum solvente Traiectensem ecclesiam pastore viduatam existere. 11) *p. 570, 6* fit non sine nutu dei unanimis concordia tam cleri quam plebis, hunc virum meritis approbatum sibi in patrem exposcere. 12) *p. 570, 8* quin et rex Arnulphus, qui tunc regni gubernabat habenas, eius et (principes), laudanda sancti viri opinione delectati, ad idem non sine nutu dei divinitus admoniti tractabant in commune; *mortuus est Arnulfus incertum utrum a. d. III. Kal. Decembres an a. d. VI. Idus Decembres a. 899 (cf. Duemmler, Ostfr.*[2] *III 473 adn. 3).* 13) *p. 571, 7* episcopali vero sede Danorum persecutione Traiecto desolata Daventriae sedem ipsius elegit, Traiectensis non immemor sedis ...; quam cum saepe temporis opportunitate data pace viseret. 14) *Cf. DD. I p. 23.* 15) *Cf. Holder-Egger p. 571*[c] *adn. 2.*

Radbodi quae habemus carmina, ea omnia fecit, postquam episcopus factus est; cuncta enim in codicibus vindicantur Radbodo *(vel* Rabbodoni*)* s. Traiectensis ecclesiae famulo, *cum ea autem Radbodo nihil ante electionem fuerat necessitatis. Quae ita ordinavimus, ut inciperemus ab epitaphio illo, quod sibi ipse Radbodus scripsit, additis eis quae de anno 900 ille praemisit eisque versiculis subiectis, qui subiunguntur in codice Cottoniano Tib. C. XI saec. X ineuntis (= C) quem Carolus Hampe denuo excussit (cf. N. A. XXII 634).*

Sequuntur officium in translatione sancti Martini *ex antiphonario antiquissimo Traiectensi (bibl. univ. 406; cf. Tiele, catalog. a. 1887 p. 139, qui iniuria codicem saeculo XII° vindicat) et* in translatione s. Martini sequentia, *quae cum et ipsa in Traiectensi codice 413 saec. XIV (cf. Tiele p. 140) fol. 174 legatur, Duemmlero Radbodi esse videbatur; utraque diligenter ed. Moll, kerkhist. Archief III 215 sqq., de sequentiae editionibus v. U. Chevalier, repertor. hymnol. num. 2142. Nam, quamquam hymnos, sequentias, officia in hoc poetarum corpus recipere non solemus, officium illud tamen dignum erat, quod inter Monumenta Germaniae historica ederetur, cum in eo res ad annum 903 pertinentes tangantur eiusque verba Radbodus moriens repetiverit, quoad lingua moveri potuit. Tum vero non erat, cur sequentiam excluderemus. Utrumque codicem ipse Berolini adhibui (= U).*

Quarto et quinto loco posuimus carmina apostolis Fresonum dicata, Swidberto et Lebuino. Swidbertum primi ediderunt Bollandiani (Mart. I 85 sq.) ex codice olim s. Maximini Trevirensis (cf. Th. Gottlieb, über mittelalterl. Bibl. p. 346, 97) nunc Gandensi 507 saec. XI fol. 101 sq. (cf. St. Génois, catalogue des mss. de Gand p. 378; = G); codicem optimum huc missum ipse excussi et glossas descripsi; usus praeterea sum collatione V. Cl. H. Pirenne, quam ille intercedente V. Cl. A. Wagenero fecerat. Primus adhibui codicem Berolinensem cartaceum theolog. 4° n. 141 saec. XV (= B), qui fol. 252 carmen continet omissis glossis; hic liber ubi scriptus sit, inde cognoscitur, quod p. 326 legitur genealogia comitum Clevensium usque ad Adolphum ducem et comitem, *qui* obiit anno 1448, *cui alia manus addidit Iohannes duos, filium et nepotem; p. 328* nomina archiepiscoporum Coloniensium *usque ad* Theodericum de Moirs *(1414—1463), continuata saec. XVI* ad Hermannum de Weden *(i. e. Wied, 1515—1547, † 1552); p. 329* nomina episcoporum Paderbornensis civitatis *usque ad* Rembertum Kerzimbrock *(1547—1568), continuata saec. XVII ad* Ferdinandum de Furstenberg, obiit anno 1683 26. Iunii.

Ad Lebuinum recensendum praeter cod. Berolinensem membranaceum rescriptum theolog. 4° n. 142 saec. XV fol. 195 sqq. (= B) glossis instructum, qui a. 1825 mense Septembri Dusseldorpi emptus est, praesto erat editio Suriana (de probatis sanctorum historiis VI p. 1070 sq. = S), quae num ex alio libro facta sit, dubitari potest, quoniam ea, quae maxime discedunt, Surius interpolavit, minora autem aut emendata aut casu peccata esse possunt.

Extremo loco posui versiculos satis elegantes de hirundine, quos ab E. de Thraemer ex codice Palatino 1564 saec. X fol. 149' non ita diligenter descriptos primus edidit Duemmler (Z. f. d. A. XIX p. 388 sq.; cf. ibidem XX p. 116); ego novo apographo usus sum, quod fecit Ioh. Schmidt professor Regimontanus b. m.

I 1.

Anno ab incarnatione domini DCCCC apparuit in cęlo mirabile signum. Stellę enim visę sunt undique tamquam ex alto in orizontis ima profluere, circa poli cardinem omnes fere inter se invicem concurrere. Quod prodigium secutę sunt tristes rerum kalamitates: aeris videlicet maxima intemperies crebrique ventorum turbines, fluminum

I 1 3 omne C *(teste Pertzio)*

quoque terminos suos transgredientium terribilis quędam quasi kataclismi imago et (quod his pestilentius est) dirę hominum adversus deum se extollentium tempestates. Hoc eodem anno, priusquam tamen epactę mutarentur, Folko Remorum metropolitanus et Zvendiboldus rex interfecti sunt, ac non multis antea diebus ego peccator Radbodus inter famulos sanctę Traiectensis ęcclesię conscribi merui; atque o utinam cum eisdem ęternę vitę consortium merear adipisci. Hoc ergo erit epitaphium meum:

DE VIATICO CHRISTI.

Aesuries te, Christe deus, sitis atque videndi
Iam modo carnales me vetat esse dapes.
Da modo te vesci, te potum haurire salutis;
Unicus ignotę tu cybus esto vię
Et, quem longa fames errantem ambesit in orbe,
Nunc satia vultu, patris imago, tuo.

II.

ITEM ALIUD DE POSCENDA PECCATORUM REMISSIONE.

O deus omnipotens, cuius pietate redemptus
Subsistit melius quam generatus homo,
Respice me miserum peccati mole gravatum
Et nimio pressum pondere, Christe, leva;
Ereptumque gregis dira de sorte sinistri
Iudicii inter oves tempore siste tuas.

III.

ITEMQUE ORATIO AD SANCTUM MARTINUM.

Sis pius, oro, mihi, Martine, habitator Olimphi;
Solamen miseri sis pius oro mihi.
Porrige, queso, manum, ne me trahat ecce profundum;
Portus navifragûm, porrige queso manum.
Imminet umbra necis: nunc nunc mihi proximus assis;
Res nimium tristis: imminet umbra necis.
Eripe me tenebris, Cocyti et subtrahe flammis;
Dilector lucis, eripe me tenebris,
Me quoque redde polo, regnum quo permanet agno;
Qui frueris cęlo, me quoque redde polo.

I 1 5 teminos *C* 11 de uiatico Christi *inscriptionem distinxi* 13 carnalis *C* 16 ambesit *lapsus ipsius poetae videtur* 17 Hunc *Heda*
III 2 misero *Heda* 3 me *ss. C* 5 *sic C*

I 1 7 *i. e. ante kalendas Septembres (cf. Grotefend, Zeitrechnung I p. 50 b); interfecti sunt Fulco a. d. XV kal. Iulias et Zvendiboldus Idibus Augustis a. DCCCC. Radbodus quod se* non multis antea diebus inter famulos sanctae Traiectensis ecclesiae conscriptum *narrat, consecrationem dicit, non electionem, quae etiam superiore anno facta fuerat (cf. p. 160 adn.).* 8 *Zventiboldum is non detestatur, qui erat, ut ipse una cum illo et Folkone archiepiscopo aeternae vitae consortium adipiscatur; cf. Duemmler, Ostfr.*[2] *III 503 (cum adn. 1).* 14 *ut te, qui potus es salutis, hauriam; cf. Radbodi Lebuin. v. 25.* 15 *i. e. cibus.* II 5 *Matth. 25, 32.* III 3 *cf. orationem carmini de s. Quintino praemissam v. 2* porrige quaeso manum.

II.

IN TRANSLATIONE SANCTI MARTINI EPISCOPI.

AD VESPERAS.

ANTIPHONA. Intercede pro nobis, *beate pontifex Martine, ad dominum Iesum Chrystum, apud quem est misericordia in perpetuum.*

RESPONSORIUM. Gemma ista *fulget in caelo, coruscat in terra; ubique honoratur, ubique diligitur.*

VERSUS. Ora pro nobis beate M*artine.*

SUPER MAGNIFICAT ANTIPHONA.
Ecce lęti laude digna prevenimus gaudia
Gloria Martini celsa plane spiritvalia.
Chryste, nobis esto fautor cum misericordia.

INVITATORIUM. Confessorum regem adoremus, qui cęlestis regni meritum et gloriam contulit sancto suo Martino. Venite exultemus.

IN PRIMO NOCTURNO.

ANTIPHONA. Sponsa Chrysti ecclesia et mater et virgo est; generat filios et regenerat in eodem Chrysto domino deo nostro.

ANTIPHONA. Huius reginę stantis a dextris regis, imperiali ornamento multum splendoris contulit gemma fulgidissima, beatus videlicet Martinus episcopus.

ANTIPHONA. Hęc namque omnem suo fulgore christiani nominis orbem irradiat. Amavit eum dominus et ornavit.

RESPONSORIUM. Novum Chrysti miraculum, quo in diebus nostris sponsam suam, sanctam videlicet ęcclesiam, honorare dignatus est, sicut nos delectat audire, ita oportet et credere.

VERSUS. Signum, quod factum est in diebus nostris a domino per beatum Martinum, sicut nos *delectat audire, ita oportet et credere.*

RESPONSORIUM. Sponsa Chrysti ęcclesia et mater et virgo est; generat filios et regenerat, emancipans illos a servitute miserabili faciensque eos heredes testamenti sui.

VERSUS. Si quos autem videt a se male alienatos, hos sibi certatim adoptat in filios, eman*cipans illos a servitute miserabili faciensque eos heredes testamenti sui.*

RESPONSORIUM. Huius reginę stantis a dextris regis imperiali ornamento multum splendoris contulit gemma fulgidissima, Martinus sacerdos domini gloriosus.

VERSUS. In diademate capitis eius ipsius sponsi manu impressa est gemma *fulgidissima, Martinus sacerdos domini gloriosus.*

IN SECUNDO NOCTURNO.

ANTIPHONA. Cuncta ergo, quę attigerit, loca gemma hęc plena decoris reliquit et honestatis.

ANTIPHONA. Ipsa autem in conspectu domini quemadmodum sidus principale flammis fulget perhennibus.

ANTIPHONA. Igitur inter choros angelorum splendida satis habetur et honore dignissima.

ANTIPHONA] A *U et sic passim; obliquis litteris expressimus ea, quae ex aliis potissimum officii partibus supplevit Moll (v. 1 sq. ex officio in natali s. Martini; cf. Moll, kerkhist. Archief III 215*[4]*)* 7 gloriam Martini celsis celebremus laudibus *Iohannes a Leidis (cf. Moll, kerkhist. Archief III 187)* spiritualia *sic U*

6 *laeti celsa Martini gloria; cf. SS. XV 1 p. 571*[c]*, 1 sqq.* 10 *'psalm. 94, 1'. Moll.* 17—19 = *SS. XV 2 p. 1240, 8 sq.*

RESPONSORIUM. Gemma ista fulget in cęlo, coruscat in terra, in mari obsecratur, in insulis honoratur, ubique diligitur.

VERSUS. Si quis illam possederit, non deficiet omni bono. In mari *obsecratur, in insulis honoratur, ubique diligitur.*

RESPONSORIUM. Si quis huius gemmę amminiculo suffultus esse meretur, non eum ambitio inflat, non paupertas contristat, non conditio mortalitatis excruciat.

VERSUS. Quin immo inter omnia vitę presentis discrimina incertos semper moderatur eventus; non paupertas *contristat, non conditio mortalitatis excruciat.*

RESPONSORIUM. O felix locus, qui talem gemmam complectitur! o laudabilis civitas, in qua tales divitię conservantur! Quod ex consequenti liquebit exemplo.

VERSUS. Vere eam possumus confiteri ęternę salutis esse participem, quod ex con*sequenti liquebit exemplo.*

IN TERTIO NOCTURNO.

ANTIPHONA. Gemma ista fulget in cęlo, coruscat in terra, ubique honoratur, ubique diligitur.

ANTIPHONA. Si quis eam mercatus fuerit, perhenni gaudebit thesauro. Si quis possederit, non deficiet omni bono.

ANTIPHONA. O filii hominum, hanc vobis lucramini: et vitam habebitis. Hanc possidete: et nichil deerit vobis.

RESPONSORIUM. Cum clamor iniquitatis Gallorum ascendisset ad cęlum, Dani et Sueni collectis armatorum copiis Turonensium civitati applicuerunt.

VERSUS. Gente Gallorum ad peccata nimium proclivi et propter hoc imminente super eam dei vindicta Dani *et Sueni collectis armatorum copiis Turonensium civitati applicuerunt.*

RESPONSORIUM. Turonici itaque circumstantes sepulchrum defensoris sui clamabant dicentes: 'Sancte dei Martine, quare tam graviter obdormisti? Ostende, quesumus, pietatem; succurre, fer opem miseris.

VERSUS. Et qui multa quondam pro alienis signa fecisti, saltem unum fac modo pro tuis, ut liberes nos! Ostende, *quaesumus, pietatem; succurre, fer opem miseris!'*

RESPONSORIUM. His ita flebiliter conclamatis surgens bellator invictus contrivit Danos et Suenos. Turonici autem pro data victoria omnes simul una voce dederunt gloriam deo.

VERSUS. Fecit hoc loco beatissimus Martinus quod solebat: prostravit inimicos et liberavit famulos suos. Turonici *autem pro data victoria omnes simul una voce dederunt gloriam deo.*

IN MATUTINIS LAUDIBUS.

ANTIPHONA. Dixerunt Turonici ad beatum Martinum: 'Quare tam graviter obdormisti? Ostende, quesumus, pietatem; succurre, fer opem miseris.

ANTIPHONA. Et qui multa quondam pro alienis signa fecisti, saltem unum fac modo pro tuis, ut liberes nos.

ANTIPHONA. His ita flebiliter conclamatis surrexit bellator invictus et liberavit famulos suos.

ANTIPHONA. Turonici autem pro data sibi per Martinum victoria dederunt gloriam deo.

---

53 sueni *sic U (itemque v. 63)*; sueni *Holder-Eggeri codd. SS. XV 2 p. 1242, 27, si fidem licet habere collationibus non ab ipso editore factis.* Suen *notissimum apud Danos nomen, et passim dicuntur* Sueones *vel* Suenones; *permutationem litterarum* n *et* c *in* Danorum *vel* Dacorum *nomine illustravit J. Grimm, Reinhart Fuchs p. LXXXVIII, ita fort.* Sueni *pro Suecis dicti*

35—37 *et* 47—52 = *p. 1241, 22 sqq.* 39—42 = *p. 1241, 47—1242, 2.* 43—44 = *p. 1242, 12. 16.* 57—61 = *p. 1243, 9. 11. 13—15.* 62 *cf. p. 1243, 16.*

ANTIPHONA. Omnes ergo nos, tam clerus quam populus, sic eum orando alloquamur: O beate Martine, esto, ubi es, et semper intercede pro nobis.

SUPER BENEDICTUS ANTIPHONA. Turris celsa nimis, quę cęli vexit ad arcem
Martinum astrigeris ambitiosa viis,
Unde vocat populos, qui previus ad bona Chrysti
Sidereum ingressus sanctificavit iter.

IN SECUNDIS VESPERIS.

SUPER PSALMO ANTIPHONA. Dixerunt Turonici *ad beatum Martinum: Quare tam graviter obdormisti? Ostende, quesumus, pietatem; succurre, fer opem miseris.*

RESPONSORIUM. Turonici itaque *circumstantes sepulchrum defensoris sui clamabant dicentes: Sancte dei Martine, quare tam graviter obdormisti? Ostende, quesumus, pietatem; succurre, fer opem miseris.*

SUPER MAGNIFICAT ANTIPHONA. Domine deus noster, cuius gratia beatus Martinus tres mortuos resuscitavit, concede propicius, ut per eius interventum a morte animae resuscitari mereamur.

II[B].

ITEM EIUSDEM METRUM ANAPAESTICUM YPERCATALECTUM DE EODEM MIRACULO.

1. Martine beate sacerdos,
Quem Christus ob ardua vitae
Caelestis ad aethera vexit
Meritorum culmine celsum!

2. En grex tuus, aspice, praesto est
Tibi subditus ordine trino:
Mas femina sexus uterque,
Sacrique frequentia cleri.

3. Hij vota fidelia tendunt
Nova per miracula tracti,
Fantes tua proelia nostris
Sollempniter acta diebus.

4. Nam dum petulantia prolem,
Genuit quam Gallia mater,
Vitiisque immanibus aucta
Lues incentiva teneret:

5. Pervenit ad aethera clamor
Scelerum celeumata clangens,
Quo se capitolia caeli
Graviter sensere moveri.

6. Vox attigit ista supernum
Mundo titubante senatum,
Qui protinus omnia regi
Censet referenda perenni.

7. Tunc rex ait: 'Ite, feroces,
Tela horrida sumite, gentes,
Gallos onerate periclis,
Quos pessimus implicat error.

8. Aequam modo sentiet iram,
Pietas quem fecit iniquum,
Homines ne prona voluptas
Impune per avia raptet'.

9. Haec iussa deinde sequuntur
Boreae de parte Sueni,
Quos praescia carmina vatum
Quondam cecinere futuros:

10. Vocitans hos Francia Danos
Patrio cognomine dicit
Svenos, et in arte duelli
Nimium pro tempore gnaros.

11. Hij dicta minacia primi
Capiunt ex ore tonantis,
Opibusque animisque superbos
Adeunt denso agmine Gallos.

12. Elegos hinc inde necantes
Furiis incendia miscent,
Ut quod fuga dempserat ensi,
Populans id sorbeat ignis.

---

80 super psalmo antiphona *sic per comp. U*

II[B] *ex cod. Br(uxell. 2376—2381 saec. XV.) anonymo edd. Bollandiani catal. hagiogr. I 331; Radbodo tribuitur in cod. Bo(nnensi 366 saec. XVI., cf. catal. chir. Bonn. p. 106), unde mihi descripsit Alph. Müller. Strophas distinxi.* 3,1 uoto *Br.* 9,2 Sueni *scripsi:* sueui *Bo. Br. (item infra)* 10,2 Patrios *Bo. Br.: corr. Boll.* 12,1 Flegos *Bo. Br.: correxi coll. Abbone I 309 etc.*

74 *cf. p. 1244, 23.* 85 *cf. Sulpic. Sever. dial. II 4, 3 p. 184, 29.*

II[B] 1, 1 *cf. 19, 3. 24, 2. 40, 2.* 3 *cf. 19, 4.* 2, 1 *cf. 41, 2 sq.* 4 *clerici sexus neuter (Matth. 22, 30).* 3, 3 *cf. p. 163, 17.* 4, 2 *cf. carm. de s. Bened. v. 154.* 5, 1 *cf. genes. 4, 10.* 6, 1 *cf. Notkeri seq.* Clare sanctorum senatus apostolorum. 7, 4 *cf. carm. de s. Landb. v. 31.* 8, 2 *'Langmut'; cf. Abbo II.* 9, 3 *Nortmannos intellegit Gog et Magog, ut vulgo Hungarios.*

13\. Tunc sensit inepta iuventus,
Quod spreverat ante minarum,
Cum vulnera saeva videret
Nec praemia sanguinis ulla.

14\. Iacet hic inhumatus harena,
Latet ille necatus in unda:
Pressatus at iste catenis
Luit inter vincula ferri.

15\. Multos lupus acer abhorret,
Olidum tempnendo cadaver,
Nec fetida viscera corvus
Dignatur, ad integra tendens.

16\. Deus, o, deus, aspice clades,
Patitur quas Gallica proles,
Paucisque per ampla relictis
Tua iam clementia parcat.

17\. Porro, ut redeamus ad orsa,
Danus ferus omnia vastat,
Sequanae Ligerisque per amnes
Classim quasi castra coaptans.

18\. Sed dum redeuntibus annis
Semper nova damna redirent
Iamiamque Neüstria campos
Tribulis operiret ineptis,

19\. Tandem legione globata
Adiit tua moenia Danus,
Martine beate sacerdos,
Quem Christus ad aethera vexit.

20\. Urbs dicitur illa Turonos,
Cui dogmata clara dedisti:
In qua pretiosa tuarum
Fulget gaza reliquiarum.

21\. Hanc hosticus impetus armis
Cingit, quatit, obruit, urget:
Crepitant saxa obvia saxis,
Emitur quoque sanguine palma.

22\. Tunc quisque per oppida cursans
Ad certa pericula miles
Paucos videt undique fratres,
Cum plurimus ingruat hostis.

23\. Quid plura? novissimus angor
Spe cassus et irrita temptans
Subita ratione palaestris
Sese melioribus aptat:

24\. Precibus te flectere fusis,
Martine beate sacerdos,
Famulis quo praevius assis
Solito de more triumphans.

25\. Ergo ad tua templa priores
Properant, quos praemonet ordo;
Sequitur mox flebile vulgus:
Infans, anus ac veteranus.

26\. Hinc psalmus, et inde ululatus;
Hinc prex, lacrimae inde fluebant.
Gemit hic, suspirat et ille;
Metus et dolor omnibus unus.

27\. Ibi tum simul ore lugubri
Blaterant has flendo querelas:
'Martine beate sacerdos,
Cur te placet esse soporum?

28\. Aut quis tibi somnus inhaesit,
Dum nos mala tanta coartant?
Num victus es, aut ita lassus,
Nequeas ut sternere Danos?

29\. En caedimur; en spoliamur,
Capimur strictimque ligamur —
Et tu, quasi nescius horum
Haec omnia negligis orans?

30\. Vigila, consurge (precamur),
Crucis ac vexilla prehende
Et ut olim pondere pinus,
Sic nunc cruce sterne rebelles'.

31\. His questibus aure benigna
Mox annuis atque potenter
Tumuli consurgis ab antro,
Tua Danis robora monstrans.

32\. Nam cum tua membra clientes
Raperent ex fauce sepulchri,
Ferrentque ea turribus arma,
Totus simul horruit hostis;

33\. Metus ilicet excutit artus,
Sanguis coeundo refugit,
Scotosis generata cerebro
Danos rotat orbe rotundo.

34\. O mira potentia Christi!
Meritis o macte sacerdos!
Rutila non casside pugnas
Nec proteris ense Suenos —

35\. Verum tuus agmina solus
Conspectus inertia reddit:
Globus omnis ut ebrius errat,
Te turris in arce locato.

36\. Fugientibus ergo catervis
Capitum vertigo resistit.
Miseros spera ludrica volvit
Gressu titubante caducos.

37\. Haec eminus aspicientes
Reparant sua proelia cives,
Portaque patente animosi
Simul exsiluere sodales.

38\. Tum proxima rura cruoris
Maculant aspergine fusi,
Passim noviesque per agros
Centena cadavera sternunt.

14, 2 ille *Bo.:* hic *Br. (ex 14, 1)* 15, 1 lupos *Br.* 20, 1 *fort.* Turonis 26, 2 preces *Br.* 27, 2 hos *Br.* 28, 4 Nequeas *scripsi:* Ne queas *Bo. Br.* 30, 4 cruce *om. Br.* 38, 3 noniesque *Br.*

15, 1 *cf. Abbo I 639 sq.* 17, 3 *cf. Abbo I 598.* 26, 2 *monachi.* 30, 3 *cf. Sulp. Sev. v. M. cap. 13.* 36, 3 *i. e. ludicra; cf. p. 166 v. 23.*

39. Mox in sua moenia laeti
Repedant cum laude sonora,
Gratesque canendo rependunt
Parili modulamine Christo.

40. Sed enim tua protinus ossa,
Martine beate sacerdos,
Sic restituere sepulchro,
Fuerant velud ante reposta.

41. Hijs omnibus ordine gestis
En grex tuus ut tibi praesto est
Famulans sub imagine trina,
Querulis te vocibus orat.

42. Quo sic tua mira loquentis
Placeant tibi famina plebis,
Ut te rogitante perennem
Valeat conquirere vitam. —

43. Sit magnificentia patri,
Sublimis et ardua proli,
Sit spiritui quoque sancto
Par gloria perpete saeclo. Amen.

III.

IN TRANSLATIONE SANCTI MARTINI SEQUENTIA.

Chevalier, repertor. hymnolog. nr. 2142; melodia BEATUS VIR QUI TIMET, *ut Notkeri* Sacerdotem Christi Martinum.

1a. Ave summa praesulum ei- a o Cristi gemma meritis inclita virtute lucida!
1b. Nos audi tua festa colentes annua mundo celebria.

2a. Alme pater, vox nostra te cantat laude sonora:
2b. Tu pro nobis, spes nostra Martine, deo supplica.

3a. Te Asya notum in Europa laudat omnis et Affrica, gemma caeli fulgidissima;
3b. Te Gallia, te patrem Francia, nostra supplex ac Fresia colit te fide catholica.

4a. Caecis das viam mutisque loquelam: tu nos adiuva;
4b. Mundans immunda qui fugas daemona, nos hic libera:

5a. Qui suscitator trium mortuorum fueras, laxa nostrae mortis vincula;
5b. Qui infirma iam curasti corporum plurima, sana nostrae mentis vulnera;

6a. Qui Cristum tua clamide partita tectum videras nocte secunda,
6b. Fac prece tua, criminum ut solvat nobis debita Cristi gratia;

7a. Laus tua Cristus erat, quem tota semper mente colebas: hunc pro nobis implora,
7b. Quo lapsis remedia tribuat, praestans culpis veniam: haec precibus impetra:

8a. Lux super te effulsit angelica dum libas mistica: nos per te protegat Cristi dextera;
8b. Mortis metam qui tuis praedixeras, nil mortem trepidans, a morte animae tu nos libera.

9a. Traiecti te chorus flagitat: 'o Martine, praesulem cum clero deo commenda,
9b. Per tua nos ut suffragia mereamur perfrui iam tecum luce superna!'

40, 4 reposita *Bo.* 43, 3 *om. Br.*

III 1a summa *U vg.*: summe *Bartsch, lat. Sequenzen p. 136; sed coniungendum* ave, o summa gemma praesulum Christi *(cf. Chevalier, repertor. hymnolog. nr. 1811—1817. 1819. 6813. 7198)* 1b *cf. Kehrein, lat. Sequenzen nr. 651 (eadem est sequentia)* 3a in Europa *U vg.*: et Europa *Bartsch; sed cf. psalm. 75, 2* notus in Iudaea deus*: sic principatus Europae datur* 3b nostra *U*: tua *vg. (interpolator* nostra Fresia *coniungendum non intellegens coniunxit* Francia tua, *ubi sc. te colunt Turonenses)* 4b qui fugas daemona *scripsi*: qui fugas daemonia *U vg.*; fugans daemonia *Bartsch* hic *vg.*: hinc *U* 5a mortis *U necessario*: mentis *vg. (ex 5b)* 7b Quo *U*: Ut *vg.* tribuat *in ras. man. ead. U* 8a per te *vg.*: semper U

III *hic illic hexametrorum ex officio quodam sumptorum frustula agnoscere mihi videor* audi tua festa colentes Annua *(1b)*; alme pater, vox nostra canit te laude sonora *(2a)*; caecisque viam mutisque loquelam *(4a)*; laus tua Christus erat, quem tota mente colebas *(7a)*; iam tecum luce superna *(9b)*. 3a *cf. p. 163, 27 et appar. ad 1a.* 4a tu nos adiuva *formula liturgica.* 5a *cf. adn. ad. p. 165, 85.* 8b *cf. Sulpic. Sev. ep. 3, 1, 6 p. 147, 14.*

IV.

CARMEN ALLEGORICUM DE SANCTO SWITBERTO.

Lux nova, Swidbertus, Francos lustravit et Anglos,
  Quo clarum fidei lumen utrisque daret;
Saxonicos adiit cultor memorabilis agros,
  Ut sereret Christi semen amoris ibi;
Nec sterili ac vacuo Fresonum defuit arvo
  Idque novi fecit germinis esse ferax,
Iam quia transierat veterum nox caeca malorum
  Coeperat et veri solis adesse dies,
Qui totum radiis perfundit mitibus orbem,
  Ut mala consumens sic bona clarificans.
O quantus qualisque nitet sol iste per horas
  Bis senas sacrae plebis apostolicę!
Qualiter his nimios sese flagrante calores
  Intulit, utque illis flammea corda dedit!
Inde est, quod gladios sic contempsere minaces,
  Essent ceu loeti dulcia iura sibi;
Ignis enim validus cordis fervebat ab ara,
  Artus qui testę fecerat esse pares;
Corpus ad illati vim vulneris omne rigebat
  Sicque resultabat cestibus icta cutis
Ut robusta silex ligno percussa tenello
  Sive adamas, modica cum temeratur acu.
Stabant attoniti sua per tectoria reges
  Mirantes galea durius esse caput
Et catafractatis contradere pectus inermes,
  Nil veritos stricto scilicet ense premi.
Cumque per ambages traheretur, belva 'Quis' inquit
  'Hic rigor aut durę tanta cupido necis?'

---

1 sunit *in* suuid *corr.* G^1, *priusquam reliquam nominis partem exararet;* swibertus *B* 6 Id quod (*per compendium*) *B* 7 malorum (ma *ss. m. 1*) *G* 12 pbebis (*sic*) *G* 14 atque B^2 *mg.* 16 seu ceu *B* 20 celitus *B* 22 temerat/ *G* 23 tentoria *Bollandiani; sed ipsius Radbodi lapsus esse videtur* 25 Ut catafractis *B* inermis *B* 27 traherentur bella *Bollandiani; sed* belva, *quod nomen hic bisyllabum est, recte dicitur 'mundi princeps' (cf. gloss. v. 29); ad* traberetur *ex v. 28 audiri videtur* nex, *quam a persecutoribus tractam (i. e. dilatam) cupiunt Christiani*

11 *sq.* orae bissenae apostolorum *num terrae ab iis christiana fide imbutae dicantur, dubito; rectius fortasse de ipsis apostolis accipitur, ut nomen* orae *positum non sit nisi propter solis imaginem.*

Glossae. 7 nox c. m.] ΜΕΤΟΝΟΜΙΚΟϹ 8 solis] Christi 9 radiis] donis gratiarum 16 loeti] mortis 17 ara] conscientia bona 18 testę] ut psalmus: exaruit tamquam testa virtus mea 22 cum tem.] i. cum temerari temptatur 23 tectoria] palatia 24 caput] s. martiris 25 catafr.] loricatis inermes] Inermes sancti pectora sua offerebant gladiis armatorum 27 per amb.] per incertum, quas paenas inferret belva] fera bestia

---

18 *psalm. 21, 16 (cf. Cyprian. p. 78, 15 H.)* 25 catafractus ·i· equus loricatus *B refragante v. 26 et glossa* inermes, *unde eos hic intellegi apparet, qui in glossa dicuntur* armati

Audi, torva tygris, leo frendens rictibus, audi,
  Iuncta quid his referat cum ratione fides:
Sol cuius radiis totum perfundier orbem
  Diximus, hunc Christum noveris esse deum
Lucentem de luce patris, de patre calentem,
  Aeque flagrantem vique modoque pari.
Horum is perpetuo mentes accenderat igni
  Noxia queque cremans, seria cuncta fovens;
Quo velud ambusti teste nil flexilis instar
  Duruerant hostes inter et arma virum,
Unde nec adversis flecti potuere nec illis
  Terreri effusis barbaro ab ore minis.
Nunc requie gaudent celsaque ex arce potentum
  Calcantes curvant colla superba sibi.
Est igitur calor iste bonus, quem tot comitantur
  Divitiae, virtus, palma, corona, polus;
Hoc certe nostras veniens Switbertus ad horas
  Undique perfusus, flammeus intus erat.
Unde nec horrendos, aderant si forte, Cyclopes
  Arpiasve truces monstra nec ulla pavens
Signifer insignis securus quolibet ibat,
  Iure triumphali laurea serta gerens.
O felix miles, solitus qui coedere numquam
  Marti, sed Martem vincere semper eras,
Que tibi pro meritis reddemus carmina tantis
  Quasve tibi laudes tibia nostra canet?
Nonne tuas modulis oblectat dulcibus aures
  Orbibus aplanes obvius empyriis;

34 inque *B* 35 g igni *B* 41 ab arce (*fort. ex v. 40*) *B* 44 iustus (*cf. p. 2 adn. 1*) *B* 45 suuitb. *sic G* 47 cycloples *G* 48 arpiasne *B* 50 serta *G*: certe *B*, certa *ss. B*[2] 51 miles / solitus (*eras.* o; *voluerat* milesolitus) *G* coedere *G ut cod. Pal. in hirundine v. 13* 56 obvius *G*: cibinus *B*

31 *anacoluthon est.* 32 *cf. v. 9.* 36 fovens *proprie dictum: 'erwärmend', ut augeantur.* 39 illis: *cf. verba principis v. 27.* 45 hoc *sole (cf. v. 31)* perfusus. 51 *coniunge* solitus eras. 56 *Augustin. de civ. dei X 27 (vol. I p. 444, 2 D*[2]*)* ut in aethereas vel empyreas mundi sublimitates et firmamenta caelestia extolleres vitia humana *et Martian. Capell. cap. 202; cf. Traube vol. III p. 804*[a] *s. v.*

Glossae. 29 tygris] tygris bestia Indica ferox et pernicissima; tygris et leo ponuntur pro seculi huius principibus, qui festinant ut effundant sanguinem 31 sol] Christus 33 luc. de luce] ·ΑϹΤΙϹΜωϹ· divinum 34 vique] virtute 35 igne] dilectione sui 36 cremans] ·ΑϹΤΙϹΜωϹ· tropicum seria] i. utilia 37 ΠΑΡΑΒΟΛΕ ambusti] circumusti 38 dur.] sicut testa duri facti fuerant virum] pro 'virorum' 40 eff.] effusio hic pro multiloquio ponitur, quo barbari putant se posse deterrere sanctos 41 celsaque ex arce] ex caelesti regno 43 bonus] pro 'optimus' 44 virtus] in agone palma] in victoria corona] in perceptione praemii polus] in requiei possessione 45 horas] fines 46 flammeus] plenus dilectione Christi 47 Cyclopes] Per Cyclopes et Arpias intelliguntur saevissimi persecutores 49 signifer] vexillum crucis baiulans 50 iure tri.] Ius triumphale erat apud Romanos laureas gestare coronas laurea s. g.] coronam victorie ferens ·ΜΑΝΤΟΡΙΚωϹ ·i· allegoricos 51 o felix miles] ΑΠΟϹΤΡΟΦΑΙ coedere] subcumbere 52 Marti] inpugnationi hostili 56 orbibus] qui non sensibus corporis, sed intellectu mentis percipiuntur aplanes] spera summa

29 festinant ut effundant sanguinem = *Prov. 1, 16* 36 *Beda de tropis (Rhet. lat. min. p. 616, 26 ed. Halm) hoc affert asteismi exemplum ex Pauli ad Galatas epistula 5, 12* utinam abscindantur qui vos conturbant 37 ΠΑΡΑΒΟΑΕ *G* 44 *cf. glossam ad Lebuin. v. 76 (p. 172)* 51 *i. e.* *ἀποστροφή (αι = e); cf. v. 62*

Mundus ubi adversos cum praecipitatur in axes
Atque parallelis cursibus astra fremunt,
Vera apud aethereos reboat tum musica cyclos
Omnicanens, numeris et comitata suis,
Usque adeo crescens, ut plus quam nete resultet,
Ter quoque sive quater bis-dyapason agat;
Qui sonus humanos longo dyastemate sensus
Prę̨terit, at superis nobile chroma canit.
Hic tibi suavisonum pangit, vir sancte, melodum,
Quod duo tresque canunt, quattuor, octo, novem.
Addo aliud quod nemo valet sub sole mereri,
Is nisi forte tibi par sit in arce boni:
Angelici coetus decies centena chororum
Milia simphoniis commodulando sacris
Auribus in caelo semper felicibus audis,
Quorum 'ter sanctus' fine sine ora sonant.
Hoc frueris, prę̨sul felix, feliciter ymno,
Hunc quoque cum reliquis nocte dieque canis;
Atque ideo nostro tua laus non indiget ore,
Horrendus scelerum personat unde fragor —
Nempe per inmanes rapitur mens saeva reatus
(Pro dolor) et Stigio se implicat ipsa Chao;
Quo circa diros blaterat vox rauca boatus,
Rugitu ac plangit tristia fata gravi:
Sed te, qui typico psallis modulamine Christo
Ac superas tantis organa cuncta modis,

---

57 Mundi *B* 58 parelleis *B* 59 roboat cum *B* 60 Omnicanes *B* 61 aḍ deo *B* nece resulcet *B* 64 ac *Bollandiani* 65 ṃẹḍọḷụ melodum *B* 66 Quod II^{o} III^{es} que canunt IIII^{or} UIII^{o} UIIII^{em} *G* 68 Is//nisi (*eras.* ti? *sequitur* tibi) *G* arte *Bollandiani speciose, sed fort.* arx *pro 'culmine' dicta est* 70 commodulanda *G* 72 sc̄s (*extr. litt. ex corr.*) *B* 74 relis *G* 78 $\mathrm{Pro}^{\mathrm{H}}$ B^{2} ipse *B* 80 fatu *B* (*corr.* B^{2} *in mg.*) 82 superis tantas G^{1} (tantis *corr. m. 1*)

61 *cf. Boetium de instit. mus. et arithm. passim et Chalcidium p. 111, 7 ed. Wrobel* veteres musici octo solis chordis utebantur, quarum princeps erat hypate edens gravissimum sonum, ultima vero nete acutum edens sonum. 62 bis-diapason *i. e.* maximam symphoniam, *ut ait Boetius p. 157, 19 ed. Friedlein.* 64 *cf. Martian. Capell. cap. 955 sq.*

Glossae. 57 Cum mundus praecipitatur in axes errantium siderum, ex ea collisione fit vera musica 58 parallelis] inaequalibus fremunt] ex concursu cyclorum 60 omnicanens] omnes sonos musicos habens numeris] dyatessaron, diapente et ceteris 61 nete] chorda acuta in musica 62 ter q. s. q.] ΥΠΕΡΒΟΛΑΙ bis-dyapason] bis-diapason fit ex quadruplo, ultra quem sonum vox humana non ascendit 63 dyastemate] intervallo 64 chroma] cantum 65 melodum] dulcissimam ferunt esse musicam caelestem 66 Per hos numeros omnis musica currit: proportio duorum ad IIII diapason symphoniam exprimit; duorum vero ad tria diapente; trium ad quattuor diatessaron; trium ad VIIII cum duplo diapason diapente; duorum ad VIII bis-diapason; VIII ad VIIII epogdoum, id est tonum. Sic ergo habes ut opinor omnes symphonias musice artis 70 simphoniis] consonantiis *in marg.*] Per ternarium multiplicati quemadmodum II ad VI 72 ter sanctus] ΥΜΝΩΝ ∸ ΤΡΙCΑΓΙΩΝ 77 saeva] perversa 78 Stigio] infernali Chao] abisso 79 blaterat] garrit boatus] sonos inmanes 80 tristia f.] tristia fata s. hominem in tartara deprimi 81 typico] mistico

---

57 errantium (n *in extremo versu absc.*) *G* 62 *i. e.* ὑπερβολή (αι = e) b. d.] ascend& (& *paene totum absc.*) *G; de quadruplo cf. e. g. Boetium p. 202, 6* 66 *extr.* artis *ex* artu *G* 70 *extr.* ad UII *G; glossa quo spectet, nescio* 72 *sic G* 79 garret *G*

Summissis animis, contrito corde rogamus:
'Condescende, humili mitis adesto preci,
Ut, quia te in tantum vitę provexit honestas,
Audire angelicos quo mereare tonos,
Nos quoque flagitii purgatos sordibus aptum,
Sancte, tibi facias laudis inire melos'.

AMHN.

V.

EGLOGA ECCLESIASTICA RATBODI SANCTAE TRAIECTENSIS ECCLESIAE FAMULI DE VIRTUTIBUS BEATI LEBUINI ET DE SANCTO NOMINE EIUS QUOD NON SINE QUODAM FUTURORUM PRAESAGIO SORTITUS ESSE CREDITUR.

Inclitus Anglorum veniens Lebuinus ab oris
Sacris virtutum remis et remige Christo
Saeva procellosi compressit flumina Hreni.
Cuius forte gravi turgebant hostia flatu
Exagitata feris persaepe aquilonibus ante,
Atque ea divinae fuerant sic invia navi;
Sed postquam sanctus rabidas perflarier undas
Caelitus emisso semel impetravit ab austro,
Corruit immitis Boreas, moxque aequore tuto
Suscepit placidus pacis navigia Hrenus.
Haec ubi successu portum petiere secundo,
Urbis in antiquae perfixa est ancora glebis
Et lapidis firmata situ, ne forte solutas
Turbine quassaret rursus vis horrida puppes.
Tum vero insignem mirata est terra colonum
Condemnare suas caelesti fomite messes
Ac male nata solo divinis urere flammis,
Hos allegoricis decernere vitibus agros,
Illos sinceri sulcis addicere farris,

---

83 rogam *G*
3 hreni *sic B, itemque v. 10* 6 se *B*[1] 7 perflaverat *S; cf. Swidb. v. 31* 11 sucessu *B*[1] 12 *fort.* defixa anchora *B (et sic 39* archa, *71* archadici*)* 16 Comdemnare *B*

8 *auster Boreae adversus (cf. gloss. v. 5 et 9), qui caelitus emittitur, spiritus sanctus est.* 18 *sqq.* agros *etiam ad* illos *et* quosdam *audiendum est.*

Glossae. 84 condescende] compatere
3 fl. Rh.] ·i· tumultum habitatorum eius 4 h.] aditus fl.] praedicatione 5 aq.] diaboli immissionibus 6 n.] ecclesiae 9 b.] ·i· daemonum potestates 12 anch.] verbum dei gl.] mentibus fidelium 13 l.] Christi 14 vis] persecutio 16 f.] accensione divini amoris 18 all. vit.] intelligentiae spirituali[illegible] 19 sinceri sulcis farris] castitati

---

5 *cf. Eucherii form. p. 11, 14 ed. Wotke* aquilo: diabolus vel homines infideles aut mali *(eidem p. 11, 20* auster calor fidei *est) et carmen in Adelardum v. 34 PAC III p. 694.* 18 *glossa adscripta ad* agros.

Arboribus quosdam fidei exercere locandis,
Qui sua vicino collustrent germina caelo.
Cernere erat steriles splendescere floribus herbas
Fecundumque nemus fruges nutrire salutis,
Nil non proficuum campos redolere per omnes,
Postquam diva seges felicibus haeserat arvis.
  Haec typice noster gessit Lebuinus, amice,
Si bene perpendis, quid spiritus innuat odis:
Nam pepigit vites, cum multos codicis almi
Ornavit gemmis (vinum hinc potare salubre est);
Triticeam posuit messem, cum pectora munda
Esse dedit castumque deo subnexuit agmen;
Porro autem arboreas studuit plantare novellas,
Robora cum fidei statuit, cum pacis olivam
Crescere, cum fructus fecit pollere perennes.
  Iure igitur summo a nobis tractatur amore,
Iure illi venerandus honos impenditur, altor
Qui probitatis erat verique assertor opimus,
Errorum domitor, vitii calcator avari,
Arca pudicitiae, frugi quoque virginis aula,
Virtutum turris, pacis seu lucis oliva,
Postremo ipsius, quam carmina cuncta verentur
Et quae terreno spoliat se dapsilis auro
Quaeque deo cognata mori pro fratribus optat,
Virtutis cum spe aeternae custodia vitae.
  Ergo tibi, prudens lector, tibi consule, quaeso,
Et mecum sancto domini sollemnia vota
Ne tardes offerre, virum hunc quia diligit omnis
Dilectus Christo. Christum nam diligit ipse
Atque ipsum Christus; flagrans amor ardet utrimque
Sed Christi de parte magis, minus est quia totum
Quod mortalis agit, superant divina caducum.
Nos quoque, quos semper famulos Lebuinus habebit,
Nos quia semper amat, devote hunc semper amemus
Suavibus et modulis Christi cantemus amicum;

---

25 divas B^1 29 *edidi ex* B (*cf. I 1 21* da modo te vesci, te potum haurire salutis); cum multos codicis almi Struxerat eloquiis, cum dogmata mystica sparsit *Surius, qui hic more solito interpolasse lectionem traditam videtur,* gemmas *oculos vitis esse ignorans; certe* dogmata spargere *imago est non tam vites plantantis quam serentis semina, et perfectum tempus rectius ponitur ad exemplum sequentium* dedit, subnexuit, statuit, fecit 31 subtexuit *S* 36 bonos B^2 42 terrēo (*altera* e *ex* o *corr.*) *B* 45 consulu B^1 47 tar/des (*del.* e) B^1 49 utrumque *B*

26 amice *lector; cf. v. 45.* 30 triticea messis *dicitur genes. 30, 4; exod. 34, 22; iudic. 15, 1 et Verg. Georg. I 219.* 42 *caritas enim aurum fratribus dividere quam ipsa habere mavult.*

Glossae. 20 celsitudini credentium et firmitati, sive propter proceritatem arborum sive propter radices terrae firmiter inhaerentes 22 h.] inutilem spiritum gentilium 23 nemus] varios affectus 25 s.] fructus bonorum operum a.] animis credentium 39 virg.] abstinentiae 44 virt.] caritatis

---

20 prosperitatem B^1

Ipsius et nomen Latio sermone canatur,
Quale sonat toto divisus ab orbe Britannus.
Namque illic puerum dixere crepundia parvum
Liafwin, quod sacrum posthac baptisma probavit
Decrevitque deo dulce et memorabile nomen.
Nam si vertatur, quod Liafwin cuna sonabat,
'Carus amicus' erit; sed verbum augere necesse est:
Cuius, sive cui — melius quid convenit istic,
Quam si lege metri 'Christo' 'Christi've subaudis?
Haec duo si copules, sancti vocitamen adimples
Atque in utroque places, cum te Romanus et Anglus
Audiat exultans laudetque idioma docentem,
Quod patrium armatos, translatum pascit inermes.
  Ecce autem cohibere monent fastidia carmen,
Ne Musis doctas laedam ruralibus aures;
Quod facile stipulis, cum quiddam garrio, nostris
Accidit, Arcadici quae rudunt more peculij.
Vixque aliquis curet calcem exspectare canoris,
Cui neque saltem obolo primordia digna videntur.
Sed refert, quid quisque canat: nos otia foeda

---

54 *fort.* Christi cantemus amicum, Ipsius ut nomen.. 55 canatur (*prior* a *ex corr.*) *B* 58 liafwim *B* post haec *S, quod apud medii aevi poetas sane usitatius est* 60 qđ liafwini *B (cf. ad gl. v. 55):* Liawim quod *S, recto fort. ordine* 65 utroq; (q *ex corr.*) *B* 66 laudetque *B*: laudat *S* 70 stupulis *B; ceterum ex glossa ita distinxi, ut* st. n. *casus dativus efficeretur* 73 abolo *B* 74 Sed rfert (*sic*) quid quisque deo canat *B*

55 *sqq. Radbodum Hucbaldus sequitur in vita Lebuini cap. 1 (ed. Surius): deus sidus eximium* dignatus est promere, Lebuinum videlicet carum sibi amicum iuxta idioma *(cf. v. 66)* nominis sibi optime congruentis *(sic Surius, cuius lectio commendatur homoeoteleuto:* congr. opt. *cod. Berol. f. 183).* Ferunt namque suae periti linguae *(sic B:* fertur enim a suae peritis linguae *S, cui* ferunt *addito subiecto displicuisse videtur, quod sane raro additur, cf. R. Heinze ad Lucretium III v. 42 p. 56),* quod Liafwin (Liafwim *B*, Liefwyn *S)* patriotice sit vocitatus *(B, cf. v. 64:* uocatus *S),* quod Romanus sonat sermo *(B, cf. v. 56:* Romanis sonat *S)* 'carus amicus' .... Si enim quaeratur, cuius vir iste extiterit amicus, nequaquam mundanorum vel mundi istius ..., sed potius mundi conditoris servus quidem felicissimus. *Ceterum cf. vitam Radbodi (SS. XV 1 p. 569, 10)* nec tamen nominis praesagium vacat a mistico, cum iuxta ydioma *(i. e. nach seiner Bedeutung)* Radbodus 'consilii nuncius' ore sonat Latino. 56 *Verg. ecl. 1, 66* toto divisos orbe Britannos. 59 *cf. Ribbeck ad Verg. Aen. IV 94.* 61 augere *i. e. addere.* 63 lege metri: *nam* Christi carus amicus *clausula hexametri versus est;* Christi amicus *vel* Christo carus. 64 *sc.* Liafwin, Christi carus amicus. 68 *cf. Radbodi libellum de quodam s. Martini miraculo SS. XV 2 p. 1243, 32.* 69 doctas aures *similiter dixit Sulpicius Severus dial. 2, 2, 1 p. 199, 19* religiosas potius quam doctas aures, arbitror, attulistis, audituri me fidei testem, non oratoris copia locuturum *(cf. Favonii Eulogii disput. de somnio Scipionis in scholiastis Ciceronis edd. Orelli-Baiter I p. 401, 23).* 70 *Verg. ecl. 3, 27.* 71 *Pers. sat. 3, 9* ut Arcadiae pecuaria rudere dicas *(de productione vocalis* u, *quam vulgo corripiunt, cf. Iahni comm. p. 145); de versu ab aliis laudato v. Iahnum p. 29.* 73 *elocutio nescio unde desumpta; Otto, Sprichw. der Römer p. 39 s. v.* as *affert Luciani dictionem* οὐδὲ ὀβολοῦ ἄξιος. 74 *cf. SS. XV 2 p. 1242, 20.*

Glossae. 55 nomen] sc. Liafwin 56 Brit.] sanctus Lebuinus Britannia oriundus ab ea nomen habebat 67 arm.] sc. laicos inermes] sc. clericos 70 stip.] cantui 71 peculi] apocopa 72 can.] carminis

---

55 liafwini (*i. e.* liafwim) *B* 56 britañ *B* 71 peculii apocapa *B*

In melius mutasse rati, spirantis amomi
Palmarumque inopes, Silvano extorsimus algam,
Quam, Lebuine, vides, sacer ac memorande sacerdos.
Hanc precor ut, Christum recolens nil fastibus usum
Pallentis viduae potius cessisse minutis,
Gratam habeas precibusque tuis mea vincula solvas
Et vera facias post diversoria carnis
Libertate frui sacris cum coetibus agni.

VI.

VERSUS RATBODI SANCTAE TRAIECTENSIS AECCLESIAE FAMULI DE HIRUNDINE.

Est mihi corporeae species aptissima formae,
  Quae fore terrigenûm nulli onerosa queat;
Vix etenim digitos numerat mensura quaternos,
  Formula qua constat corporis arta mei.
Unde dei templis fas est mihi ponere nidos
  Inque hominum pullos aede fovere meos.
Agricolis autem veniens nova gaudia porto;
  Garrula nam 'vacuum scindite' clamo 'solum'.
Quorum sub laribus modicam dum congero glebam,
  Nequiquam augurio spondeo fausta meo.
At mihi mirandum tribuit natura secretum,
  Quo medicans pullis lumina reddo meis;
Nam mihi Phytagoras hac coedit in arte magistrae,
  Quem frustra caecus, ut reparetur, adit.
Inde est quod nostro nomen de nomine nascens
  Urbetenus crassis accipit herba locis;
Quod qui nosse velit, Grecos primum ore sequatur,
  Mox et hirundineam Roma et hirundo dabit.
Ergo iuvat nostrum, lector, tibi dicere morem,
  Quo mirere magis cuncta creantis opus.

---

77 Quē *B* 79 Palentis *B* 82 cetibus B^2 (*del.* o)

4 arta *sic P* 13 coedit *P; cf. Swidb. v. 51 (p. 167)* 14 *syllabam brevem in caesura tuetur v. 36 et carm. I* III *6. 8; in Swidberto limatioris artis carmine v. 86* quo *pro* ut *posuit, quod etiam hic poni poterat*

75 *Lactant. de ave phoenice v. 83* spirantis amomi. 76 alga vilius *id dicunt, quod nullius pretii est (Verg. ecl. 7, 42).* 79 *cf. Marc. ev. 12, 42.*

8 *Verg. georg. II 399* solum scindendum. 9 *nidi sc. faciendi causa; eos qui vulgo hirundinis nido felicitatem portendi putent, opinione falli ipse Radbodus expertus videtur, cum carmen elegantius sit, quam ut poetam sine causa superstitioni illi restitisse credas.* 12 *cf. Isidor. etym. XVII 9, 36 (vol. IV p. 354 ed. Arev.); de Celso et Plinio v. Mayhoff ad Plinii n. h. XXV 89 (vol. IV p. 145); a Plinio sumpsit Macer Floridus cap. 52 p. 98 Choulant.*

Glossae. 75 am.] odoris virtutum 76 palm.] i. e. victoriae in agonibus algam] vile obsequium 78 fast.] muneribus Iudaeorum 79 pall.] ieiunantis min.] humilitati 80 vinc.] peccata

---

76 agonius *B* 79 ieuiantis *B*

Floriferas auras et frondea tempora capto
  Tumque per humanas hospitor ipsa domos
Atque ibi spectandum cunctis confingo cubile,
  Segnis inersque manus quale patrare nequit.
In quo nata mihi praedulcia pignora servo,
  Donec me valeant per spatia ampla sequi.
Hunc mihi iungo gregem, et volucres mox explico pennas;
  Impigra sic totam duco volando diem,
Nec tamen id frustra: dum quippe per ardua trano,
  Arrident densis aethera laeta satis;
At, cum limosas pennis contingo paludes,
  Tum pluvia et ventis, Aeole, tundis agros.
Sole dehinc gelido cum ninguida bruma propinquat,
  Seu patria pellor seu fugio ipsa mea,
Nec dulces nidos nec hospita limina curans,
  Sed propriae sortis indita iura sequens.
Sic rigidas auras ignotis vito sub antris,
  Sic quoque naturae do paradigma tenax.
Heus homo, dum causas rerum miraris opertas,
  Ne spernas decoris munera quaeso tui:
Tu ratione viges — ego sum rationis egena;
  Tu post fata manes — fata ego tota sequor.
His quantum superas, tantum me vince creantis
  Imperio parens, iussit ut ipse creans.

---

40 ne *sic* *P*   43 vince *sic* *P*

41 *Hrotsv. Agn. 211* iuvenes rationis egeni.

SIGLOARDI REMENSIS RHYTHMI.

A Belgis redimus in Galliam septemtrionalem. Priusquam vero Laudunum veniamus, ubi carmina de s. Cassiano et de s. Quintino lecta et compilata sunt tertiumque de s. Benedicta est compositum, vel Compendium redeuntem videamus s. Cornelium, Remis paululum subsistimus, cuius urbis archiepiscopum Fulconem a. 900 a Winemaro crudelissime trucidatum Radbodus in praefatione carminis primi commemoravit. Eius enim praesulis et epitaphium metricum habemus a Flodoardo historiis ecclesiae Remensis insertum et planctum a Sigloardo canonico[1] *rhythmis scriptum. Cum autem haec duo opuscula facile potuerim Radbodo adiungere, tamen id facere nolui, quod e re videbatur addere eiusdem Sigloardi titulum nulla cum Radbodo ratione coniunctum. Quo recepto etiam simillima Adeloldi cuiusdam, qui et ipse monachus fuit s. Remigii Sigloardo ut videtur aequalis, inscriptio recipienda erat; cuius hodiedum extat manu scriptus codex nunc Bernensis 522 (cf. H. Hagen, catalog. codd. Bern. p. 438).*

PLANCTUS FULCONIS ARCHIEPISCOPI REMENSIS AUCTORE SIGLOARDO.

1. O Fulco, praesul optime,
O cunctis amatissime;
2. Re pontifex et nomine;
Homo, sed maior homine;
3. Vir nobilis prosapiae,
Et talis sapientiae,
Qualis nullus est hodie;
4. Toto formosus corpore
Magnaeque eloquentiae!
5. In tuo fletus funere
Vix possumus reprimere.
6. Det tibi Christus requiem
Atque coronam perpetem!
7. Nos autem te plorabimus
Diebus atque noctibus;
8. Nam amasti veraciter
Nos et tractasti dulciter.
9. Adornasti ecclesiam,
Gubernasti familiam;
10. Per summam dei gratiam
Bene rexisti patriam.

Ex Flodoardi chronico decurtato ed. Labbe, bibl. manuscr. I 362 sq.; de strophica ratione A. Ebert (G. d. L. d. Ma. III p. 174) falso iudicat, multo rectius ante eum W. Meyer, der Ludus de Antichristo p. 96 (VIII 28) 1, 2 amantissime *Labbe: correxi* 5, 1 flentes *Labbe: corr. Duméril 1843 p. 266.*

1) Canonicus *audit in subscriptione planctus,* monachus *in titulo v. 14; cf. Hinschius, System des kathol. Kirchenrechts II p. 54*[4].

De Fulcone a. d. XV. Kal. Iul. a. 900 caeso cf. Duemmler, Ostfr. III p. 518 sq. et Radbodum I 1 (supra p. 162).

11. Sed quidam serpens lubricus
Et non pater, sed vitricus,
12. Tibi tendens insidias
Nostras auxit iniurias:
13. Maledictus a domino
Puniatur in baratro!
14. Cum gladio et fustibus
Et armatis militibus
15. Invasit te Guinemarus,
Nulli dulcis, sed amarus;
16. Cui nihil abstuleras,
In quem nihil peccaveras.
17. In die, qua te tradidit,
Et te et ipsum perdidit.
18. Quam cito clerus audiit
Tantum malum, infremuit;
19. Et plebs et ordo gemuit:
Ruit illuc et rapuit
Corpus et secum detulit
20. Multasque fudit lacrimas,
Dum celebrat exequias.
21. Translatus in ecclesia,
Stans rectus ad altaria;
22. Abbates et episcopi
Hunc sustentant revestiti:
23. Induunt eum infula
Pallioque et tunica;
24. Stola collo imponitur
Et candela accenditur;
25. Nec deest ibi baculus,
Sed applicatur manibus.
26. Tunc decanus pontificum
Iubet et rogat populum,
Ut orent omnes dominum
27. Pro anima pontificis,
Ne mergatur in inferis,
Sed laetetur cum superis,
28. Et ut deo dent hostiam,
Quae purget eius animam.
29. Tunc omnes deo supplicant
Cum lacrimis et rogitant.
30. Tenent candelam singuli
Pontifices, presbyteri;
31. Tyrannum excommunicant
Et viventem mortificant
32. Omnemque coetum militum,
Qui dederunt auxilium.
33. Post hoc defunctum efferunt
Et honeste sepeliunt,
34. Eiusque ante tumulum
Commendant deo spiritum.
35. In requie sit anima
Nunc et per cuncta saecula.
36. 'Amen, amen, fiat ita'
Dicat omnis ecclesia.

EXPLICIT RYTHMUS SIGLOARDI CANONICI.

17, 2 prodidit *Bulaeus, histor. univ. Paris. I 288* 23, 1 Inducunt *Duméril probabiliter* 25, 1 *fort.* sibi 33, 1 Post haec *Duméril; cf. ad Radbodi Lebuin. v. 58 (p. 171)*

15, 1 Winemarum *interpretatus esse videtur* vinum amarum. 17, 2 te *corporaliter et se* ipsum *spiritualiter.* 22, 2 revestiti *(i. e. im Ornate)* ⏑ ´– – ´–; *cf. 15, (1.) 2. 36, 1.* 25, 1 baculus *pastoralis.* 30, 1 *i. e. unus pontifex et unus presbyter.* 31, 1 *pridie Non. Iulias excommunicabatur Winemarus, non is, qui auctor caedis fuerat, Balduinus (cf. Duemmler, Ostfr. III 519).* 36, 1 amen *patres interpretari solent* vere *vel* fideliter; *sed cf. Hieronym. in Pauli ep. ad Gal. I 1 (cap. 1, 4) ed. Vall.*[2] *VII 380.*

SIGLOARDI TITULUS REMENSIS.

Nongento primo anno incarnati domini
Sub quarto Cal. Ianuarii secundaque sabbati
Glorioso ab hac urbe delato corpore
Domini nostri ac patroni beati Remigii
Cum honore dignitatis utriusque ordinis
Concurrebat plebs devote Heriveo praesuli,
Carolo rege subsequente cum Richardo principe,
Christo laudes una mente iubilando consone.
Cum fuisset huc perlatum pignus sanctissimum,
Caelitus virtute lapsa ilico prosiliit
(Miro dictu) quidam claudus directis poplitibus,
Novo gressu abhinc suum prosequens Remedium;
Cuius ope adiuvemur hic et in perpetuum.
Sancte, tui Sigloardi miserere monachi,
Qui ductus amore istius patrati miraculi
Ob istius monimentum hunc erexit titulum.

EPITAPHIUM FULCONIS.

Hoc tumulo magni Fulconis membra teguntur
Remorum sedis praesulis egregii,

Sigloardi inscriptionem ad Flodoardi historias Remensis ecclesiae I 22 p. 54 primus a. 1617 ed. Colvenerius; repetierunt Marlot (metropolis Remensis historia I p. 528, histoire de la ville, cité et université de Reims II p. 688), Bouquet (recueil VIII p. 162), Waitz (SS. XIII p. 441[4]*), Porillon-Piérard (anciennes croix de Reims, édité par l'abbé Cerf, Reims 1895 p. 56; non vidi). Titulus saec. XVIII exeunte deperditus fuit. Ex Colvenerii verbis 'in circuitu pedis columnae crucis sitae in burgo s. Dionysii Remis eius rei testis est haec inscriptio' non apparet, utrum aequalis an renovata fuerit inscriptio; ex Marloti autem testimonio 'in eo loco .. crux lapidea erecta est, quae stat adhuc, .. cuius suppedaneo haec litteris Gothicis exarata leguntur' H. Jadart, bibliothecarius clarissimus urbis Remensis, in litteris humanissime ad me datis recte concludere videtur titulum saec. XIV fere renovatum esse; quod si factum est, facile ea, quae in titulo satis brevi magnae ceteroquin offensioni essent futura, vitia explicantur. Cum igitur nonnulla iam in renovata inscriptione peccata esse videantur, ego supra titulum dedi ut Colvenerius eum exhibet, coniecturis in apparatu propositis.* 1 Nongenteno *Marlot*[2] *recte; d. 29. mensis Decembris a. 900 (novus annus computatur a natali domini) feria fuit secunda (de elocutione cf. Ducange s. v.* 2 sabbatum*)* 2 Sub quarto Calendas (Calend. *Marlot*[1]) Iani *Duemmler recte; cf. Flodoard. IV 12* nocte post sanctorum Innocentium natale (*i. e. 28./29. decembr.*), cuius insequente die id operis (*sc. translatio*) disponebatur expleri . . .: *sic* Iani Kalendas *Statius silv. I 6, 1,* Martis Kalendas *Lygdamus (Tibull. III) 1, 1 dixerunt* 3 iam *add. Waitz; verba* ab hac urbe *non intellego* 4 Domni *malim, cum v. 3. 12. 13 (et v. 1) hiatus sit, v. 15 corruptae lectioni debeatur synaloepha* 7 Carlo *Waitz recte* 9 hoc *add. Waitz, fort. recte (an* sacratissimum, *cf. Flodoard. SS. p. 441, 24?)* 11 Mirum *Marlot*[2] *recte* 15 amore a te patrati miraculi *conieci*

Flodoard. histor. Rem. eccl. IV 10 SS. XIII p. 575, 16 sqq. Cuius antistitis (*s. Fulconis*) hoc habetur epitaphium 2 *in ras. R(emensis codex); de codd. cf. Waitz p. 408*

1 *cf. Flodoard. I 22. IV 12 SS. XIII p. 441.* 5 *sc. clericorum et laicorum.* 6 *Heriveum archiepiscopum (a. 901—922)* cessante Northmannorum persecutione, per solam dei clementiam pace recuperata *s. Remigii corpus rettulisse dicit Flodoardus I 22.* 7 Carlo *rege Simplice,* Richardo principe *Burgundiae (cf. Flodoard. IV 12).* 11 quidam claudus *nomine Abraham; cf. Flodoardum I 22.* 12 *luditur in nominibus Remigii et remedii;* Remedium *enim dixerunt Fortunatus aliique scriptores Merowingici (cf. Krusch, ind. Auct. Antiquiss. IV 2 et SS. Merow. I—III), ex poetis aevi Carolini Alchvine XC* XXII *1. CX* XII *3 (vol. I p. 316. 342).*

Germine nobilium quem Francia protulit ortum
Aulaque de scholis sumpsit et excoluit.
Hinc deus assumptum statuit virtute probatum,
Ecclesiae speculum pontificemque pium,
Septenos denosque simul cui praefuit annos,
Tres menses, denos insuper atque dies,
Auxit episcopium superaddens plurima rerum,
Urbis et istius moenia restituit.
Orbis honor, patriae tutor, pietatis amator
Pro studio pacis confoditur iaculis.
Septenum denumque diem iam mensis agebat
Iunius, ut dira morte peremptus abit.
Cui matris domini, pariter quoque praesulis almi
Remigii pietas obtineat requiem. Amen.

ADELOLDI TITULUS REMENSIS.

Cum transisset ex hoc mundo   ad caelestem patriam
Praesul magnus ⟨et benignus⟩   beatus Remigius,
Huc a plebe sancta digne   delatus est corpore,
In ecclesia condendus   Thimothei martiris.
Tunc hoc loco moram fecit   nec moveri potuit,
Donec, quo locandus esset,   revelavit dominus:
Ubi nunc favente Christo   praepollet virtutibus,
Praestans hic deo devotis   apta beneficia:
Caecis visum, claudis gressum   et aegris remedium.
Igitur profusis votis   exoremus dominum,
Veniam ut delictorum   piis eius precibus
Mereamur adipisci   et caelorum gaudia.
Sancte Remigi, confessor   pretiose domini
Adeloldi quoque tui   miserere famuli.

---

13 hagebat R^{1} 14 abit *sic; cf. epitaphium Gozlini v. 7 (supra p. 137)*

Flodoard. histor. Rem. eccl. I 17 SS. XIII p. 427, 55 sqq. Ubi vero feretrum constat ipsius aggravatum, multa feruntur ostensa miracula postmodum. Hic etiam crux exstat abinde posita, columpnae monimentis his insignitae praefixa: Cum transisset . . . famuli   2 et benignus *addidi (*et confessor *minus probabiliter Heller)*

5 hinc *(i. e. ex aula)* assumptum *deus ecclesiae Remensi praefecit.*   7 *hinc eum a. d. VIII. Idus Martias a. 883 consecratum esse consequitur (cf. v. Kalckstein, Gesch. des französ. Königth. p. 28[3], qui p. 113 miro errore Fulconem a. d. XVII Kalendas Sextiles interfectum dicit); Hincmarus mortuus erat anno 882 a. d. XII Kalendas Ianuarias (cf. Duemmler, Ostfr. III 210[2]).*   15 *cf. Hincmari epitaphium (vol. III p. 420) v. 10 sqq.:* Sis pia cultori, sancta Maria, tuo. Dulcis Remigii sibimet devotio prosit, qua te dilexit pectore et ore, manu.

5 moram fecit *i. e. machte halt.*   7 *i. e. ibi sc., ubi . . .*   9 *cf. ad Sigloardi inscr. v. 12.* 14 *cf. Sigloardi inscr. v. 14.*

CARMINA DE SANCTIS CASSIANO QUINTINO BENEDICTA.

Tria edimus carmina, quae cum neque nomina poetarum prae se ferant neque uno codice exhibeantur, mirabere fortasse, cur complectenda nobis visa sint. Neque iniuria; namque duo eorum, ea sc. quae primo et secundo loco posuimus, iam antea erant cognita, Cassianus ex Fontanini[1] *et Harsteri*[2] *editionibus, Quintinus ex eodem Harsteri libro, etiamsi is, qui utrumque edidit, carmina inter se cohaerere non sensit. Atqui is excusatur ea re, quod Benedictae passionem nec noverat nec novisse poterat. Neque enim potest de tota hac quaestione recte iudicare nisi is qui a Benedictae vita proficiscatur. Quam ob rem recte ita videor mihi agere, ut primum de hoc carmine dicam. Servavit igitur Benedictae passionem codex Parisinus 8431 olim Colbertinus*[3], *qui vitae Wilfridi a Fredegodo conditae, quam infra exhibebimus, recensionem continet interpolatam. In eo fol. 3—20 scripta est vita s. Benedictae manu saec. IX. Carmen totum aequalis manus ita retractavit, ut plurima adderet vel immutaret: semel vel totum folium (18^r et 18^v) inserendum erat ob amplitudinem additamentorum. Sed ne sic quidem absolutum est carmen, quoniam et remanserunt versus pentametri (163. 507) vel heptametri (9. 97) nec semper constructio servatur, si additamenta inseras; cf. praesertim v. 161^a et 240^a. Manus tam librarii quam correctoris Franca est; attamen certum est librarium fuisse natione Scottum. Nempe orthographiam eandem atque in Scottorum libris esse cognosces iis, quae in adnotatione*[4] *disputavimus, cum Traubii indice (vol. III 795 sq.) comparatis. Neque mirum id est, quoniam Scotti exules scriptura patria uti interdum*

---

1) *De antiquitatibus Hortae (Romae 1708) p. 342 sqq. Qui apographo Parisini codicis 12958 usus est (v. 427* sanxit *in 'suo libro' pro* lavit *emendatum testatur), cum ea, quae evulsis foliis nunc demum in P desiderantur, non ediderit et codice s. Germani n. 408 se uti ipse profiteatur. Inutili ergo lectionum pessimarum farragine editionem nostram onerare noluimus; quas, quorum interest, petant ex Harsteri opere. Quae in P corrupta esse dicimus non addito correctoris nomine, ea emendavit Fontaninus. Alterum codicem pleniorem secundum Fontaninum (p. 360) habebant monachi s. Quintini; quem neque ipsum ut indagaremus contigit neque apographon patrum Bollandianorum hodie extare me docuit domnus van den Gheyn; Leodii olim fuisse exemplar ex Stephani imitationibus a me detectis apparet.* 2) *Novem vitae sanctorum metricae (Lipsiae 1887) p. 52 sqq. 'carmen de s. Quintino', p. 64 sqq. 'vita s. Cassiani'.* 3) *2°-Catal. vol. IV p. 458; catal. codd. lat. hagiogr. Paris. vol. II p. 557. Ceterum hunc ipsum codicem in Montefalconiano catalogo bibliothecae ignotae (bibl. bibl. II p. 1279^b) i. e. Carmelitarum Claromontensium in Arvernia (Labbe, nova bibl. mss. p. 206 sqq. num. 26) commemorari video.* 4) *Sunt autem haec:*

h *praeter usum additur:* archanum *(v. 110)*, Herebo *(v. 476)*, hodiosa *(v. 286)*, horta *(v. 462)*, hos *(= os, v. 460)*, Olymphus *(epilog. v. 20; 110. 307^c. 395^d. 437. 568. 647)*, thura *(v. 466)*;

desierunt[1]. *Quod autem sic constat in eo loco, ubi carmen de s. Benedicta compositum est, Scottos versatos esse, id postea nobis ansam dabit, ut iudicium de carminis origine faciendum artioribus limitibus coerceatur. Hic id tantum dico poetam ipsum non fuisse Scottigenam, qui numquam fere neglecta geminatione vitium commiserit prosodiae et multa Scotticae orthographiae vestigia sustulerit; de quibus apparatum consulas. Immo Francum poetam fuisse evincunt quae dicit v. 154 de audaci Gallia, cum sic non loquatur nisi qui patriam laudare velit; audacia enim in popularibus suis poetae placebat, quamvis illi tum temporis fidei Christianae lumen nondum acceperant.*

Priusquam autem hoc persequar indicium, pauca de Cassiano et Quintino dicam. Cassianum servavit cod. Paris. 12958[2]*, olim s. Germani a Pratis, saec. X vel XI fol. 73—76. Usus sum Duemmleri apographo, quod cum codice ipso non sine fructu contuli; quod vero tam multa corrigenda erant, id Harsteri culpa factum est, qui compendia a Duemmlero diligenter servata saepe falso solvit; quod aperte hic dicendum erat, ne quis vitia editionis Harsterianae Duemmlero imputaret. Quintini vita altero codice Parisino 14143*[3] *(s. Germani, olim Corbeiensis) saec. IX vel X fol. 72—82 continetur, quem post F. Burgeri curas vel potius incuriam iterum ipse excussi. Quae vitae quot versus cum sancta Benedicta communes habeant, ex adnotatione nostra discas; quamquam inde tum demum uberior fructus colligi poterit, cum cognoverimus, utro loco illi versus proprie positi fuerint et in utrum transsumpti. Et Cassianum quidem ante Benedictam carmine celebratum esse inde apparet, quod Cass. v. 221* indicium quaerit veniat quod caelitus illi *eadem forma scriptus est a librario Benedictae v. 215, corrector vero elegantiorem effecit tenorem pronomine relativo in optandi particulam* quo *mutato. Benedictam autem, ut Cassiano posterior est, ita et ipsam priorem esse conicias Quintino; quae enim apte Matroculus verba facit ad lictores Bened. v. 373* castigate illam; iuvenili aetate tenetur; ast alapis pulcrum magnis percutite vultum, *quoniam ibi feriri iubet formosam virginem, ea inepte in Quintini vita v. 224 dicit Riciovarus praefectus nequissimus ad Gentianum senem (v. 219) iamiam decrepitum:* debueras, vetulus, iuvenes a talibus ausis castigare et nunc iuvenili aetate teneris? *At ut inepta haec esse apparet, ita fortasse contrariam rationem ea re commendari aliquis putaverit, quod castigandi*

---

h *praeter usum omittitur:* abebatur *(v. 189)*, altitronus *(v. 75. 119. 166)*, as *(v. 453[b])*, baratrum *(v. 200. 287. 364. 513)*, coreis *(v. 580)*, e *(= hae, v. 180)*, exortata *(v. 441)*, Flegetontis *(v. 473[b])*, onore *(v. 46)*, orrendum *(v. 368)*, orrificas *(v. 267)*, ortor *(v. 446. 447[b])*, timiamata *(v. 217)*, tronum *(v. 232)*;

geminatio consonarum male adhibetur: ammenam *(v. 356)*, ammittere *(v. 463)*, inmittem *(v. 550)*, immo *(= imo, v. 517)*; *cf.* inmitari *(v. 93. 235)*;

geminatio consonarum male neglegitur: amitant *(v. 278)*, aplicuisti *(v. 559)*, aripiunt *(v. 248[a])*, asis *(v. 540)*, atestante *(v. 193)*, guture *(v. 182)*, icirco *(v. 363)*, terigenis *(v. 307[c])*;

permutantur o *et* u*:* con *(= cum) et* cum *(= con) passim*, cumpeta *(v. 57. 411)*, cumpos *(v. 576)*, cunditor *(v. 595)*, fonto *(= functo, v. 487)*, funs *(epil. v. 7; v. 443. 510)*, incombens *(v. 216)*, lungum *(v. 224)*, prumsit *(epil. v. 28)*, pumpam *(epil. v. 31)*, recunditur *(v. 206[c], cf. appar.)*, sommis *(= summis epil. v. 27; sed v. 206[b]* sommos *= somnos)*;

permutantur i *et* e*:* cumpeta *(v. supra;* competa *v. 212)*, spondis *(v. 472; cf. Ioh. Scott. VII 1, 2 vol. III p. 547)*;

c *intruditur ante* g *vel* x*:* coniuncgens *(v. 72)*, docxam *(v. 200)*, fincxit *(v. 196)*, flucxit *(v. 574)*, iuncgens *(v. 561)*;

c *cum* qu *confunditur:* cos *(v. 457)*, iniqum *(v. 31)*, Quocitus *(v. 37[d]. 497. 596)*;

b *pro* p *scribitur:* subpremo *(= supremo, epil. v. 39)*, blasmator *(v. 587)*.

1) *Cf. L. Traube vol. III p. 524 adn. 7.* 2) *Cf. Delisle, inventaire des mss. latins 8823—18613, II p. 82.* 3) *Cf. Delisle, inventaire II p. 129; de Burgero lenius iudicare nequeo, cum ille nimis saepe in describendo lapsus sit et prooemium omiserit, quod ad vitam s. Quintini recte iam rettulerant Delisle et Duemmler N. A. IV 262; nec melius eum in Herodoti codice Parisino rem administrasse docuit H. Stein, Hermes XXVII p. 159 sq.*

verbum in s. Quintini vita proprio sensu positum est (nam v e r b i s *aliquem castigare recte dicimur), Benedicta autem castigari iubetur non verbis, sed verberibus: quod argumentum ut satis habet speciei, ita tamen cavendum est, ne ei nimiam tribuamus auctoritatem in carmine noni saeculi; et possumus, si de singulis verbis rimari vellemus, de* aetatis *nomine argutari, quod in Quintini loco parum apte ponitur pro ardore. Neque vero probabile est in Benedictam ex Cassiano et in Quintinum rursus ex Benedicta tot versus translatos esse, sed Benedictae poeta duobus carminibus usus esse videtur. Et minuitur offensio in Quintino notata inde, quod pro affirmatione nunc ex codice restituitur interrogatio. Neque certe mirabile est in eo coenobio carmen de s. Quintino lectum esse, ubi celebrata est s. Benedicta, cum in Benedictae vita etiam s. Quintini mentio fiat.*

Iam quaerere licet, ubi potissimum fieri potuerit, ut trium sanctorum, Cassiani, Quintini, Benedictae, pia simul coleretur memoria. Id vero deliberanti occurrit Laudunensis ecclesia, quia Benedicta venit Laudunum (v. 167 sqq.), Quintinus in tota dioecesi colebatur[1]*, eiusque autem et Cassiani reliquiae bis in turbis Northmannorum, a. 881 et a. 882, Laudunum translatae sunt*[2]*. Ne vero ita id tantum definiri dicas, qua in regione carmen de s. Benedicta conditum sit, iam magnopere id nos adiuvabit quod codex archetypus a Scotto homine scriptus est; Scotti autem Hincmari episcopi aetate multi et erant Lauduni et utebantur abiecta patria scriptura Francicis litteris, id quod luculento exemplo docuit L. Traube*[3]*; num autem etiam in aliis illius dioeceseos monasteriis fuerint, iure dubitari potest. De Benedictae igitur origine Laudunensi constare videtur. Cassiani autem et Quintini vitas si in Sanquintinensi monasterio scriptas esse mavis statuere, non habeo quod ei iudicio opponam*[4]*. Quodsi forte carmina Iohannis Scotti poetae Laudunensi ignota fuisse*[5] *mireris, eo argumento nihil efficitur, cum alia extent indicia, quae faveant nostrae coniecturae. Gregorii Turonensis libro, qui est in gloria confessorum, usum se esse testatur Cassiani laudator v. 428: idem vero Gregorii opus olim in bibliotheca Laudunensi extitisse discas ex* K r u s c h i i *praefatione p. 463, 5. Quid quod inter tot Alcimi Aviti codices soli Laudunenses 279 et 273 in lectione v. 149 primi libri consentiunt cum Benedictae v. 556? Neque Hilarii genesis frequenter lectitari poterat ob codicum paucitatem; hodie certe non extant nisi Laudunenses*[6]*. Descripserat praeterea iam Duemmlerus ex codice Cassiani, sed ex ea parte, in qua alia manu scripta sunt opera quaedam Boetii philosophi, notam marginalem fol. 56'; qua uti debuit Harster, si eam intellexisset. Sunt enim ibi manu antiqua, sed ab ea, quae textum Boetii scripsit, diversa, haec verba exarata* Θ *(i. e.* obiit*)* edieth regina. *Quae cum ad Ottonis Magni uxorem pertinere conicerem neque vero ipse de codicis aetate iudicare auderem, de ea re interrogavi V. Cl. O. Holder-Egger; qui scripturae genere examinato se non dubitare respondit quin Boetius ille scriptus sit saec. X, neque quicquam obstare, quominus verba marginalia tribuerentur anno 946. Iam quaerimus, ubinam potissimum in regno Francorum occidentalium eo tempore Edithae reginae obitum luxerint. Quem ex scriptoribus occidentalibus eius aetatis unus Flodoardus Remensis in acta rettulit*[7]*; apud s. Remigium vero et Ludovicus rex, maritus Gerbergae, sepultus erat et ipsa Gerberga Ottonis Magni soror sepeliri se voluerat*[8]*. Probabile igitur est eum quoque locum, ubi*

1) *Cf. AS. Octobr. XIII p. 773 sqq.; quamobrem ex v. 136 non multum potest colligi, quo poeta se indicat Quintini cummaxime esse colentem.* 2) *AS. Octobr. XIII p. 748*[d]*. 749*[b]*.* 3) *Cf. 'o Roma nobilis' p. 362 sq.* 4) *Cf. p. 178*[1] *et adn. ad Cass. 507 sq., ubi poetam meliore Laudensibus Cypriani Galli codice usum esse ostendam.* 5) *Nam qui unus est similis locus in Iohannis Scotti carmine II 5, 48 (p. 535) et vita Quintini v. 194, is videtur tam vulgaris esse, ut non liceat ea similitudine abuti ad evincendam imitationem.* 6) *Cf. Cypriani Galli heptateuchos ed. Peiper p. XXII.* 7) *SS. III p. 393, 24;* n o m e n *autem Edithae ne ille quidem ponit.* 8) *Cf. v. Kalckstein, Gesch. d. französ. Königth. p. 281 adn. 2 et p. 322 sq.*

a. 946 codex Boetii asservabatur, cum Gerberga regina coniunctum fuisse. Lauduni autem, ubi supra conieci Cassiani codicem quendam saec. IX extitisse, Gerberga usque ad aestatem a. 946 versata est, cuius anni mense Ianuario Edith obierat.

I.

CARMEN DE SANCTO CASSIANO.

PROLOGUS.

. . . .
. . . .
. . . .

LIBER PRIMUS.

Astrigeros postquam Christus transcenderat orbes,
Ad solium patris devicta morte revertens,
3* Coetus apostolicus toto se sparserat orbe
. . . .
. . . .
. . . .
At tuba terribilem sonitum cum protulit istum
Agmine discipulûm Christi pangente triumphum,
Splendor iusticię per eos effulsit in orbe.
Tunc coepere viri divino flamine pleni
Surdis auditum, cecis imponere visum,
Attactum mancis, gressum concedere clodis,
Dęmonas expelli, functis halitum reparari.
Hęc ubi viderunt, vitę spem corde tulerunt
Atque sequi Christum semet vovere per evum,
Quotquot erant scripti celestis cortice libri.
En operante deo, qui iure triumphat ab alto,
Auster et occasus, Boreas radians et Eous
Credentes tanti gaudent affamine verbi.
Iam Trax et Parthus pellem mutavit et Indus,
Perses seu Medus vitam mollisque Sabeus.
Teucer et Argolicus, Thirrenus sive Sabinus,
Gallus et Hispanus, Britto pictusque Gelonus,
Romanus celeber necnon bellaxque Sicamber
Perfidia exuti, permulsi lacte fidei
Idola siverunt baptismo seque piarunt.
Sicque prophetalis completa est dictio vatis,

1*—3* *ex apographo nunc deperdito patrum Bollandianorum ed. Fontaninus p. 360; omisit Harster* 1 sonitum *sic P(arisin. 12958)* 3 Splendor (r *in ras. ex* x, *ut vid.*) *P* 7 functos *P* (expelli *et* reparari *fort. deponentia putavit poeta*) 12 &eocasus *P* 16 ⁊ (*i. e.* et, *ut saepe*) *ss. P*

1*—3* *Bened. 34 sqq.; desunt non ita multi versus, cum v. 1 sqq. pertineant ad eandem periodum.* 1 *sqq. cf. Verg. Aen. IX 503 (Vergiliana exempla in Cassiani et Quintini vitis omnia fere invenit Harster; nonnulla utiliter addidit Manitius Wschr. f. class. Philol. 1888 p. 109).* 2 *Bened. 39.* 5 *sqq. Matth. 11, 5; Quint. 140; Bened. 163.* 9 *i. e. voverunt.* 10 *apocal. 21, 27.* 13 *v. 201 et Bened. 442.* 14 *cf. p. 1 sq.* 15 *Verg. Georg. I 57.* 17 *Georg. II 115.* 21 *Isai. 52, 10.*

Que canit in cunctis procedere finibus orbis
Verbum, discipulis retulit quod lingua salutis.

DE CONVERSIONE AEGYPTI ET ORIGINE BEATISSIMI CASSIANI CONFESSORIS.

Hoc cum Menphiticis lumen radiasset in oris,
Nactum Syrophanis ponunt illudque capescunt,
Magnis caelitibus tribuit quod munere Christus.
Hic tenebras pelli, lucem tuer(er)is oriri,
Idola frustrari, vexilla crucis venerari,
Quadrigas † cencris sublabi fluctibus altis,
Israhel in solido gratari carmine mixto.
Unde tibi meritas effemur, rex deus, odas:
Quod facinus fuerat, tua gratia nunc subabundat;
En sanctos generat, quae olim simulacra patrabat,
Monomachos gignens et eos cęlestibus indens.
Quos inter Cassianum nuperrime sanctum
Produxit puerum multo de sanguine cretum,
Quem genitor locuples et rerum emblemate dives
Chrismate perfusum scolis dedit erudiendum.
Hunc pius antistes Zonis, post martyr enormis,
Instruxit verbo, redimivit stigmate pulchro.
Scripturas peragrat, quae sunt archana, retractat,
Nec abduntur ei, quaecumque obscura teguntur,
Donec catholicum lumen penetraret ad unguem.
Flore iuventutis redolens primevę adolescens
Libavit totum domino sese in holocaustum
Ei servire volens, cui se subiecerat ardens;
Crescebat meritis, vitę crescendo momentis.
Quod lex praecepit, quod patris gratia sanxit,
Viribus egregium totis imitando magistrum
Implebat studio, legis duo iussa patrando.

DE VIRTUTIBUS SPIRITUALIBUS IN EO.

Interea iuvenis capsim formatur ab annis,
Quodque prius coepit, gestis cumulabat opimis.
Nempe viro factus digno consors Ilarino
Excubiis nictat, divinis laudibus instat.
Templa beatorum lustrans et eos prece pulsans

---

23 discipul' *i. e.* discipulis *sic P* || BEATISSISMI *P* || 27 tueris *P: correxi (cf. Quint. 29* sq.); sic v. 283* tuitur 32 subabund& (a *supra*) *P (corr. m. 1, ut ubique)* 39 r *i. e.* require *P in mg. (item v. 51); offensioni erant* zonis *et* capsim 40 redemiuit P^1 43 chatholicum *P* 45 holocastum (u *supra*) *P* 47 *post* uitae *male dist. P; meam distinctionem et sententia et leoninitas commendat* || SPȲALIBUS *P* || 51 ad undas (ab annis *supra*) *P*

25 *non intellego, sed* hierophantis *(sic Harster pro* Syrophanis*) nullum locum esse video; cf. Solin. 32, 41 in descriptione Aegypti* Abydos et ipsa nobilis, olim Memnonis regia, nunc Osiris fano exculta. 29 *sq. exod. cap. 14 sq.; cf. v. 90.* 31 *Bened. de sole v. 31.* 33 *sc. Aegyptus.* 34 *i. e. monachos, etymologia insulsa; cf. glossam Radbodi ad Lebuin. v. 67 (p. 171).* 36 *Aen. II 74. IV 191.* 37 *v. 408.* 40 *cf. missam s. Cassiani, quam in appendice exhibebimus,* redimitus stigmate sacro. 43 *v. 189; Bened. 335. 484.* 44 *Aen. VII 162.* 45 *et* 48—50 *liberius imitatur Stephanus Leodiensis in vita s. Landberti AS. Sept. V p. 583b.* 46 ei *monosyllabum; cf. v. 525.* 47 *exemplo Iesu, qui* proficiebat sapientia *(i. e.* meritis*)* et aetate *(i. e.* vitae momentis*), Luc. ev. 2, 52.* 48 *Bened. 49; quod in lege praeceptum (Deuteron. 6, 5; Levit. 19, 18) sanxit Christus (cf. AS. August. II p. 64b).* 50 *Matth. 22, 37 sqq.; Marc. 12, 29 sqq.* 51 *Bened. 20.* 54 *i. e. vigilat.*

Obtabat meritis ipsorum seque iuvari,
Quos animo ardenti sitiebat valde imitari.
Hinc xenodochium reparat, distendit et ornat,
Quo fessis epulas, miseris solamina dedat,
Visitet infirmos, dapibus sustentet egrotos,
Non sua perquirens, sed Christi docmata complens.
Prodere si scripto, si fas est dicere verbo,
Quę bona vir cęlebs divino nectare sollers
Monstrabat studiis iugibus firmans documentis.
Talibus instaret curis dum tyro fidelis,
Extimplo Nili volat ingens fama per urbes
Territat et plebes eius de gestibus omnes.
Unde alacres una dicebant voce sonora:
'Est Cassianus nobis adeo recolendus:
Nobilitate nitet, virtutum agalmate floret,
Moribus illustris, merito sublimior astris,
Effigie rutilus, nulli pietate secundus,
Archas mellifluus, fama super ęthera notus;
Nos inter nemo degit prestantior ipso.'
Talis Niloticam replebat dictio terram
Extollens Cassianum fama meritorum.

DE IULIANO NEQUISSIMO IMPERATORE.

Iam Cariat-Sepher Iosue destruxerat alter
Et muros Hiericho prostravit funditus arvo
Competa per mundi iubilantibus omnia sanctis,
(Heu dolor! orbicolae, lugentes, obsecro, flete)
Cum sacer atque ferox nimium Iulianus et atrox
Suggestum inperii temeravit corde procaci,
Hic tanto scelere ante alios immanior omnes,
Quantus ad astrigerum tendit suspectus Olimpum.
Unde erga sanctos bellum commoverat excors,
Induperans perimi et nullum super arva pacisci.
Quod mandat teter, gaudet parere minister:
Efficitur strages, iugulantur cuspide testes,
Hierusalem cives regem cęli venerantes
Traduntur flammis, merguntur fluctibus altis,
† Torquent aeculeos, nexis patiuntur aeneos;
Occumbunt iusti, multantur ubique beati —
Sic Caesar statuit, dirus sic lictor obaudit.

---

61 doct *coeperat P (itemque v. 243* Sic, *v. 358* Hoc) 62 *cum post* complens *necnon post* documentis *graviter distinguat P,* si *bis pro* non *positum esse consequitur (sic saepe Hrotsvit)* 64 Monstrabit P^1 73 &hęra *P (itemque v. 222)* || IMPR̄Ę *P* || 78 iḥericho *P* 83 sc(le)ere *P* 86 papisci *P : corr. Harster coll. 226. 362. 544* 91 Torquent aeculeos, nexus patiuntur aenos *Fontaninus, sed latet altius vitium* (Torpent aeculeis *conieci*) 93 dictus P^1

57 *Bened. 93.* 61 *cf. ad Bened. 153.* 62 *cf. Stephani Leodiensis vitam s. Landberti (AS. Sept. V p. 583e* nec stilo scribo, nec fas est promere verbis, quae bona vir strenuus divino munere fretus edocuit verbis, ostendit denique factis. 63 *v. 422. 515.* 66 *v. 429 et Aen. IV 173.* 70 *sqq. Quint. 26; Bened. 81a. 80.* 72 *hemistichium post Antholog. lat. 1, 1, 1 (p. 8 R²) tritissimum.* 73 *Aen. I 379 (= Quint. 37); de* archade *v. ad v. 288.* 77 *Iosue 15, 16.* 78 *Iosue 6.* 82 *Aen. I 347; Quint. 87.* 84 *Aen. VI 578 (*tendit *ex v. 577).*

Quos fugat imperium, recolunt spelea ferarum;
Belua conservat, hominum quos mucro retruncat.
Audi, terra, rogo, caelum, superinspice, quaeso,
Ferte virum sterilem nocuos sine re perimentem.
Bacharis, Caesar, bacharis, perfide, frustra,
Pridem discipulus, nunc vilis apostata factus.
Arbos tu sterilis, lignis aequatus adustis
En Erebo frueris nec quemquam voce lacescis.
Vicisti, Galilaee deus, iam Caesaris actus;
Tu potis et clemens, tu rex in fasce refulgens,
Multasti rabidum cęlesti fulmine fossum.
Quocirca celebres tibimet dicemus honores,
Qui, miserans iustos, baratro dimergis acerbos.
Iste furor Zonen vitę direxit ad arcem — **DE ZONE MAGISTRO IPSIUS ET MARTIRE.**
Fretum martyrio, praevinctum nobile serto.
Mausoleum Cassianus cui ilico alumnus
Edidit in templo karum tumulando magistrum,
Exortum Maii cum stiva inflammat Aprilis.
Cuius mirificum iugiter memorando triumphum
Debita victori sacravit vota perenni
Testem preconans et eum cum laude frequentans.
Blasfemus tenebras postquam properavit Avernas, — **DE IOVIANO IMPERATORE CHRISTIANISSIMO.**
Compos orbigenûm motus pietate suorum
Fulgura sedavit, hostes ditione subegit.
Nam Romana phalanx orbem mucrone refrenans
Ad regni sceptrum procerem bonitate refertum
Ab Iove delegit Iovianum nomine dictum,
Iuppiter ut populo extaret de agnomine recto.
Hic armis strenuus domini cultorque monarchus
Christicolas iuvit, paganos credere fecit,
Aecclesias statuit, flocci figmenta redegit,
Orbem iuditio, gentes correxerat aequo.
Is quoque Taphneos cum transmigrasset ad agros,
Ortensis populus sacro pastore carebat.
Quod herus agnoscens iussit perquirere statim,
Quid super hoc domini vellet sententia magni.

---

94 sperea P^1 97 sterilẽm nocuos sine re pimtẽ *sic* P 99 discipulus *cum ligatura* u (s supra) P 101 erobo P 102 galileae ds (*sine lineola*) P 106 miserãns P dimergi sacerdos P 107 artem P: *corr. Harster* 109 Mauseolum P: *corr. Harster; cf. v. 493* 113 uoto P: *correxi* 114 Teste P: *corr. Harster* 118 roma P^1 119 At regni screptrum (r *del. man. 1*) P 122 monarchus *sic P (cf. v. 99)* 124 Aecclesia P^1

94 *Verg. ecl. 10, 52.* 97 ferte *(bringt ins Gerücht)* virum sterilem *(cum iam nunc poetae obversetur imago v. 100 explicata; cf. Matth. 3, 10)* nocuos sine re *(i. e. 'ohne Grund als schuldig', tamquam essent nocui, Bened. 585; 'innocentes' explicat Harster)* perimentem. 99 *Sedul. V 136. 138.* 101 *Verg. ecl. 3, 51 (= Quint. 235); Bened. 37[d]. 476.* 102 *Iuliani morientis verba notissima (cf. G. Reinhardt, der Tod des Kaisers Iulian, Coethen 1891, p. 20) ex Theodoreto inter Romanos quantum scio unus ascivit Cassiodorius hist. tripert. VI 47 (Migne 69, 1062).* 105 *v. 250. 412.* 106 *Bened. 596.* 108 *i. e. nobili (cf. Traube, Karol. Dicht. p. 28[1] et adn. ad Hrotsv. Mar. 891); cf. v. 490.* 111 *pridie Kalendas Maias s. Zonen a. s. Cassiano sepultum esse testantur AS. August. II p. 64[e]; cf. adn. ad v. 345.* 115 tenebras Avernas *a Silio (Punic. XV 76) sumptas esse non credo Harstero.* 119 *Bened. 206[e].*

DE ELECTIONE CASSIANI.

Unanimes igitur domini suffragia poscunt,
Illis pontificem daret ut sibi iure placentem.
Tum legione precum motus sator ipse polorum
Sanciri Cassianum de more patronum
Ornatum donis, fultum caelestibus haustis
Innuit, aspirans introrsus hoc super omnes.
Id siquidem Augustus Cęsar fieri haud refragatur;
Insuper ortatur, mandat, favet atque precatur.
Abnuit hoc humilis nec se vult subdere curis,
Tedia non vitans, sed vires defore testans.
Vulgus ad haec valido strepituque tumultuat alto:
'Nos scimus, quod sis a cunctipotente ditatus:
Prosapia vernas, gestorum lampade flagras,
Astutia polles et simplicitate refulges —
Nolis sive velis, presul dominabere nobis;
Noster cives ades, ideo nos optime pasces.'
Sic clamat coetus, sic annuit ipse senatus;
Vox caelo fertur. Cassiani moderatur
Mens, quo subiret, quod Caesar plebsque rogabant.

DE ORDINATIONE IPSIUS.

Tunc ergo sanctus tantorum voce coactus
Excoepit regimen supplex et nobile nomen.
Alter enim Cassianus cum Caesare ventus
Ex Asia ęquivocum sacravit honore patronum.
His autem gestis inerat dux inclitus orbis
Auroncique patres orbem mucrone colentes,
Affuit et clerus necnon Tafnea iuventus.
Gaudebant omnes odas domino referentes,
Qui sibi pontificem tribuit praeesse cluentem.
Pręsulis in solium postquam conscenderat altum
Ornatus stola, luculentus veste sacrata,
Actibus in cunctis talis virtute refulsit,
Qualis limphasea perlautus Lucifer unda
Cum surgens croceo subtexit sydera peplo.
Prędicat hinc populis summi magnalia regis;
Monstrans exemplis suadebat quęque loquelis.
Gloria quae iustis maneat, quae poena profanis,
Qui decor in superis extet, qui stridor in imis,
Rebus in humanis quam sit fidutia calvens,

---

130 possunt P¹ 132 matus *P* 138 Ad *coeperat P* 141 Noscimus *P* 145 Nr̄t *(cf. Traube vol. III p. 819 s. v. 'compendia')* ciues *(cf. Traube, Karoling. Dichtungen p. 90; genet. plur.* civum *v. 394,* testum *Quint. 15) P* 148 subigeret *P*: *correxi coll. v. 474* (susciperet *Harster*) plesque rogabant (nt *in ras.*) *P* 159 uestę *P* 161 llphasea *sic P; cf. Mart. Cap. VI 569 p. 194, 19 E. et Remigii adn. (A. Mai, gloss. nov. p. 88)* 164 quęq. loq̄ᵃ. *(i. e.* quae *more librarii)* q. loq̄t *sic P (cf. v. 23)* 165 Gła qua *P* 167 fallens *Fontaninus, ad sensum recte (sed cf. Bened. 203 et Loewe, prodr. corp. gloss. lat. p. 366;* claudens *Harster)*

139 *v. 499.* 142—145 *cf., Stephani Leodiensis vitam s. Landberti (AS. Sept. V p. 583ᶜ)* Prosapia polles, meritorum lumine fulges, moribus ornaris, pietate coruscus haberis, omnibus excellis; ideo nos undique pasces; ... Landberte, es civis noster, operum plenitudine celeber: oportet ut fias episcopus noster... Velis nolis, noster episcopus eris. 143 *Matth. 10, 16.* 151 *'i. e. qui venerat'. Fontaninus; cf. v. 394* decessa *i. e. quae decesserat.* 155 *v. 279.* 161 *Aen. VIII 589 (= Quint. 250).* 163 *cf. ad Bened. v. 50.* 165 *sqq. Bened. 202 sqq.*

Expediit dictis, affirmans rebus apertis.
Totum se domini mactabat pronus ad aram
Extans ara suavis et hostia sive sacerdos.
Quis rethor liquido quibit depromere scripto,
Qualis in adversis fuit et per prospera mitis,
Parcus quamque sibi extitit et quam largus egenis?
Vitabat pompam, mundi spernebat honorem;
Divitias calcans et eas uti stercora dampnans
Spargebat gazas, indens caelestibus illas,
Quo potiretur eis resolutus carcere carnis.
Clarus erat vultu, sed tanto clarior actu,
Eloquio dulcis, habitu gressuque suavis,
Ore quidem nitidus semperque in mente serenus —
Exuperas plane fingentis lata poetae;
Impetus actorum me vincit valde tuorum.
Inquam, quod valeo; laudes tibi ferre nequibo.
Heus, ahtleta dei, vigeas in culmine divi,
Gaudia cum sanctis habeas per pascua pacis!

DE AECCLESIA IN HONORE SANCTI LAURENTII DEDICATA.

Denique delubrum struxit (mirabile dictu)
Moenibus Ortensis rebus sublime secundis;
Quodque necessariis egit pia dona ministrans.
Ipsius culmen cum pervenisset ad unguem
Et nox atra polum bigis subvecta teneret
Pastor et in fulcro fessos componeret artus
Serpere dans seram leviter per membra quietem,
Visa fuit cęlo facies dilabier alto
Laurentij testis vocesque effundere talis:
'Imperio patris huc venio, Dionee sacerdos,
Qui te Hierusalem scripsit magnum fore civem:
Hoc siquidem templum, sollers quod preclue dudum
Marmore finxisti ◡ ◡ – pulchroque tulisti,
Nomine Laurentij sacretur honore perenni'.
Hęc ait et sudum martyr remeavit Olymphum.
Ast pastor strenuus tanto de famine certus
Nil titubans iussis obtemperat ilicet istis:
Dedicat aecolesiam Laurentij nomine factam
Et decus et nomen praescripti semper habendam.
Talibus auspitiis vivebat custos herilis

---

172 Quaɩ' *P* (*latet compendium* ɩ) 173 egenis *in ras. P* 178 toto *Bened. 66 (in ras.); sed cf. ad Bened. 1f* 179 dultis *P* 180 seuenus *P*¹ 182 me uin uincit (*sic*) *P*: *correxi* 188 eguit *Harster, qua coniectura speciosissima anacoluthon efficitur; 'er that alles, fromme Gaben weihend zu den Bedürfnissen'* 191 cōponere *P*¹ 193 cęlos *P*¹ 194 effunde talis *P* (*accusativus in* Is *exiens hic leoninitate commendatus a medii aevi consuetudine ceteroquin abhorret; v. 218* partIs *a Vergilio sumptum*) 195 *fort.* Tafnee (*cf. v. 126. 155*) *vel* Memphee (*v. 279*) 198 fini *add. Harster* 200 olympum P¹

175 *Bened. 214.* 176 *Matth. 19, 21; cf. Stephani Leodiensis vitam s. Landberti (AS. Sept. V p. 582f)* quicquid habere poterat, pauperibus erogabat, condens *(sed cf. v. 34)* caelo thesauros. 178 *cf. appar.* 180 *Bened. 79.* 189 *v. 43.* 190 *sqq. Aen. V 721—723 (190 = Quint. 298).* 191 *Verg. Georg. IV 438.* 192 *Aen. II 268 sq.; Prud. cath. 6, 17.* 193 *cf. ad v. 190 et Bened. 112.* 200 *Bened. 307*ᶜ. 201 *Bened. 442.* 204 *'i. e. habituram'. Harster; cf. deponentia verba v. 7.*

Mortuus huic mundo, praenitens vivere Christo;
Corpore nam terris, animo degebat in astris.

DE MEDITATIONE PEREGRINATIONIS EIUS.

Prȩterea sanctus tantorum nectare fultus
Donorum conans prȩdicti exempla magistri
Actibus aequiperare suis conspexit abesse
Martirium, per quod mactus conscenderet aulam.
Ardebat spectans, cum quo luctamen iniret,
Post alapas ictus, post carceris atria nexus,
Post ferrum flammas, post loetum gurgitis undas
Ferre volens animo et prestanti corde cupiscens.
Has sitiens epulas ne quid speraret habebat;
Hoc torrens aestu nunc huc, nunc fluctuat illuc
In partisque rapit varias perque omnia versat,
Si laxando gregem vestiget praesidis ensem.
Sepius id replicat, solito notissima pulsat.
Indicium quaerit, veniat quod caelitus illi,
Explorat pronus, quid vellet ab ȩthere Christus;
Incumbens lacrimis corpus suspendit ab escis,
Pernox insudat, cordis timiamata mactat.
Has inter curas occurrit summa potestas,
Mandans Ȩgipti gentes et rura pacisci
Atque Sicambrigenum vasto (pro) aequore regnum
Expetere, ut populis ferret pia docmata Gallis,
Implens prȩceptum, promsit quod doxa piorum.
Ergo certa sciens et veri nuncia credens
Obtulit'extimplo regi libamina magno,
Qui non omittit, propria quos morte redemit.

DE CONVOCATIONE COEPISCOPORUM ET CONQUERENTE POPULO.

Convocat hinc sotios in eadem sorte dicatos,
Quîs primo votum, post pandit herile rogatum.
Quos ubi contra stare videt molimine firmo,
Prodidit archanum, quod Christus ab axe polorum
Innuit; inde favent omnes insistere cepto.
Ardet abire dehinc propriamque relinquere terram,
Cumque laon patulas istud percelleret aures,
Diriguit subita gelidus formidine sanguis
Atque incredibilis rerum fama occupat omnes.
At pater ignorat, quae prima exordia sumat.
Sic alternanti potior sententia visa est:

---

206 Mortibus P[1] 208 uultus *P: corr. Harster* 217 flutuat (*sic*) *P* 218 perque *scripsi ex Vergilio:* per quem *P* pūsat P[1] 221 Iudicium *P: corr. Harster; cf. Bened. 215* 222 ponus P[1] ethȩre *P; cf. v. 281* 225 hoccurrit P[1] 229 promisit *P* 231 magno (gno *in ras.*) *P* 232 mit P[1] || CONQUIRENTE *P: correxi coll. v. 317* || 234 puotum (ımo *suprascr.*) *P* 237 Innut P[1] 239 id P[1] 243 *cf. adn.*

212 *Prud. psychom. 176, contra Symm. I 645;* spectans *i. e. circumspiciens.* 214 *cupiebat sc. corpus undis mergi.* 216 *'i. e. non'. Harster.* 217 *Aen. X 680 (= Quint. 248).* 218 *Aen. IV 286.* 219 *'der Zucht entlassend'* 221 *cf. appar.* 222 pronus *i. e. procidens in faciem suam (Matth. 26, 39); cf. v. 439.* 223 *sq. = Bened. 216 sq.* 227 *Bened. 105.* 233 *sqq. Bened. 108 sqq.* 238 *Aen. IV 281.* 239 patulas aures *si forte Horatio debet (epist. I 18, 70), versus 68—71 illius epistulae ex florilegio novisse poterat poeta (cf. Keller ad l. l.)* 240 *Aen. III 259 sq.* 241 *Aen. III 294.* 242 *Aen. IV 284.* 243 *Aen. IV 287* (haec alt., *quod hic quoque reponendum conicias).*

Accersire gregem tanta formidine flentem
Ac lenire illos edictis mollibus omnes.
Undique conveniunt inopes, magni et mediocres;
Quîs sacer exorsus solio sic infit ab alto:
'Cunctipotens genitor hominum rerumque repertor
Vos fidei testes et spei robore fortes
Consortesque sui quocirca nominis almi
Iam fore concessit verbi nec lacte caretis,
Viribus ut totis illum iugiter recolatis
Cuncta refutantes, ipsum super omnia amantes,
Prospera vitando et numquam perversa tremendo,
Vobis edicam, repetens iterumque monebo:
Eia, estote viri fortes nullumque paventes!
Non pastor deerit vobis, non cura salutis;
Pascet qui fecit, firmabit, consolidabit.
Iusticium cohibete, rogo, ceptosque dolores
Tempnite nec ullus votis obsistat adeptis.
Quod facere exopto, rex Christus ab aethere celso
Favit et ad metam monuit perducere certam.'
Hęc et plura loquens patrum monimentaque censens
Temptabat lenire animos et reddere lętos.
Hęc ubi dicta dedit, populi clamore profari
Coepere ingenti frendentes corde dolenti:
'Sin alios fines aliamque capessere gentem
Est animus poscisque solo decedere nostro:
Quis caulas reget hancque manum quis (heu) bene pascet?'
Ipsis sedato respondit pectore pastor,
Spem vultu simulans pressansque in corde dolorem:
'Solvite corde metum, cari, secludite curas:
Christus erit pastor vobis et cura salutis;
Rectorem tribuet, qui vos ad pabula ducet.
Fidite in ipsius suffragia firmiter, eia!
Semper honos vestrumque decus nomenque manebit
Nec vos ulla dies umquam ⟨me⟩mori eximet ęvo,
Immanis convexa polus dum sydera pascet.'

---

247 sit P^1 252 Uiribus ut totis (*praeter* U *in ras.*) *P* 255 *apodosin a* Vobis *incipientem significavi* (quocirca *hic pro 'quoniam'; aliter v. 105)* 256 nūllūque *P* 272 cordetum P^1 273 Xp̄ı *in* Xp̄c *corr. P* 274 papula P^1 276 maneƀ (*i. e.* manebit *vel* manebis; manebunt, *quod habent Vergilii codd., esset* maneƀı) *P; v. 320 praecedit pluralis* laudes 277 mori *P*: *corr. Harster coll. Aen. IX 447*

246 *Bened. 221.* 247 *Aen. XI 301.* 248 *Aen. XII 829.* 251 lac *pro verbo dei e. g. Petrus dixit ep. I 2, 2.* 255 *Aen. III 436; Bened. 126. 447; cf. Stephani Leodiensis vitam s. Landberti (AS. Sept. V p. 584 d)* It caelo clamor fratrum lacrimaeque gementum *(v. 315).* Tunc pater evictus lacrimis ita fatur abortis *(sic; v. 318)*: 'Pro re pauca loquar *(= Aen. IV 337).* Non pastor deerit vobis, non cura salutis *(v. 257).* Unum est, quod mando, repetens iterumque monebo *(v. 255) sqq.* 259 *v. 512.* 265 *Aen. II 790.* 267 *sq. Aen. XI 324 sq.* (poscunt *ibi pro* possunt *Moretanus 2 et Bigotianus apud Burm.).* 269 heu, *cum* h *neque eodem versu in* hanc *pronomine neque saepe (notavi v. 458* haec) *apud hunc poetam consonae vim habeat, bisyllabum esse videtur; cf. Traube vol. III p. 815 s. v.* au. 270 *Aen. IX 740.* 271 *Aen. I 209.* 272 *Aen. I 562.* 273 *v. 257.* 274 *i. e. pascet; cf. v. 506.* 276 *Aen. I 609; cf. v. 320—322.* 277 *cf. appar.* 278 *Aen. I 608.*

Sic pastor strenuus; tandem Memphea iuventus
Respondit verbo, non sic in pectoris antro:
'Incipe; iam volumus, iussit quod ab ęthere Iesus.'
Ordinat hinc urbem plebis statuendo levamen, DE ORDINATIONE URBIS ET ELECTIONE SOTIORUM.
Componit, ditat, tuitur, benedicit et ornat,
Eligit et socios his nominibus vocitatos:
Presbiteros Domitianum Didimum quoque binos
Viribus insignes, omni bonitate cluentes;
Levitas equidem numero sibi iunxerat ęquo,
Ambos florentes ętatibus, archades ambos,
Et cantare pares et iter perferre volentes,
Orionem primum, Neonan dictumque secundum.
Lectorum vero cuneus supereminet uno
Indicens numero, quod habebant cordis in alvo,
Sic: Basamon et Honorius Eronesque vocati.
Nam nathaneum sibimet conexerat unum,
Cui spei fervor, fidei, caritatis et, ardor;
Ingenianus erat nomen, dilectio duplex,
Simplicitas illi prudens, prudentia simplex,
Sobrius et castus, cuncta bonitate decorus.
His etenim septus sociis cursusque ministris DE PEREGRINATIONE SANCTI CASSIANI.
Inclitus antistes dominique exul luculentus
Coepit iter gaudens et amore dei proficiscens,
Linquens Ęgyptum, petiturus rus Eduorum.
Mox urbis legio digressu mota supremo
Prosequitur lugens, actus patris reminiscens.
Plorabant una dicentes voce sonora:
'Cognatas urbes quondam populosque fideles
Fulcibas donis et alebas, vir pietatis.
Pro dolor! ecce relinquis eos, pretiose sacerdos.
Quo tua sancta fides nobis iam credita callet?
Externos properas, nobis praeesse refutas.
Cui nos commendas, Ęgypti mis(ti)ca lampas?
Cui famulos tradis? cui urbis septa relinquis?
Cur abicis clerum? fugiens cur deseris istum?
Oramus, plebi miserans succurre gementi'.
Centuplicant gemitus: reboat Saronia tellus,
Increpitant montes, dissultant undique colles;

---

282 pleƀ (*i. e.* plebis) *P* 290 secunđ (*sic*) *P* 293 eronesque *sic P* (c *et* e *saepe eodem prorsus ductu scriptae sunt in codice*); *cf. AS. Aug. II p. 64 f* (*§ 7*) et tres lectores his nominibus: Rasamona, Eron et Honorio; *ego carminis codicem secutus sum* 294 nathaneum *sic P; cf. Isidor. or. VII 12, 23 (ed. Arev. vol. III p. 343)* 306 fideł (*sic*) *P* (fidelis *ad s. Cassianum referri potest, sed* fideles *leoninitate poscitur*) 308 re linguis P^1 311 misca *P; cf. Quint. 38* 312 *cf. appar. v. 548*

279 *v. 155.* 280 *Bened. 94.* 281 *Bened. 117.* 287 *i. e. totidem, sc. duos.* 288 *sq. Verg. ecl. 7, 4 sq.* (*= Quint. 41*). 292 *numero ternario se s. trinitatis cultores esse indicabant.* 293 *coniunge* sic vocati; sic *praeparativum.* 302 *'hinc patet auctorem huius vitae Gallum esse; sicut enim Galli lingua sua urbem* villam *dicunt, sic ipse latine reddidit* rus' *Fontaninus; sed cf. ad Gesta Bereng. III* 2. 309 *Aen. VII 365* ('callet *i. e. it, proficiscitur; cf. v. 381*'. *Harster*). 311 *cf. Quint. 38 et Stephani Leodiensis vitam s. Landberti* (*AS. Sept. V 584 c*) Cui nos committis, pastor vigilantissime? cui nos deseris, sacerdos sanctissime? 315 *v. 362;* 'Saron *i. e. Aegyptus*'. *Harster.*

It stridor fratrum caelo fletusque querentum.
Tum pater evictus lacrimis ita fatur obortis:
'Pellite iam fletus, removete a pectore questus.
Semper amor vestri et nomen laudesque manebunt
Nec umquam vestri prorsus meminisse pigebit,
Dum cęlum stellas, pecudes dum terra tenebit.
Vivite felices, filij, peto, vivite Christo.
Macta salus, bonitas, pax et concordia perpes
Vobiscum maneant vitę adque palatia ducant.'
His autem dictis demulcet corda dolentum.

BENEDICTIO SANCTI CASSIANI SUPER POPULUM.

Inde manus cęlis tendens et labra patescens
Illos altithro⟨no⟩ commendat taliter orans:
'Tu, deus, etherei perpes regnator Olimphi,
Qui caelum, terras, pontum ditione gubernas,
Qui regis Israhel cum nato et flamine sancto,
Qui reges et regna domas sternisque superbos,
Sublimas humiles, deponis ab arce potentes,
Spes hominum cernens et vota precantia complens!
Hos, exposco, tuos, supplex, clementer alumnos
Conspice, clarifica, condi, compone, corona,
Mores illustra, vitam rumore fecunda,
Actus custodi, sensus, rex inclite, nutri,
Donec te videant ac vitę premia prendant
Te prestante, deus, qui semper trinus et unus
In triplici virtute tui benedictus haberis.
Fantur 'Amen' cuncti tundentes pectora pugnis.
Tunc pastor pacis porrexerat oscula cunctis.

DE PROFECTIONE IPSIUS.

His ita dimissis statim vestigia torsit.
Sol Martis suppremus Eo rorabat Aprilis
Exortum, madidos quatiens ex aere nimbos,
Cum vates domini gaudens coepit proficisci
Stipatus sotiis supero sermone relatis.
Ergo iter electum celebrantes calle secundo

---

318 abortis P^1 *(cf. adn. v. 255)* 320 manebant *P* 323 uiuitę xp̄ω *P* 325 atque *P* 328 altitro (h *supra*) *P* 331 ⁊ flamine *sic P* 332 et *sic (per comp.* ⁊*) P* 337 foecunda P^1 342 tondentes *P* 345 Eo *Harster, in indice p. 189ᵃ rursus dubitans* (eo *Fontaninus); verte: 'der letzte Tag des März benetzte den Aufgang der April-Morgenröte', i. e., ut homines sani dicunt: 'es regnete in der Nacht zum 1. April'; cf. elocutionem non minus mirabilem v. 111*

318 *Aen. XI 41.* 320 *sqq. cf. ad v. 276; v. 322 cum Tibullo I 4, 66 casu consentire recte censet Manitius (Wschr. f. class. Philol. 1888 p. 109).* 323 *Aen. III 493.* 326 *v. 533; Aen. I 197; Quint. 50.* 327 *Aen. II 688 et Bened. 118;* patescere *pro* patefacere *399. 415.* 329 *Aen. II 779; cf. Stephani Leodiensis vitam s. Landberti (AS. Sept. V p. 585ᵈ)* O deus omnipotens caelestia lumine complens, qui caelum, terras, pontum dicione gubernas *(v. 330),* ut sint cuncta tuis in tempore subdita votis! hos, exposco, tuos *(v. 335)* benedic per saecula servos, protege ab insidiis, serva virtutibus almis, donec te videant et caeli regna prehendant *(v. 339)* te tribuente, deus, qui nunc et semper in aevum *(v. 340)* in triplici virtute tui benedictus haberis *(v. 341).* 331 *Bened. 652.* 333 *Luc. ev. 1, 52; cf. Dracont. I 739.* 336 *fortasse carmen post Hucbaldi laudes calvorum compositum est.* 343 *Sedul. V 68.* 344 *Bened. 149 (Sedul. III 152; Aen. III 669).* 347 *v. 301.* 348 *Bened. 134ᵃ. 167.* 349 *Quint. 60 (cf. Ribbeck ad Aen. VIII 90).*

Idola cassabat, sculptilia comminuebat,
Narrabat plebi mysteria regis Olimphi,
Qualiter omnipotens unum sine tempore verbum
Quę de se genuit per quod sunt omnia fecit.
Spiritus, adnectit, procedat qualiter almus
Personis ex ambabus deitate coęquus.
Has tres personas unam dissertat usyam
Nomine distinctam, sed magestate iugatam.
Hoc etiam, Verbum carnis ceu sumpserit ortum,
Edocet in populis, reserans archana tonantis;
Pegma crucis subiisse, hinc infernum spoliasse.
Hoc ait in vicis, hoc urbibus hocque plateis
Israhelita cluens, Saronis opaca paciscens.
Haut metuit sicam, quam nitebatur acutam
Nancisci, si conferret miseratio Christi.

DE ADVENTU EIUS AD MASILIAM URBEM.

Talibus a gestis exceptus miles herilis
Post octogenis centum tribus atque diebus
Actis externis (ferme sex mensibus hoc est)
Massiliam ducente deo citus appulit urbem
Erutus insidiis paganorumque sagittis.
Nam statio curvis illic bene fida carinis
Aequora verrentes recipit ripęque remittit,
Unde Africę portus digno sermone cietur.
Inde dei famulus per tot discrimina vectus
Classem digrediens urbisque ad moenia tendens
Intonuit turmis alti magnalia patris,
Quę didicit cunis sollers vehementer ab ipsis.

UBI DIVINITUS IUBETUR IRE ULTERIUS.

Sed quoniam portum dimenso tramite mundum
Fecit, in ulterius mandatur abire beatus.
Nec nutat iussis, quae dirigit auctor ab astris:
Corripuit callem Gallorum rura meantem.
Callendo radiis flagrabat abunde coruscis,
Ceu iubar ignivomum croceo fulgore venustum
Cum sedet in bigis extinguens sydera flammis.

DE ADVENTU IPSIUS AD EDUAE URBEM.

Ut vero sacris tetigit magalia plantis
Ardua Francigenum, quae dicitur urbs Eduorum,
Expetiit glebam multa legione refertam,
Testis ubi ingressus delubrum Symphoriani
Poplitibus flexis domini pręsidia poscit.
Illo Simplicius sup tempore pontificatus
Servabat sceptrum redimitus lampade morum.

---

354 adnectat P^1 359 resonans P^1 365 exceptus (*supra* c *videtur* s *erasa esse*) *P* 367 Actis externis. hoc ÷ ferme bi mensibus *P*: *corr. Fontaninus,* bi *ex* ui *(i. e. sex) corruptum esse scite perspiciens* 378 Finit interius *in* Finit ulterius *corr. P*: *correxi, in archetypo* Fecit interius (in, ul *superscr.*) *fuisse coniciens* 379 auc P^1 385 frangenum P^1 ubrs (*sic*) *P* 387 đelubrum *P*

352 *Quint. 164 sq.* = *Bened. 346 sq.* 354 *sq. Quint. 167 sq.* 359 *i. e. mysterium partus virginei.* 362 *v. 315.* 370 *Aen. II 23.* 373 *Aen. I 204.* 375 *cf. ad Bened. v. 50.* 381 *v. 309.* 382 *Bened. 113; ut sol oriens noctem pellit.* 384 *Aen. IV 259.* 388 *elocutionem Statianam* poplite flexo *(Theb. VI 590) habet etiam liber iudicum 7, 6.* 390 *v. 40.*

Altius eloquerer, verum sententia longa
Sermonis; sed summa sequar fastigia tantum:
Quidam Riticius rerum probitate peritus
Coniuge decessa civum cogente caterva
Admisit regimen dominatus ac moderamen,
Vixit, uti decuit, demumque in pace quievit.
Qui latus feretro, coniunx ubi functa iacebat, —
Eloquar an sileam visum mirabile dictu? —
Os patuit, flatum sumpsit, hęc verba profudit:
'Excipe, sancta soror, quem non petulantia foedum
Effecit, sed virginitas aeterna beavit;
Sic olim (meminisse decet) moriens petiisti.'
His dictis una glomerantur virginis ossa
Dantque locum fratri id mirabiliter rogitanti:
Sic ambos unum pariter texit poliandrum.
Hunc Egemonius post accessit speculatus
Ad columen; post tercius hunc Simplicius urbis
Extitit antistes, epularum emblemate dives.
Cui pietatis opus necnon castissima coniunx;
Unde simul recubant, iugiter divina frequentant:
Hic litat, illa orat; hic predicat, illa ministrat.
Quocirca vulgo feritur frendente protervo.
Astrinxit prunas byrro castissima virgo,
Quasque sacerdoti socio dedit ordine ferri:
Sinceros prunę urentes ambos patuere —
Castus amor flammas numquam trepidare probatur.
En rogus in stipulis admittit ius deitatis:
Vim perdit natura suam, conservat inusta(s).
Sic fornax pueros dudum non torruit almos.
Hic dictam cautis urbem moderabat habenis,
Nomine Simplicius de simplicitate probatus,
Vir cęlebs, meritis adeo memorandus iniquis.
Unde suis urbem precibus quantisper eandem
Sedabat, Cibelę matris carpenta deorum
In terra elidens meritis iterumque resolvens.
Omnibus ad Christum conversis hisque relictis

---

400 quę *in* quẽ *corr. P* 402 olym *P* (*volens fort.* Olymph-) 403 una *sic P* 411 hic p̄dicat *in ras. P* 412 fertur *Fontaninus; sed* ferire *est 'überfallen'* 413 Astrixit *P*[1] 418 *post* suam *dist. P* inusta *P*: *correxi (rogus sc. stipulas inustas conservat) coll. Heirico II 267* vestesque ferantur inustae (*PAC III p. 459*)

392 *Aen. I 342.* 393 *Simplicii commemoratione commotus poeta inseruit ex Gregorii Turonensis (cf. v. 428) libro in gloria confessorum (script. rerum Merow. I 2 p. 792 sq. ed. Krusch) cap. 74—76; cf. praef. p. 180.* 394 *cf. adn. ad v. 151 et appar. ad v. 145.* 398 *Aen. III 39; Bened. 195.* 399 *v. 327.* 406 speculatus *i. e. pontificatus, ut dicit Gregorius, vel episcopatus ('Aufseheramt'); cf. v. 432. 475. 486. 516.* 408 *v. 37.* 412 *v. 105.* 414 *i. e. aliquas (vel aliquasque) dedit ferendas.* 415 urentes *i. e. ferventes.* 417 *Isai. 47, 14.* 418 *Sedul. I 105.* 419 *Bened. epil. 14; Dan. 3.* 421 *similiter e. g. in Benedictae nomine luditur v. 59 sq.; cf. praef. in Hucbaldum.* 422 *'dem sein Verdienst selbst der Neid lassen musste'?* vir caelebs *v. 63.* 426 his: *sc. diis (v. 424).*

Idola cassavit, populum baptismate sanxit.
Hęc quoque Gregorius Turonorum dux luculentus.
Talia dum fierent, vastam volitando per urbem
Nuncia fama ruit huiusque allabitur aures
Niliacis venisse patrem de partibus almum,
Qui speculatorias apte moderabat habenas
Atque Minervali vernabat famine comptus.
Hoc supra gratulans dominum benedicit adorans,
Qui misit comitem tanto rumore micantem.
Obviat hinc socio gavisus ab hospite sacro,
Oscula libarunt mutuo, post tecta adierunt.
Hinc hilares ambo regi sollemnia Christo
Proni turificant longisque precatibus instant.
Tripudiant ambo sublimes pignere duplo:
Simplicius comitem passim venerando recentem
Exiliens astat, servit, famulando ministrat;
At Cassianus, mitis domini peregrinus,
Christo tripudiat, supplex impensa receptat.
Iocundum plane fratres unum habitare:
Id citharista canens David rex praecipit ingens.
Orabant ambo perfusi nectare † bono,
Sancibant pariter Christum poscendo verenter.

UBI SANCTUS SIMPLICIUS BEATO CASSIANO OCCURRIT.

Has inter pietatis opes pia victima Christi
Antistes Cassianus, felix peregrinus,
Optatum siciens adeo certamen inire
Prodit pontifici se Brittanniam proficisci
Velle, tenebatur quę tunc errore profano.
Quod postquam vates sic est effatus amico,
Obstupuit dictis gelidusque per ima cucurrit
Ossa tremor steterantque comę et vox faucibus hęsit.
Dehinc vires revocans auram mentisque receptans:
'Ah! frater dulcis, quis haec tibi ferre suasit?
Cur senio fessum moliris linquere solum?
Mene fugis? per ego has lacrimas vitamque clientis,
Per superos et si qua fides tellure sub ista est:
Neu, testor, vetulum linquas occumbere solum.
Si bene quid merui de te, fuit aut tibi quicquam
Dulce meum: miseresce senis labentis et istam,
Obsecro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem.
Sensibus hoc imis (res est non parva) reponas:
Huius tu vates urbis vocitaberis olim

DE EO QUOD SANCTUS CASSIANUS BRITTANNIAM VOLUIT IRE.

---

427 saxit P^1 432 speculatorins (*cum ligatura* $\overset{s}{n}$) *P* 436 hinc *P* (i *ex corr.*) hospite (sp *in ras.*) *P* 444 receptat *in ras.* *P* 445 Iocūdū *P* 447 *fort.* bino (*cf. v. 296. 440*) 454 affatus *P*: *corr. Harster* 456 steteruntque *Verg.* 459 $\overset{i}{l}$nquere *P* 461 ima *scripserim ex Verg. Aen. VI 459* 463 de te merui *Verg. (cf. adn.)* 466 haec *Verg. (cf. adn.)* 467 olim *in ras.* *P*

428 *i. e. episcopus.* 429 *v. 66.* 430 *Bened. 227.* 439 *v. 222.* 445 *psalm. 132, 1.* 449 *Sedul. V 1.* 454 *Aen. III 463.* 455 *sq. Aen. II 120 sq. 774.* 457 *i. e. animam ('Bewusstsein'); cf. Aen. I 214.* 460 *Aen. IV 314.* 462 *Quint. 114.* 463—465 = *Aen. IV 317—319.* 466 *Verg. ecl. 3, 54.* 467 *i. e. episcopus.*

Atque sacerdotio post me fungeris in isto.'
Sic quoque Simplicius. Contra sic vir generosus
Infit: 'Te numquam, frater dilecte, negabo
Promeritum nec tis meminisse pigebit in ęvum,
Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.
Id tamen haut animo duxi nec ad hoc quoque veni,
Quo solium hoc subeam, proprium qui sponte reliqui.'
Ad hęc Symplicius tristis, speculator opimus,
Humectat nitidas largo de flumine malas.
Tum lacrimis motus heros sic infit adhorsus:
'Ne, quęso, fleris, frater magne pietatis.
Actutum patior, quem vis, perferre laborem.'
Taliter evicit; patris quem dextera sanxit
Rursus pastorem post Simplicii requietem.
Vinciris precibus, vinciris, maxime presul,
Te caritas tenis conexat strictius artis.

DE OBITU BEATI SIMPLICII EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Dum ternos, una degunt, mortalibus annos
Puniceis invectus equis metitur Apollo.
Postea Simplicius moriens speculator honorus
Ultima mundane clausit spiramina vitę
Solibus Iulias bis quatuor ante Kalendas.
Cuius stelligeris perlatum pneuma choreis,
Donatum serto necnon celebri emolumento
Exultat, vivit, splendet, laudat, hylarescit.
Cumque forent artus frustrati munere flatus,
Hospes mausoleo corpus condivit honesto
Thura precum domino sacrans pro compare tanto.

DE ELECTIONE SANCTI CASSIANI ET ABNEGATIONE EIUS.

Confestim viduus decessu principis huius
Grex Augustudunensum coepere beatum
Quęsere pontificem, scandat quo sedis honorem.
Denegat omnimodis, nec se vult tradere curis —
Haud tesum horrens, sed vires abfore promens.
Adventus causam cunctis edicit apertam,
Qualiter omisit, quod dudum haud ultro recepit.
Compellunt illi, defenditur ipse viritim;
Hi precibus pugnant, ille excussatibus obstat.
Quęritur hinc alius, qui sit bonitate coęquus;
Scrutatur clerus nec quis nanciscitur aptus,

---

468 in ista *(sc. urbe) Harster* 490 emulento *P*: *corr. Harster* 491 laudat *sc. deum; an* gaudet *vel* plaudit? 492 mune *P*[1] 498 cu/ris *P* 499 Hand (d *ex* t *corr.; sequitur* tesū) *P* uirens *P* 500 edicis *P*

470—472 *Aen. IV 334—336.* 471 *v. 321.* 476 *Aen. I 465.* 480 *v. 48.* · 481 *i. e. mortem.* 483 *i. e. taeniis, vinculis.* 485 *Aen. XII 77.* 487 *cf. e. g. Baedae hist. eccl. gentis Anglorum V 11* diem clausit ultimum *(= ann. Fuld. a. 853); elocutionis abundantiam ne ab antiquis quidem poetis alienam (Ovid. her. 13, 163; Manil. I 273; Senec. Thyest. 139) non debebam in dubium vocare sched. crit. p. 21 sq.* 488 *v.* 546 *et Bened. 644.* 490 *v. 108.* 493 *cf. Audradi Modici passionem Iuliani IV 419 (vol. III p. 120; cf. p. 748), ubi* condita _ _ ◡ *verum censeo.* 501 omisit *sc. munus episcopale, quod olim (v. 138 sqq.; cf. v. 139* taedia non vitans, sed vires defore testans *cum v. 499) subire coactus erat.* 505 *deponentia passive.*

Qui regimen capiat vel oves ad pascua ducat.
Verterat interea solitis discursibus annus
Mensibus explicitis sua per vestigia volvens:
Rursus ad aegregium unanimes repedant peregrinum
Adhęrentque preces precibus, quo pontificatus
Suggestum exciperet, qui tanta mole cluebat.
Iusticio allicitur lacrimis adeoque gravatur.
Sic quoque Simplicium memorant dixisse beatum:
'Sic vivens voluit, moriens illudque suasit.'
Evictus lacrimis cęlebs precibusque benignus
Vocibus arrisit, speculandi frena recepit.
Hoc deus instituit, populus hoc ipse coegit;
Arbitrium Christi, non est ambitio facti;
Non votum sancti, verum violentia vulgi.
Post Petrus Ausonios, rexit prius Antiochenos;
Hic nutu domini petiit capud orbis iniqui,
Non gazas dapium, sed quęrens lucrum animarum;
Iste deo plenus lictoris quęsiit ictus,
Non opulenta sequens, sed Christi verba perimplens.
Ei prorsus libram pretendere condecet istam,
Omnia qui iusto semper moderamine pensat.

DE EO QUOD SANCTUS CASSIANUS EPISCOPATUM RECEPIT.

In suggestu ergo pastor suffectus enormis
Sicut eques notas comiter moderabat habenas.
Rethores archidici depromant syrmate dulci,
Quę virtus illi fuerit, quę copia fandi —
Sic natos domino stabilibat flamine sancto,
Cedere nolentes eiusque profunda stupentes
Mulcebat dictis reserans misteria miris.
Alter erat Paulus tipicans oracula rebus;
Imbeciles verbo vegetabat robore prisco.
Cur morulas faciam, reptans per singula pennam?
Debile quicquid erat, solo sermone levabat,
Purgans vexatas omni de peste catervas.
Plenus nempe dei renitebat fosphorus orbi;
Pastor erat vigilans, domini commercia lucrans.

DE OBITU EIUS.

† Tantus adultus Christi memorabilis exul
Erexit cathedram Iesu opitulante subactam
Bis annis pariter lectis ex ordine denis.

---

507 solitis (soli *in ras.*) *P* 509 ᵘnanimes *P* 510 Adiunguntque *Fontaninus* 514 *petentium verba distinxi* 515 Euinctus lacris *P; cf. Verg. Aen. IV 548* 516 arsit *P*[1] 518 facti (i *in ras.*) *P* 525 p̄tendere (p̄te *in ras.*) *P* 526 sēp iusto *P*[1] *(et sic Fontaninus; cuius qui exemplum ex P descripsit, transpositionis notas neglexit)* 530 *sqq. distinxi* 535 Imbecilles *P* 536 reptans . . . penna *vel* raptans . . . pennam *Harster; sed* reptans *optime facit ad* morulas, pennam *leoninitate poscitur* 539 sosphorus *P*: *corr. Harster; cf. Bened. 78* 541 Tantus adultus ⟨erat⟩ *Harster, cuius coniectura nec sententia (quid enim est* tantus adultus*?) nec versu (unus v. 238 sic incipit* _ ◡, ◡ _ ◡, ◡ _*) commendatur; cf. v. 443*

506 *v. 274.* 507 *sq.* = *Cypriani Galli num. 1 sq. (*disc. *pro* rec. *metri causa; sed* volvens *pro* currens *etiam Cypriano reddendum est, cf. Verg. Georg. II 402).* 520 *Pauli ep. ad Gal. 2, 11; cf. Duemmler, Auxilius u. Vulgarius p. 19 sq.* 524 *v. 61.* 526 *Bened. de sole 28.* 528 notas *ex superiore episcopatu.* 531 *'die dem Herrn (Wieder)geborenen'.* 533 *v. 326. 359.* 537 *Sedul. III 254.*

Tum divos adiens, terras et morte paciscens
Exilio sacram decurso tramite metam,
Sextiles Nonas perhibent dum calculatores,
Imposuit, rutila donatus in arce corona.
Concio quem † iustans lacrimosa voce frequentans
Occuluit tumulo speciosum corpus honesto.
Ast callis comites magno ductore carentes
Grammatibusque cati vitam scripsere magistri,
Optime conspicui texentes gesta patroni.
  Num saliam scriptis, quod finxit doxa tonantis? DE CRUCE IN EIUS TUMULO CAELITUS FACTA.
Fistula raucificis eructuet hęc, peto, metris.
Prodere glorificum, nimis est reticere pavendum.
Felix cęlitibus postquam fuerat comitatus
Saxo candenti mandatis artubus eius,
Insculpsit labarum roseo fulgore decussum,
Per quod Christicolis reserantur limina cunctis
Cęlestis regni post huius tempora cosmi.
Quid duo nectuntur? Res hic archana probatur;
Candor enim lapidis splendorem corporis albi,
Preclue stema crucis roseo fulgore rubentis
. . . .
. . . .
. . . .

⟨LIBER SECUNDUS.⟩

Ecclesiam cum namque suam rex Christus ab astris
Cerneret afflictam . . . .
. . . .
. . . .
. . . .

---

544 ⌝ morte *sic P* 548 instans *cum hiatu Fontaninus; sed hiatus in* cui (*v. 109. 312; cf. Peiper ad Cyprianum Gallum p. 348, cuius codd. Laudunenses sunt*), *in* proh (*v. 227*), *ante* h (*v. 445. 499*) *aliter iudicandus est;* lustrans (*'umringend'*) *conieci* 550 comes *P*[1] 551 scripsisse *P*: *correxi* 552 tenentes *P*[1] || FACTO *P* || 553 *fort.* dextra tonantis (*cf. Cypriani deuteron. 52; Hilarii gen. 125*) 556 ꝓ'quam *P* *Libri secundi initium ed. Fontaninus p. 360; cf. prologum miraculorum (Font. p. 361)*

546 *computistae.* 553 *i. e. praeteream; Quint. 293.* 554 fistula *mea.* 555 prodere *haec* glorificum *est.* 556 *sq. cf. v. 562 sq. et missam s. Cassiani 7*[b] cuius albicolor petra sepulcri ostendit labari chroma rubentis. 558 *'i. e. decussatum' Harster.* 559 *Aen. VII 613.*

II.

CARMEN DE SANCTO QUINTINO.

PRAEFATIO IN LAUDE TRINITATIS SANCTAE.

O deus et hominum decus almorumque triumphus,
  Qui palma terras ac digito astra libras,
Nunc te prȩconiis psallendo attollere dignis
  Lingua cupit humilis, omnia qui tribuis.
Te patrem ingenitum mundus veneratur in aevum,
  Verbum insigne tuum credit et esse deum,
Flagitat et flatum necnon tecum paraclitum:
  Personisque triplex una manet deitas.
Te cȩlum supra, tellus exorat et infra;
  Aequora congaudent, lucida et astra timent.
Totus ab integro sȩclorum te sonat ordo;
  Omne genu tibimet flectitur, o bone rex.
Te mundi dominum reserant oracula vatum
  Collaudatque deum turma novena suum.
Nam patriarcharum clangens te coetus in unum
  Et supplex odas concinit inmodicas.
Teque prophetarum legio modulamine vasto
  A longe tonuit, terrigenis retulit;
Nam docuit verbis, monstravit et actibus almis
  Sumere te carnem, inde subire necem.
Prȩsentem duodenus apex imitatur ovanter,
  Omnia contempnens teque sequendo colens;
Imbutus toti tandem pronuntiat orbi,
  Quod homo sis factus, unus et ipse deus
Et victor baratri ac iudex in culmine cȩli
  Poenas perversis et dare digna piis.
Hinc testum innumerosa falanx te laudat adorans
  Ac iubilat gaudens, verbera despiciens;
A te serta rapit, palmam regnumque capescit
  Teque videt laetans atque sitit gratulans.
Nec confessorum numerus reticet preciosus,
  Sed poscit votis, mandat et eloquiis;
Nobilitate nitens et morum stemate florens
  Pergendo tinnit, pro vigilatque suis.
Virginitatis honos ex te sumendo triumphos
  Mentes exhilarat et tibi templa parat;

---

2 palmo *P* 10 timent (im *in ras.*) *P* 11 sȩc/lorum *P* 19 actibus *paene evanidum P* 21 *post* Prȩsentem *et* 23 *post* Imbutus *dist.* P^2 *(man. antiqua)*

2 *psalm. 8, 4.* 5 *anaphora v. 9. 13. 17 aequis intervallis recurrens.* 7 *aut* et *aut* necnon *superfluum.* 8 *Bened. de sole v. 29; cum sis* personis triplex. 9 *Bened. epil. v. 19.* 11 *cf. appar. ad v. 294.* 14 *cf. vita s. Agnetis v. 59 ed. Harster et Traube, vol. III p. 743 adn.* 18 a longe *temporaliter.* 21 *v. 9 et Sedul. I 361 sq.* 26 *Bened. 37*[d]; dare *pendet a nomine* iudex. 34 *pro suis quisque monachis.*

A tumulis perhibet, quod in astris valde choruscet,
  Te sectans psallit perpetueque canit.
Plebs electorum tibi laudes preconiorum
  Conspicue reboat, mirifice modulat.
Plaudite in excelsis et dicite vocibus altis,
  Quę genitor verbo condiderat proprio.
Reges et populi, pariter dites et egeni,
  Cum senibus iuvenes, cum validis humiles,
Nix, grando, glaties, ignis limpheque fluentes,
  Montes et rura, bestiolę et nemora,
Pennatę coeant volucres terręque repentes,
  Fluctivagę gentes conveniant celeres —
Omnia, quę retinet celum, mare, nutrit et arvum,
  Depromant iubilos concrepitentque sonos.

ORATIO.

Doxa supernorum, nitenti bella tuorum
  Scribere sanctorum porrige, queso, manum,
Quę sordes tergat scelerum, reddatque sonorum
  Pectus et eloquium martiribus placitum.
Contio tantorum quamquam te in fasce polorum
  Viribus extollat, vocibus ac recolat,
Haud tamen in terris abhorres carmina laudis,
  Quę mortalis homo pangit honore tuo.

DESCRIPTIO PASSIONIS INCIPIT.

Gratia cum domini mortem gustasset Averni,
Leviathan Herebo postquamque ligasset in atro
Libertatis opem reddens mortalibus, arcem
Astrifer*am rediit* mandans peragrare beatis
Mundum discipulis, divini ut semine verbi
Gentes imbuerent omnes fierentque perennes
Cęlestis patrię heredes, qui tempore tanto
Obstricti fuerant primi noxa genitoris.

---

37 A *sic P*   43 *ante* pariter *dist. P*[1]
1 *non dist. P; sed deus dici videtur* doxa supernorum *i. e. caelorum*
2* que *ss. m. s. XI*   4* *evanida supplevi; necesse enim est ascensionem intellegi*

38 *apocal. 14, 4 proprie spectat ad viros castos, solet vero transferri ad puellas (cf. Bened. epil. v. 40 et Hrotsv. Agn. 7).*   41 *v. 119.*   43 *cf. Stephani Leodiensis vitam s. Landberti (AS. Sept. V p. 586*[b]*)* sic rex et populi, pariter dites et egeni psallebant alacres, resonabant undique laudes.

2 *cf. Radbodi carm. I III 3 sq. (p. 162)* porrige, quaeso, manum *et Bened. 1*[a].

1* *Cass. 48.*

Tunc duodenus apex vasti per climata mundi
Se diffudit ovans, vita et virtute choruscans;
Quos pridem summus veniens a compote flatus
Linguarum in speciem variarum ut torridus ignis
Fortiter implevit, laudabiliter redimivit,
Carmine sermonum fęcundans pectora eorum —
Nec plane fallam, cunctis manifestius inquam:
Ignierat terram, ac sedem sibi fecit et ędem.
Hinc referunt populis alti magnalia regis;
Nec metuunt proceres, sed perstant robore fort*es*
Ce*u* illi, per quos deus omnipotens resonabat.
Hęc quoque grana serens terrę paucissima late
Quid nisi multigenas ad se perducere turbas
Ille opifex voluit qui omnes sermone redemit?
Er*go* *Petrus*, princeps horum, Romam dominorum
Aggreditur sedem, quę tunc gestabat honore*m*
Sceptrorum, dominans super omnia regna solorum;
Quęque repugnaret quamvis et cedere nollet,
Auxiliante tamen Christo post tempore longo
Cessit et almifici complexa est dogmata verbi.
Hic piscari animas, at cęli lucra videres
Surgere et antiquum patier hostem detrimentum.
Talia dum fierent, supero prebente magistro
Advenit Paulus, quem preses misit iniquus
A Hieru- vinctum -solimis pro nomine regis.
Qui iuncti pariter monuere deum vehementer
Excolere ac totis famulari nisibus olli.
Tunc sane gemina fulgebas lampade, Roma,
Cum tam doctiloquos meruisti audire patronos.

Fortuitu imperii suggestum totius atrox
Cesar et Augustus fędabat Nero nefandus,
Martia qui innocuos contra populos rapit arma
Atque crucem Petro fixit Paulumque recidit
Ense suo: tali capiunt cęlestia loeto
Et sęcli dominam sanxerunt corpore Romam,
Quo non sęva noverca foret, sed mater honesta.
Quos licet infelix latro misisset Olimpho,
Haud tamen urbs antiqua deum, quem noverat unum,
Deliquit; sed, quos potuit, baptismate tinxit
Direxitque locis pedagogos atque patronos.
Subsedere quidem priscę vestigia fraudis
Doctrinis commixta novis quantisper eidem;
Nam urbs fuit hęc per plura annorum tempora sane

23* *ex vestigiis exiguis supplevi* 1 F(ortuitu) *una in toto carmine littera initialis; cetera capita ego distinxi* 6 corpora *Harster*

9* *cf. praef. 21 et Hrotsv. Gong. v. 303 supra p. 157 in apparatu mea coniectura emendatum.* 11* *'von dem, der ihn in seiner Gewalt hat'.* 17* *Bened. 162. 199.* 19* *ut eos decet, per quos.* 22* *i. e. per Verbum.* 26* *i. e. et quamvis ea.* 27* *i. e. longo tempore post.* 29* *Cass. 27.* 1 *Cass. 82* 3 *v. 336.* 12 *Verg. ecl. 4, 31.* 13 eidem *urbi.*

Sanctorum genetrix et testum dura necatrix,
Ut pia mater alens, ut sęva noverca reflectens.
Hęc reliquas inter tantum caput extulit urbes,
Quantum Latonides astrorum pręvenit ignes.
Interea siquidem multis vergentibus annis
Urbs iam dicta viros clara de stirpe creatos
Bis genuit senos, per quos miracula Gallos
Affari tua, rex benedicte, deus, voluisti.
Quos cum sacra pii babtismatis unda piasset,
Parturiens Christo compsit de crismate musto.
E quîs unus erat Quintinus, vir generosus,
Nobilitate nitens, virtutum agalmate florens.
Lucius alter adest (pridem sic patre vocatus,
Post fontes Lucianus tipicos vocitatur),
Hic pietate cluens, antistitis arce refulgens.
Crispinus seu Crispinianus, uterque venustus
Munere celsithroni. Quibus additur immo Rufinus,
Nobilis et fama multis notissimus horis,
Valeriusque vigens vasti valitudine verbi,
Marcellus sacer, Eugenius celeber Regulusque,
Splendentes meritis, redolentes actibus almis.
Hisque Piato comes decimus coniungitur almus,
Martyr precipuus, fama super aethera notus.
Quos inter Fuscianus ceu mystica lampas
Et Victoricus simili fulgore refulsit,
Spe fidei stabiles, caritatis lumine dites,
Ambo florentes aetatibus, archades ambo.
Hi quoque septigeno feliciter artium honore
Imbuti, septiformis carismate flatus
Accensi introrsus necnon extrorsus adepti,
Composito grege preceptis parendo tonantis
Dimisere solum patrium carosque parentes,
Terrea vitantes, crucifixum corde sequentes.
Tandem per varios casus et dispendia rerum,
Gallorum adveniunt regnum. Tum maximus horum
Infit, Quintinus, sotiorum pectora mulcens:
'O comites, revocate animos mestosque timores

---

15 testum *sic P; cf. appar. ad Cass. 394* 25 E quibus *malim, cum* quîs *metri tantum causa poni soleat: sed cf. Hrotsv. Mar. 96* 29 arte *Harster* 34 *post* sacer *dist. P* 38 fuscianus *sic P* 44 *fort.* adacti 46 patriam (*sic*) *P*: *corr. Harster* 48 et *deleverim; cf. Aen. I 204*

17 *Verg. ecl. 1, 24.* 18 *cf. 250; legitima forma et metro unice conveniens est* Latoides. 21 Gallos *pendet a praepositione* ad *verbi compositi* affari. 22 *cf. Cass. 454, ubi tamen* effatus *recte scripsit Harster.* 24 *v. 122; significatio incerta (*musteus = *viridis, recens).* 26 *Cass. 70.* 27 *Bened. 136ª.* 30 seu *i. e.* et; *cf. v. 65.* 32 *i. e. oris.* 33 *nota nominis veriloquium et adlitterationem (cf. Cass. 336).* 37 *Aen. I 379 (Cass. 73).* 38 *Cass. 35. 311.* 39 *fulgore fidei refulserunt, spe stabiles.* 41 *cf. adn. ad Cass. 288 sqq.* 42 *cf. ad Hrotsv. Pelag. 17.* 43 *Isidorum sequitur orig. VII 3, 13 (ed. Arev. III 307 sq.); cf. Augustinum de sermone domini in monte I 4, 11 (Migne 34, 1231), Hildefonsum de cognitione baptismi 62 (Migne 96, 136)* quare spiritus sanctus septiformis dictus, *Paulin. Aquil. IX 2 (PAC. I 141).* 50 *v. 59 et Aen. I 197.*

Pellite; non equidem ignari sumus ante malorum.
Quod passuri estis, forsan meminisse iuvabit.
Omnipotens aderit, post discrimenque levabit.
Nos crucis armemus frontes agalmate, fratres;
Corda fides ornet, caritas et pectora firmet,
Occupet atque locos nostra en electio concors
Exiciis positura modum.' Dum vir venerandus
Talia dissereret, sotiorum pectora firmat;
Hinc iter electum celerant rumore secundo.
  Ambianen igitur Quintinus adit generosus
Intrepide populis dicturus iura salutis;
At Lucianus, presul pietate choruscus,
Belvacense arvum properat et consona narrat;
Crispinus Suessionis cum Crispiniano
Veloces petiere; Rufinus Valeriusque
Haud procul a pago siquidem gradiuntur eodem;
Silnectis Regulus petiit illoque quiescit;
Nam Marcellus et Eugenius quę moenia adissent,
Nos latet, et tamen his una venisse probantur;
Nam Fuscianus Victorico sotiatus
Morigenum properant et ibi virtute reflagrant.
  His quoque temporibus Cęsar Diocletianus
Sceptra caduca soli gestabat honore tumenti,
Aurea cuius fraus pulsabat sidera cęli,
Dives opum, lingua melior, sed frigidus armis,
Consiliis habitus sanctos iugulare paratus.
Quocirca sibimet copulavit Maximianum
Herculeum, cui vis bellorum contulit hocce
Ęgregium nomen, certe quo nequior alter
Impietate fuit nec bello maior et armis.
Proelia Christicolis indendo et funera mortis
Multabat gladio, quos repperiebat in arvo.
  Hoc illi studium fervebat et ista cupido;
Sed quia non tantum poterat, quantum sitiebat,
Pręsidii ad solium proscripsit Rictiovarum
Pręfectum, scelere ante alios immanior omnes
Qui extiterat, zelum in sanctos agitando severum.
Ast ubi sortilegum pondus suscepit iniquus,
Sęvit inops animi furiis bachatus acerbis,
Insontes contra populos vibrando furoris
Arma. Leo frendens quando dimittit in antris

---

72 Murigenum *P*: *corr. Harster (cf. v. 182)* 79 cui uis *sic P*

52 *Aen. I 198.* 53 *Aen. I 203.* 58 *Aen. VII 129* (exiliis *coni. Ribbeck).* 60 *cf. Ribbeck ad Aen. VIII 90* (iter inceptum)*; Cass. 349* (iter electum). 61 *Amiens; v. 123. 216.* 63 *Bened. 136ª.* 64 *Beauvais.* 65 *Soissons.* 68 *Senlis.* 69 *Bened. 161ª.* 72 *ad Morinos.* 75 *Aen. II 488.* 76 *Aen. XI 338 (cf. I 14).* 78 quocirca *i. e. quod ipse frigidus armis erat.* 79 hocce egregium nomen, *sc. Herculei.* 80 quo *(neque)* alter nequior impietate fuit neque maior bello *(cf. Aen. I 544 sq.); sic v. 112* discite *(nec)* iustitiam nec temnere Iesum. 87 *Cass. 83.* 89 *i. e. 'sacrilegum munus'. Harster.* 90 *Aen. IV 300 sq.* 92 *cf. e. g. Aen. II 355 sqq.*

Ceu catulos dirę mestos famis anxietate —
Per saltus nemorum currit, per rura solorum,
Nancisci cupiens aliquid, de quo sacientur:
Haud secus ille procax villas lustrabat et urbes
Christicolûm sitiens aliquem laniare cruentus;
Denique, quotquot erant conspectibus obvia cuius
Agmina sanctorum, nulli parcebat eorum.
Nec ferrum flammas arcet, nec mucro catenas;
Si pix excussat calcem, si carcer acętum;
Aeculei haud trocleas adimunt, laminas neque pellunt;
Resticuli, lapides, sitis atque fames adhibentur —
Omnia, quę poterant nancisci sensus et ira,
Suffiri tormenta viris nec distulit almis.
Dic mihi, dic, latro, dic, tortor perfide, quęso,
Si poenas apud infernum tales didicisti.
Ista vales per te melius nunc discere prorsus:
Hęc quibus intuleras, vivunt, per sęcula vivunt,
Tu flammas perfers iugiter Stigiasque paludes,
Vociferans quereris, sanctos cernendo profaris:
'Discite iustitiam, miseri, nec tempnere Iesum,
Parcite, lictores, flagris, rogo, parcite poenis,
Viventes parete deo, neu huc veniatis.'
  Insistens igitur coepto Riciovarus, amens
Pręfectus, quo non alius crudelior ullus,
Audierat famam Quintini martiris almi,
Quod figmenta sini, Christum regem venerari
Pręciperet verbis, suaderet vocibus altis.
Extimplo stridens urbis ad moenia tendit,
Quę Somanobrii nomen nuperrime priscum
Obtinuit, sed nunc mutato nomine musto
Dicitur Ambianis. Illic invenit eundem
Quintinum turbis Christi magnalia cunctis
Promentem verbis, dantem solamina fessis,
Dogmata Christicolis reserantem archana modernis.
Quem quoque corripiens mansuetum ceu lupus agnum
Vincla prius ferri, post carceris atria sęvi
Suggessit preses, suscepit et omnia miles.
Hincque flagris icitur de cęli fasce beatus,

---

98 quodquod *P* 100 ferrum *sic P* 103 *post* adhibentur *dist. P; fort. igitur v.* 104 *et* 105 *transponendi sunt, ne* nec *nimis sero ponatur* 109 per saecula vivent *Peiper, Berl. philol. Wschr. 1888 p. 1083* 110 *post* paludes *dist. P* 111 quęreris *P*[1] 115 riciofarus *P* 121 Samarobrii *Harster hic et v. 152; sed cf. AS. Octobr. XIII p. 788*[d] 130 beatur *P*: *corr. Harster*

94 *Verg. ecl. 6, 56.* 98 *i. e. eius; cf. Bened. 248*[d]. 101 si *(i. e. non; cf. Cass. v. 62)* pix excussat *(i. e. adimit, pellit v. 102)* calcem. 105 *'mit allen Qualen ihnen einheizen'.* 107 *i. e. 'apud diabolum' (non 'in gehenna').* 112 *v. 80 et Aen. VI 620.* 114 *Cass. 462.* 118 *i. e. relinqui;* venerari *passive (v. 262: cf. Traube vol. III p. 803*[b] *s. v. 'deponentia passive'; Hrotsvithae locum a correctore libri Monacensis corruptum exemplis vindicavi 'de Avieni metaphrasi Arateorum' p. 37, 17).* 122 *v. 24 (mit neuem, verändertem Namen?)* 124 *Bened. 50.* 130 *'der aus Himmelshöhen begnadete'; cf. v. 244.*

Resticulos demum, candens oleum, picis atque
Ferventis patitur poenas adipemque calentem,
Adicit et faculas calcem miscens et acetum;
Inde pius foditur sudibus magnisque taringis.
Sic vita sanctus cassatur vertice sectus.
Hunc quia dilexi, tacito transire nequivi:
Qui meritis floret, laudari carmine debet.
  Interea sanctorum auditur fama virorum,
Fusciani et Victorici clara ab iniquis,
Qui visum cęcis, gressum componere clodis,
Officium mancis, auditum reddere surdis,
Eloquium mutis, vitam concedere functis
. . . .
Talibus instantes audibat maxima plebis,
Subiciens domino cervicum colla superno.
Inter quę socium visendi cura titillat
Quintinum, fortuna foret si sospes eidem,
Ut mutuo affatu gentum de credulitate
Gauderent sacro complexu seque viderent.
Illum disponunt ambo accelerare verenter;
Regia martirii redimitum munere cęli
Sed iam Quintinum posuit super astra polorum.
Cumque Somanobrium gressus tetigisset eorum,
Nobilitate cluens quibus obvius ecce viator
Gentianus adest, procurvus temporis aevo,
Iam senior, sed cruda illi viridisque senectus.
'Vos,' ait 'o iuvenes, quibus adventatis ab oris,
Quove tenetis iter?' Quęrenti taliter illi:
'Nos Romę geniti, vestras si forte per aures
Eius iit nomen. Bis seni venimus ergo
Dicendi vobis mundi fulsisse salutem
Et miseros transire homines ad gaudia quire,
Si simulacra refutantes diabolica toto
Corde deum fuerint imitati ac fonte renati.
Nam genitor perpes de se sine tempore verbum
Unum quę genuit per quod sunt omnia fecit;
Nec pater anterior, nec natus posterior est.

---

post v. 142 *versum verbum continentem periisse conicio* 143 *i. e. plebes, nisi forte nomen substantivum defectu interceptum est (cf. pass. s. Arnulfi v. 290, ed. Harster p. 96* plurima plebis contio*); cf. Weissenborn ad Livium II 24, 5 ed. Berol.* 147 affatu *sic P* 148 sacro *sic P* complexus eque P^1 149 uerenī *sic P cum distinctione*

135 *Bened. 143.* 136 *poeta monachus* s. *Quintini fuisse videtur, cf. praef. v. 34.* 140 *Cass. 5 sqq.* 145 *interea cura eos sollicitat Quintini socii visendi.* 147 *cf. appar. ad Cass. 394.* 149 *i. e. ad illum festinare.* 150 *coniunge* regia caeli *et* martyrii munere *(i. e. corona)* redimitum. 151 *cf. pass. s. Arnulfi v. 195 (ed. Harster p. 93).* 153 *i. e. eis.* 155 *Aen. VI 304.* 156—159 *Aen. I 369 sq. 375 sq.* 159 'dicendi ergo *i. e. dicendi causa'. Harster.* 164 *coniunge* nam genitor perpes de se sine tempore verbum genuit, per quod unum omnia fecit, quae sunt *(cf. v. 273, Bened. 345 sq.; Ioh. ev. 1, 3); refutat autem disertis verbis haeresim Arianam (v. 166) et Byzantinam (v. 167 sq.); de triplici deitate (v. 171) dixi ad Bened. 417.*

Ex his ambabus personis spiritus almus
Procedit similis ditione patri genitoque.
Hęc unitas triplex deitas sic creditur una,
Ut persona triplex maneat substantia simplex.
Ista triplex deitas postquam compegerat orbem,
Formavit hominem os humerosque sibi similantem.
Quem cum sermo dei pomo vesci vetuisset,
Astu serpentis (heu) est illectus enormis;
Namque miser, cupiens fore plus, quam conditus esset,
Linquens vitę epulas mortis suscepit erumnas;
Potatus loeto depellitur a paradiso,
(Ah) secum genus omne trahens et crimine perdens.
Hinc mundi princeps homines sibi subdidit omnes,
Donec is, qui egit, carnem de virgine sumpsit
Et sub lege fuit, qui de nihilo omnia fecit,
Morigerando patri potum gustavit Averni
Atque resurrexit vivens, privilegia reddens
Prisca suis, victor coelos post scandidit altos;
Unde idem trinus merito laudatur et unus.
Hunc animo colimus, hunc corde fatemur et ore
Hortamurque alios nobiscum credere id ipsum.'
Alloquio cuius dum taliter hi fruerentur,
Cognoscunt eius mentem exoptare salutem.
Tunc senior pro re lacrimis ita fatur obortis:
'Ter rediit Phoebus, postquam talis mihi sensus
Astitit, ut credam olli, quem vos creditis ipsi.'
Aggressi vetulum contra sic fantur ad illum:
'Posse dabit, qui velle dedit, si, frater, in illum
Credere non dubitas, ad se qui pervehit omnes.'
Subiungunt sancti dicentes hęc seniori:
'Quęrendi nobis etiam stat fixa voluntas
Quintinum, insignem sotium fratremque modestum.'
Altius ecce gemens responsum hoc reddidit hęros:
'Collega nam vester, quem cernere vultis ovanter,
Dum nobis eadem narraret, preside tentus,
Tortus suppliciis ista non vescitur aura.
In municipio requiescit vertice secto,
Quod Vermandorum vocitavit lingua priorum,
Ferme quater denis et binis solibus actis.

---

167 almus *sic P* 170 *post* maneat *non dist. P* 174 e normis *metro etiam magis vitiato Harster*, inermis *Manitius* 181 *distinxi lenius: 'donec Christus suis privilegia reddidit' (v. 183)* 182 Murigerando *P (cf. v. 72)* 184 scandit in altos *Harster* 187 *fort.* in ipsum (*cf. v. 194*); credere *deum v. 192. 254 (?). 262. 277* 190 Tunc *sic P*: Tum *Stephanus Leodiensis* 203 sectus *conieci coll. v. 135 et Bened. 143*

170 *Aldhelm. laud. virg. v. 38.* 172 *Aen. I 589.* 177 *de morte a diabolo hominibus propinata dicam ad ecbasin captivi v. 1114.* 180 exegit *(i. e. depulit, cf. v. 177) protoplastum paradiso; cf. Bened. 565.* 181 *Pauli ep. ad Gal. 4, 4.* 182 *cf. e. g. Matth. 26, 39.* 186 *v. 230.* 190 *Aen. XI 41; cf. Stephanus Leodiensis AS. Sept. p. 585f* Tum senior pro re lacrimis ita fatur obortis. ... Subiunxere viri dicentes haec seniori *(v. 196):* ... Altius ecce gemens responsum hoc reddidit heros *(v. 199).* 194 *cf. Iohannis Scotti carm. II v 48 (PAC III 535).* 199 *Aen. VI 672 = Stephani Leodiensis vita s. Landberti AS. Sept. V p. 585c.* 200 *Bened. 321.* 202 *Aen. I 546. III 339.* 204 *St.-Quentin.*

Militibusque suis iudex iam iusserat exlex,
Quo vosmet citius prensent et strictius artent,
Sponte acturus idem. Sed vos divertite, quęso,
Ad vestri ędiculam servi paulisper, ut illo
Pace levetis iter panis carpendo bucellam.'
Assensit caritas, fratrem lucrarier optans.
Tum celeres patris culmen petiere senilis;
At hospes hilaris tantorum hospitum amore
Servit et exiliens obtemperat atque ministrat.
  His autem rabies forsan furibunda diebus
Venerat Ambianis et mox volitante per auras
Hic fama athletas didicit micuisse tonantis
Tuncque, canes ut apros, coepit rimarier illos.
Perveniens tandem Gentiani senis edem
Se nactum esse viros gaudet, quos quęrere socors.
Sed senior, flamma succensus amoris abunde,
Exemit gladium, nitens percellere tetrum
Ricciovarum. Ad quem preses nequissimus inquit:
'Debueras, vetulus, iuvenes a talibus ausis
Castigare, et nunc iuvenili aetate teneris?
Ah, moribunde senex, quę te vesania coepit?
Cur tantum patrare nefas, demens, voluisti?'
Sic preses sęvus. Contra sic miles adorsus:
'Non coepit nostram, pręfecte, insania mentem,
Sed Christi compellit amor, quem corde fatebor,
Dum memor ipse mei fuero, pro nomine cuius
Ponere nec animam dubito neque corporis artus.'
Ad quem pręfectus pauco sermone profatur:
'Iam pręsens tedet tibi vita, ideoque superbis.
Efficiam, posthac ne quemquam voce lacescas:
Nunc noster gladius collum pertranseat huius.'
Lactea canicies tum a corpore vellitur almo.
Cui rex etherei statim sic fatur Olimphi:
'Gentiane, veni, ditand*us* honore triumphi
Iunctus cęlicolis, numerandus in agmine regis.'
Sic Gentianus superam migravit ad aulam
Sanguine perfusus, baptismi agalmate comptus.
  *C*ontinuo laetus, sicut qui tale tropheum
Explevit, celsa truculentus fasce resedit.

---

207 pręs/nt // strictius arcent P^1, prensent et strictius artent P^2 *(ductibus aequalibus, sed pallidis)* 209 ędiculā *sic P* 210 buccellam *P* 212 cęleres *P* 217 fama (*sic*) *ss.* P^1 218 q. *ss.* P^1 220 Se nactum *sic P* 225 *cf. praef. p. 179 sq.* 235 lacescas *sic P* 237 tum a *sic P* 239 *in mg. add.* P^2 *(man. s. XI)* dita/// *P*: *correxi agnitis litterarum* nd *vestigiis; inde a v.* 243 *quae obliquis litteris imprimenda curavi, non dispexi, sed Harsteri meisque coniecturis usus supplevi (nihil receptum esse, quod cum vestigiis legibilibus pugnet, vix est cur dicam); Burgerus quid legere sibi visus sit, vide, si tanti est, apud Harsterum*

208 *i. e. statim.* 209 *i. e. ad meas aediculas.* 210 *cf. Roensch p. 97.* 212 *cf. Aymoin. I 2, 1 (p. 139).* 220 se *casu* nactum esse viros, quos *consulto* quaerere socors *(zu nachlässig) fuerat.* 221 *cf. Hrotsv. Pelag. 63.* 224 *Aen. II 535.* 225 *Bened. 373.* 226 *Bened. 386.* 228 *v. 193 et Aen. I 325.* 230 *v. 186.* 231 *Aen. IV 336.* 235 *Cass. 101.* 244 *v. 134.*

Hinc comites (namque omnis eum stipata tegebat
Turba ducum) alloquitur: 'Nostris obtutibus, eia!
Assint sacrilegi manibus post terga revinctis.'
Hęc memorans animo nunc huc, nunc fluctuat illuc.
*S*istuntur demum iusti ante tribunal iniqui,
*Qu*alis *ub*i Oceana perfusus Lucifer unda
Astrorum ante alios apparet fulgidus ignes.
Q*uis* prefectus ait: 'Actutum dicite, cuius
C*u*ltores estis, vel sectam quam retinetis.'
'Nos' *aiunt* 'patrem, verbo qui cuncta creavit,
Quique creata suo firmavit flamine sancto,
*C*redimus et puro veneramur pectore solum.'
Et pręses: 'Fors et nescitis relligionem,
*Q*uam colit Augustus Cęsar Romanus et orbis.'
. . n . . l rum tunc intonat hoc documentum:
'*Iupp*i*ter omni*potens et *c*oniunx inclita Iuno,
*Ma*rs, Venus et Titan, C*i*llenius atque Diana
Libantur, creduntur, adorantur, venerantur.
Ast Iovis in cęlo, Neptunus in ęquore vasto,
Pluton in inferno regnant mundumque gubernant.
Hęc est relligio, quam princeps postque satelles
Credentes trepidant, proni venerantur, adorant,
Vota ferunt, holocaustomatum libamina reddunt.'
Quę sancti contra retulerunt voce serena:
'Pro dolor! illi errant, qui tam atris tura propinant.
Nos equidem colimus dominum, qui trinus et unus
Extans in triplici virtute sui regit atque
Omnia disponit, quę sunt vel stare videntur.
Hic unum de se genuit sine tempore Verbum,
Per quod composuit cęlum, terram, mare, seu quę
Sunt in eis. A quo procedit spiritus almus
Cuncta animans, genitor per Verbum quęque creavit.
Iste deus noster; hunc credimus, hunc profitemur,
Huic iu(giter) censum laudis libamus ovanter.
Quem si tu coleres, elabi fors potuisses
Tenareas fauces et cęli regna tueri.'
Hinc contra anomalus: 'Nec noster talia sensus
Acturum pacto semet deliberat ullo.'
*Effulget lu*x *clara* polo loca forte v*e*nustans,
Indicat *e*meri*t*os nimiumque fuisse pe*remp*t*o*s,

245 *supplevi et distinxi* 250 Oceani *Harster coll. Verg.; sed cf. Ekkeh. Walthar. v. 1133* hic postquam Oceanas sensim calefecerat undas *et F. Leo in indice ad Fortunati carm. p. 409*[b] 252 *supplevi* 257 Forsit *Harster* 259 En Romae scelerum *coram codice temptavi* 264 Plutton *P* 272 uł (*i. e.* vel) *sic P* 276 gen(i)tor *P* (i *ss. man. saec. XI.*) 278 Huic incensum *P: correxi coll. Hrotsv. Gest. praef. 1, 8* iste sed oblatus laudum placeat tibi census, *postquam Peiper (Berl. philol. Wschr. 1888 p. 1083)* Huic in censum laudes *praeiit*; iugiter ◡ ◡ _ *v. 110* 283 *supplevi sententiam ostensurus, verba praeter* venustans *non praestans* (*v. 284* que *quarto loco positum;* peremptos *certo invenisse mihi videor*)

247 *Aen. II 57.* 248 *Aen. X 680.* 249 *Bened. 459.* 250 *v. 18 et Aen. VIII 589 sq.* 254 *vita s. Erasmi v. 208 (ed. Harster p. 27)* o pater omnipotens, verbo qui cuncta creasti. 258 *Bened. 244.* 265 *sq. Bened. 236 sq.* (atque satelles). 273 *v. 164 sq.* 276 *i. e. quaecumque.* 280 *Verg. Georg. IV 467.*

Quo cęli penetraret eorum spiritus aulam
Pręveniente deo, qui iure triumphat ab alto.
Denique qui astiterant, geminum iubar insolito usu
Mirantes, radios solis signique patentis,
Id statim signum celebres scribsere coruscum
Dicendo: 'Qualem capiunt super astra quietem,
Quos tam lucifluus commendat fulgor in arvis'.
Ut merito venit, sic signum nempe recessit.
  Sed neque transiliam, per eos quod fecerat heros.
Edicam scriptis, narrabo nepotibus orbis,
Totus ab integro seclorum noscat *ut ordo.*
Tempus erat, quo p*rima quies mortalibus aegris*
Incipit et dono domini *gratissima serpit,*
Nox et nigra polum *bigis subvecta tenebat,*
Cum truncata beatorum . . . .
Corpora restituit . . . .
Sumpserunt . . . .
Ad senis . . . .
Hoc sine divi . . . .
Scilicet ut, quem exhortando comit . . . . .
Cum illo pausarent uno sub ‒ ◡ ◡ *iu*ncti
Et qui indivisi . . . . ltis
Martyrii pal*ma gauderent* iure *ni*tentes.
In tellu*re cuba*nt uno positi poliandro.
  O almorum lampas, quantum mirabilis exstas,
In te ipso qui tam clara ostentas in aperto,
Magnus et omnipotens opifex, fortissime iudex!
Ambigere debet mens nulla in talibus actis,
Corporibus functis potuit quia reddere gressum,
Qui super aequoreos Petro dedit ire tumores,
*In le*cto positam iussit properare puellam
*Et fecit Laza*rum post funus surgere vivum.
. . . . reavit honorem
. . . . promere verbis
. . . . one peregit
. . . . on in abysso
. . . . *do*muique propinquant
. . . . s
. . . .
. . . . ur ibidem

288 patentis *sic P* 291 *supplevi* 292 *totum legi* sic] sc (i above) *P* 293 *et* 295 *supplevi coll. Stephani Leodiensis vita s. Landberti AS. Sept. V p. 587f* Sed neque transiliendum puto, quod quibusdam exercitum sequentibus a tergo omnipotentis dei ostendit celsitudo; edicam scriptis, clamabo vocibus altis (*cf. Quint. 119*), totus ab integro saeclorum noscat ut ordo; *vestigia lectionis P ad* in *potius ducere quam ad* ut *quaerenti nuper affirmat A. Vidier* 296—298 *supplevi ex Aen. II 268 sq. V 721* 299—306 *et* 317—326 *cum AS. Octobr. XIII s. Quintini et sociorum passiones longe discrepantes exhibeant, sententiarum cursus vix potest expediri* 302 *fort.* Ad senis aediculam (*cf. v. 209*) 303 *i. e.* sine divino numine (*vel* nutu) 305 pausarent *sic P* sub tegmine *Harster* 306 qui indivisi *sic P* 307 *supplevi* 315 *sq. post Harsterum supplevi* 324 . . ur ibidem *sic P*

286 *Cass. 11.* 293 *v. 136 et Cass. 553.* 294 nepotibus *tanto patre* orbis. 295 *Verg. ecl. 4, 5.* 296—298 *cf. appar.* 314 *Matth. 14, 28 sq.* 315 *Luc. ev. 8, 41 sqq.* 316 *Ioh. ev. 11, 43.* 318 *cf. ad Cass. v. 62.*

. . . . tis docu*ment* .
Hoc factum audieris et . . . .
'Non hoc Hippocras, non Asclipius retulerunt.
Aestimo, quę peragis, quondam fecisse pigebit:
Vincere non poteris, sed tu victus reman*ebis*.'
Preterea rabies irarum turbine mota
Nequiter intremuit frendens et inhorruit amens;
Hinc magis atque magis scrupulos vehementius auget.
Hostia sed Christi sese pro munere regni
Poenis affligi, tormentis dilaniari
Exultabat ovans et fixa manebat adorans.
Corripiens tela inde manu Mavortia pręses
Valde diabolici crispando hastilia ferri
Fortiter et val*i*dis emittens viribus ipsa
Transfodit sanctos cona*n*s multarier ill*o*s.
Hoc neque suffecit: peragi suprema rogav*it*.
At scelerum princeps audita voce satell*um*
Vagina horrificum nigra tu*m* exemerat en*se*m
Funeste amborum caesurus colla virorum.
Sic perimit gladio victuros in secula Christo.
Morte igitur lecta gaudens cum pergeret urbem,
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . ns d/r . . *ur*bem
. . . . mis mund quid superexta*t*
. . . . abeatis
. . . .
. . . . l s
. . . .
*Christ*icolas mactare t . . s . . . .
*A*n Acheronta sequor? . . . t vos . . . .
Quid loquor, aut ubi sum? quę mente*m* am*en*tia mu*tat*?'
Saevit inops animi merito donatus acerbo,
Insipiens . . . .
C . . . .
. . . .
. . . . bon*itat*is
H . . . . furen*s* qu*os* lictor *to*rserat ant*e*
Visio . . . .
Membra bea*torum* . . . vit pro munere casso
*I*nso*nt* . cael . . . . dia sanctis

* * * * *

327 *fort.* Hippocrates; *cf. AS. Octobr. XIII p. 784*[d] *adn. p* non] no *P*[1] 340 *supplevi* 344 *cf. adn.* 346—366 *quae rectis litteris exhibeo, et ego et C. Hampe legimus* 356 *suppl. Hampe (interrogationem dist. P)* 357 *supplevi ex Vergilio, quo Harsterus uti nesciverat*

336 *v. 3.* 337 *Aen. I 313.* 338 *Aen. X 474.* 342 *Aen. X 475.* 344 *cf. Stephani Leodiensis vitam s. Landberti AS. Sept. V 588*[c] percussit telo victurum in saecula Christo. 345 *comitatu Mortis collecto; cf. der Nibelunge nôt 2161, 3 Lachm.* der tôt der suochte sêre dâ sin gesinde was. 357 *Aen. IV 595.*

III.

CARMEN DE SANCTA BENEDICTA.

EPILOGUS DISSERTUS IN LAUDE ALME ET INDIVIDUE TRINITATIS.

Alme deus, metuendo tibi plebs concinit odas
Cuncta secli innumeras, caelorum calma caterva
Imperioque tuo famulatur cuncta *sacrato.*
Delius, ignivomos qui spargit ab ethere spicos
Telluris gremium, temet conlaudat in aevum;
Roscida nempe soror Solis tibi carmina pangit,
Lumina cuncta poli, nix, arbos, flumina fontis,
Pennatę volucres volitando per arva meantes,
Quadrupedes animę necnon repentia terrę.
Terrarum proceres ac regum celsa potestas,
Lar quoque, pisciculi, lymphę, venti pluvięque,
12 Bestiolę, montes, rivi, flores, mare, campi,
12a Cum senibus iuvenes terrarum rura colentes
12b *Te venerando colunt, recolendo te venerantur,*
12c Pangendo psallunt, psallendo carmina pangunt.
Israhelis laetus te laudat grex universus;
Tres pueri regis iussu Nabugodonosoris
In lacum missi laudum tibi carmina promunt.
Summa patris bonitas hominumque redemptio vera,
Quicquid patrasti cum patre et flamine sancto,
Te recolit, regem cęli testatur adesse:
Te caelum supra, tellus te laudat et infra;
Quicquid terra vehit, quicquid mare, quicquid Olymphus,
Te siquidem poscunt, venerantur, amant et adorant.
Angelicus coetus divino lumine fultus
Fascibus ethereis arden*do nobile psallit*
Grates eximias et munia sacra ministrat.
Post q*uem turba* patrum, post patres lingua viden*t*um
Te qu*oque g*lorificat, semper tua iussa perimplet.
Hinc duodena phalanx in summis laudat adorans

EPILOGUS 2 caelorum /// calma *P* 3 *obliquis litteris brevitati studens ea expressi, quae in locum alius lectionis erasae neque iam legibilis substituta sunt* famulantur P^1 (*subiectum est* calma caterva) *in mg. v.* 5 *scripta sunt haec* sup miser | omnium | xpe p/rītq | tuorū | festa s///um (*fort.* pariterque *et* sanctorum); *cf. ad v. 44* 7 fun/tis P^1 9 Quadrupedes (rupe *evan.*) *et* repentia (ti *evan.*) *P* nec^{que}non (que *non in ras., quippe vestigium lectionis ceteroquin erasae*) *P* 12a *et* 12b *in margine inferiore additi sunt praeposita nota, quae in textu suo loco repetitur; eadem ubique ratione versus postea ab ipso poeta additos indicavimus; de loco inserendi, si morem correctoris attendas, numquam dubitari potest praeter v. 303a et 303b, quamquam is qui paucos carminis versus ante me edidit in catal. codd. hagiogr. Paris. II 557, se ex notis expedire nescivit* 14 ἰuſſu *P* (*voluerat* iſu) 16 bonitas *non plane certum in P; sed cf. v. 632* 25 qūe *sic saepe P pro* quē videndum P^1 26 glorificant *et* perimplent P^1 27 sommis P^1

Inscriptione et dispositione epilogi (i. e. prologi) sequitur praefationem carminis de s. Quintino (p. 197). 2 calma: *cf. v. 438;* calmum: clarissimum *glossarium ed. Mai A. C. vol. VIII p. 90.* 9 *Hilarius in genesin 109 (p. 235 in Cypriano Peiperi).* 14 *Dan. 3, 23; Cass. 419.* 19 *Quint. praef. 9.* 25 videntum *i. e. 'der Seher'.* 26 *Cass. 524.* 27 *Quint. praef. 21.*

Discipulûm, in terris *quę olim tua* docmata *prumsit*
Gentibus *orbicolis partes per quatuor orbis.*
Testes ęgregii constricti tympora sertis
Tibiciant grates pumpam cosmi *adnihilant*es,
Per te tripudiant, lęti te semper adorant.
Pontificum proceres confessorumque coortes
Con sociis pariter temet venerantur ovanter,
Qui illos glorificas illorum gestaque sacras.
Hinc monachûm patres normam Christi retinentes
36a Gaudia cosmi huius celsi pro munere regni
36b Omnia spernentes, temet multum venerantes
36c Non reticent labiis pangendo carmina laudis,
Alloquio recti, divino munere pleni:
In terris resident, lacrimando crimina deflent.
Ordine subpremo nam virginis obviat ętas
39a Et tibimet vastas non cessat reddere grates,
Ast *temet* sequitur, quoquo vestigia mittis.
Hinc diadema cluens capitis sub vertice *gestat,*
Cum sanctis residens, *temet per secula cernens.*
42a Mirantur cuncti specimen summę deitatis,
42b Cumcrepitant sonitum manibus p(ro)dendo serenum
42c Terrigenę gentes temet multum venerantes;
Unanimes cuncti letantur vocibus altis
Ac resonant laudes iubilorum carmina fantes.

DE SOLE ET DE DUODECIM SIGNIS.

O deus omnigenûm moderator sancte polorum,
Lux, splendor lucis, perpes quoque gloria *s*anctis,
Ornasti *cae*lum stellis quoque terque quaternis,
Quo*d ponti occiduas* volvit partes ferventis;
Astrigeros *retines cursus re*meare volentes,
Quos moderas compos iusto libramine semper:
Velliger anelio quo surgat, tu quoque mandas,
In primo: effigies Tauri *hunc* sequitur rubicundi;
Dehinc Gemini inberbes luctamen ferre volentes;
Quos celeris *Cancri sectatur* fervidus ignis,

---

36 monacū P^1 39 subpremo (*probabilius quam* sub primo) *P* 39a uastas *ss. P* 40 mittit *ni fallor P; unde pro* temet *primo* illum *vel* xp̄um *scriptum fuisse suspicor* 42b prodendo (*litterae* ro *abscissae*) *P* 44 $\overset{\text{uoces enim}}{\text{laudes}}$ (*ss. ea manus, de qua ad v. 5 dixi;* quae *etiam* $^{\text{de}}$ sole *in margine repetivit, itemque v. 374. 478*)
DE SOLE 4 Qui P^1 8 hunc *in ras. ss. P*

30 testes *i. e.* μάρτυρες. 34 con = *cum;* cumcrepitare = *concrepitare; cf. p. 179 adn. 37 v. 543a.* 39 supremo *last, not least.* 40 *apocal. 14, 4 (cf. Quint. praef. 38; Agii dial. 489 PAC III p. 383; Heiric. II 232 PAC III p. 459).*

DE SOLE 3 *dicuntur sidera zodiacalia occidentia.* 7 velliger *i. e. villosus; Germanici fragm. 3, 32 (ed. Breysig p. 46) nunc editur* belliger. anelio *i. e. anhelus; cf. e. g. Avien. Arat. 508* celer ille Aries = *Arat. phaenom. 225* αὐτοῦ καὶ Κριοῖο θοώταται εἰσι κέλευθοι.

In quo anabibatoten sonipem torquetque ferocem;
Qu*em* Leo Nemea percussus ab Hercule silva
Insequitur, rugiens cęli per climata pergens;
Nobilis *E*rigonae species cui nectitur ingens;
Quam *Trutina insequitur, quę soles librat et umbras;*
Anguis acu asportat lites, pax, ingeniosus;
Quem sequitur Centaurus; quem *iuxta* Capricornus,
In quo cambitores Filogeus torquet enormes;
Troius hunc iuvenis; Pisces sub sidere bini —
Per duodenum nam ciclum hunc sol currit in annum.
Septem infra pergunt, cupiunt luctamen inire
Cum superis; comtor secli quas tu ipse paciscis,
Ast illas retines, *cęlum* moderando relaxas;
Haecque melis tibimet *gratanter* bisque quaternis
Dulcia *nobilium* iubilorum carmina *promunt.*
Nam cęlum sursum, tibi tellus servit iosum;
Quicquid in orbe repit, temet famulando requirit.
Omnia disponis vasto moderamine iudex;
Personis trinus, sinplus veneraris usia.
Non propriis valeo temet sustollere verbis:
Perfice nepe tuas, cunctorum rex deus, odas.

ORATIO.

Aeterni numen patr*is*, flox sęva tonantis,
  Insignis fomes ac luculenta dies,
Etherei inmanis cur non moderator urani,
  Angelicûm species, orbigenûm requies,

11 sonipes *et* feroces P^1 15 Trutina (rutin *evan.*) *et* quę (qu *evan.*) *P* libra^t & *P* (*in ras.*) 17 *et* 18 *notas in margine positas secutus ordinavi; item ipsius passionis v. 65 sqq. 132 sqq.* 22 quae P^1 23 //g/ter P^1 (*i. e.* iugiter) 27 repunt *et* requirunt P^1 28 uastum P^1 31 nape *in* nepe *corr. P; lege* nempe

ORATIO 1 Aeternę, *ut vid.*, P^1

11 *in Cancro Phoebus sonipedes feroces torquet (i. e. a culmine detorquet) solstitii aestivi tempore, ut in Capricorno (v. 17) rursus incipit ascendere; in* anabibatoten ἀναβιβάζοντα *latet (Mart. Cap. p. 324, 2 E).* 15 Trutina *i. e. Libra, aequinoctiale sidus.* 16 Anguis ingeniosus *i. e. Scorpius dolosus;* pax *interiectio.* 18 Centaurus *Sagittarius.* 17 cambio: curvo vel in gyrum flecto; hinc et 'cambitor' equus dicitur, qui facile, in quamlibet partem sessor voluerit, flectitur *Remigius in comm. ined. ad Mart. Cap. VI (excerpsit A. Mai, spicil. Rom. IX, gloss. nov. p. 80 n. 1523).* Philogeus: *cf. carm. buran. 39ª (p. 129):* Actaeon, Lampas, Erichtheus et Philogeus; istis nominibus poteris spectare peritus quemque diem tantum tempus retinere quaternum .... post hos extremus tunc procedit Philogeus, dictus 'amans terram', quod vespere tendit ad illam. 19 Troius iuvenis *(i. e. Ganymedes Aquarius)* hunc *sequitur.* 21 septem *planetae.* 26 iosum *i. e. deorsum (C. Paucker, suppl. lexic. lat. p. 441, 3099); cf. epilogi v. 19; pass. v. 2 sq.* 28 *Cass. 526.* 29 *i. e. simplus; cf. v. 44 et 602 f.* 31 *Cass. 31.*

1 φλόξ; *cf.* fomes *v. 2.*

Hierusalem compos, Hierico venerande creator,
Rex regum solus virgineumque decus,
Posco meis, firma, votis, actus Benedictę
Quo valeam sacrę pandere versifice,
Qualis in orbe fuit, quę virtus, quale trofeum,
Quę pat*ria* illius, *quę sacra prog*enies,
Ex qua st*ir*pe creata fuit, que copia fandi,
Quam pulcra effigie, pręcluis in genere.
Ante dies rapiunt finem quam virginis actus
Pręclarę valeam promere nobiliter.
O deus orbicolûm, mihi da sensum quoque rectum,
Virginis ut valeam texere gesta sacre.

TEXTUS PASSIONIS BEATISSIME BENEDICTAE INCLITAE VIRGINIS.

1a Porrige, posco, mihi celsam, pater inclite, dextram,
1b Textum passjonis canere ut valeam Benedictę,
1c Quę mundum spernens mundanos respuit actus,
1d Quo temet cęlo mereretur visere celso
1e Atque tuis hilaris semper conspectibus uti:
1f Hic canere incipiam: praesens deus, erige mentem.
1 Nobilitas igitur pietatis, cuncta, supernę,
Condita cuius nutu existunt caelestia supra

---

10 Quis pater P^1 15 da] das P^1

TEXTUS v. 1—14. 1a—1e (*om.* 1f). 15—33 *hoc ordine edd. Bollandiani (cf. ad epilog. v. 12a)* 1c respuit *P* (re *evan.*) 1f Hinc P^1 *ut codd. Probae*

Acta Sanctorum Octobr. IV p. 219a § 1. Supernae sublimitas pietatis, nutu cuius beneficii omnia
v. 5 sunt condita terrena pariter ac caelestia, non sanctae desistit gremium ecclesiae matris | sermonibus erudire salutiferis, et per suorum merita virtutum monstrare incrementa: unde convenit nimis populorum turbis exempla sanctorum enarrare fidelium ad incitandos animos suorum ad caelestium praemia
v. 10 gaudiorum. | Nam quis digne possit conscribere, eorum gesta et virtutificationum insignia quantam perpetuitatis indulgentiam nobis pariter conferant et salutem. Inde namque caritatis solidatur fideique
v. 15 fundamentum, | amor summae nutritur pietatis, desiderium nascitur sanctae conversationis, temporalium
v. 21 despectus rerum exoritur, virtutum gaudia generantur. | Magnum etenim dei, ut cernimus, donum ac omnium meritis sanctorum condignum, ut, quorum eloquentiae praedicationibus praefulget ecclesia feli-
v. 25 cibus, quorum edocti exemplis sumus | ad studia bonorum operum sanctissimis, quorum in proelio certaminis spiritu veritatis sumus armati, eorum quoque innumerosa certamina collaudantes ad optinendam dei misericordiam sacris erigamur meritis, et ad nostrae aedificationem possibilitatis haec eadem
v. 31 perennibus inseramus monimentis, | et qui nostris cotidie affligimur delictis, ipsorum intercessionibus protegamur et meritorum undique consolationibus foveamur.

6 decus virgineum *(i. e. Mariae virginis) est Christus.*

1a *Alcimus Avitus III 420.* 1e *cf. v. 269. 619.* 1f *Probae cento v. 22 (Poetae christiani minores ed. Schenkl p. 570).* 1 *sqq. cf. Acta s. Benedictae fabulosa (AS. Octobr. IV 219 sqq.); ubi quod prologus non legitur in omnibus codicibus, id ea re explicaverim, quod poeta Laudunensis eum addidisse videtur non multum a carminis exordio diversum; certe in prologo tantum atque in extrema parte (cf. ad v. 621 sq.) tam artus inter carmen et acta pedestria conexus agnoscitur.* 2 beneficii cuius *(monosyllabum, cf. v. 272. 628; sc. supernae pietatis)* nutu.

Ac beneficii pariter terrestria subtus,
Aecclesiae matris gremium non linqu*i*t amenum
Sermonum monitis, sanctis formare loquelis
Et per virtutum meritum monstrare suorum
Incrementa, unde exemplum quoque convenit aptum
Turbarum populis sancti narrare fidelis
Ad confirmandos hominum sensus ad premia cęli.
Agonium quis mortalium conscribere dignę
Nam proprium possit, virtutum insignia cuncta,
Quanta per illorum meritum medicamin*a* confert
Terrigenis dominus pressis vastisque piaclis.
Dehinc caritatis fundamentum nam reparatur
Ac summae sanctus nutritur amor pietatis;
Nascitur interea fratrum confessio firma,
Quo degant unum Christo famulando verenter.
Et gazas secli cunctas in calce peremtas
Intonat in terris; populos per pascua pacis
Gaudia magna patris capsim retinere docetur.
Magnum etenim Christi donum, quo cernimus omnes,
Cunctorum ac dignum meritis iugiterque sacrorum.
Quorum nos meritis, quorum exemplis roborati,
Ecclesia eloquiis quorum fulget venerandi*s*
Ad studium patrandum operum sacrumque bonorum,
In bello quorumque sumus certaminis ipsi
Flamine divino armati patris sobolisque,
Ipsorum innumerosa quidem certamina cuncti
Laudantes, domini auxilium Ihesu ad capiendum
Atque salutiferis reseramus hinc monimentis.
Adcumen siquidem nostraeque salutis iniqum
Flagito peccatum istorum meritis aboleri;
Quin nostris umquam non possumus apte iuvari.

DISPUTATIO VERBI AD SOLIUM PATRIS REVERTENTIS.

Ad solium genitus postquam conscendit opimum
Aeterni patris victor residendo perennis,
Inferni tenebras tetri reseravit opacas,
Expulit ex illis populos legemque colen*tes*,
37a Ac linquens illic spernentes iussa tonantis
37b Partem suscepit, partem lacrimando reliquit,
37c E quibus una polo ut frueretur lumine pulcro,
37d Altera Cocito ut frueretur crimine tetro:

---

7 conuenī *P* (*volebatne* conueñ?) 12 medicamine *fort.* P^1 26 bellū P^1 29 / ad (*eras.* c; *voluerat* capiendum) *P* 31 Adcumen *sic P* (*non intellego*) inicum P^1 32 peccato P^1 37 colendo/ P^1 37b *ante* reliquit *erasum est* suscep (*nihil amplius*) 37d quocito P^1; *cf. praef. p. 179 adn.*

9 *heptameter; cf. v. 97.* 20 *Cass. 51; carmen de s. Lucia ed. Harster v. 7.* 22 *coniungendi particulas liberius ponit poeta.* 33 *v. 629.* 34 *inscr.* verbi *i. e.* τοῦ Λόγου. 34 *sqq. apodosis incipit v. 38; cf. Cass. 1* sqq., Quint. 1*; tenor et dispositio in tribus carminibus consentiunt, ut pronum sit suspicari v. 37a—37d ex Cassiani prooemio deperdito esse petitos, praesertim cum versus additicii saepe aliunde sumpti sint.* 37d *v. 476; Cass. 101.*

Turba beatorum sparsit per rura solorum
Sese discipulûm, Christi pangendo triumphum
Finibus in cunctis, quibus ipsi pergere possint.
Hinc omnes populi divino flamine fulti
Suscipiunt a discipulis, quod lingua salutis
Contulit, atque deum profitentes credere solum,
Personis triplum, simplum venerari in usia,
Ast remeare viam que tendit culmina regni,
Quo pariter cuncti fruerentur honore perenni.

DE ADVENTU BEATORUM APOSTOLORUM PETRI ET PAULI AD ROMANAM URBEM.

Romanę Petrus, Paulus simul inclitus urbis
Moenia *mox* peciere quidem, narrare salutem
Terrigenis populis, quos *sanxit* dextera patris,
50 Prendunt Romani celsi magnalia regis,
50a At mandant *populis* parere per arva tonanti.
Corde tenus retinent, que sunt divina, requirunt,
Non cuncti, sed quos sanxit clementia Christi.
Interea pergit semen sermonis ameni
Regnorum populos; per terras atque per agros
Aecclesiae cultus *multis* renitebat in oris
Paulisper, sancti quia pro Christo necabantur,
Cumpeta per mundi, per vicos, per quoque castra.
Tempore quo plures Roma venere fideles.
Nam quędam Roma Benedicta erat inclita virgo
Nomine tum et merito, senatorum stirpe creata
Preclara; purgata tamen baptismatis unda,
Christicolis edocta viris, ditissima gazis.
Haec fuit illius virtus et origo salutis,
Credere corde deum, hunc votis et mente timere,
65 Pauperiem Christi siciens censumque relinquens,
68 Plurima distribuens miseris solamina *multis*.
66 Pulcra erat aspectu, se*d toto* pulcrior actu:
67 Nam pompam secli spernens calcando nefandi,
67a Serica despiciens atque aspera tecmina sumens,
69 Non sua perquirens, sed verba tonantis adimplens,
70 Ipsa dei virgo, benedicta puella retractans,
Ospicio cordis fieret pia victima Christi,
Coniungens sibimet cunctos, quos urbe videbat
Ad Christi *ardenti culmen* voto volitare,
Edocet exemplis, persolvens munia laudis
Altitrono regi, et poscit sibi prospera dari.

---

46 onore P^1 49 sanxit (an *evan.*) *in ras.* P 56 Paulisper quia corpora sanctorum necabantur P^1 (*sine caesura*) 57 per vicos atque castella P^1 (*cum vitio prosodiaco*) 59 roma *ss.* P 60 tunc P^1 62 /edocta (*eras.* &; *voluerat* et docta) P 64 uotis *ss.* P 67 Nam pompam secli refutans (*cf. v. 492, ubi non mutavit prosodiam vitiosam*), spernens quoque honores P^1 72 Coniuncgens P^1 quos in urbe P^1

39 *Cass. 2.* 44 *epil. v. 29.* 48 *ut narrarent.* 49 *Cass. 48. 480.* 50 *v. 162. 199; Cass. 163. 375.* 66 *Cass. 178* (tanto *cod.*). 67a *Avitus IV 387* (despiciens *Laudun. 273,* dispiciens *Laudun. 279*). 69 *cf. ad v. 153.* 70 *minus rectum videtur* Benedicta.

DE ELECTIONE DUODECIM SODALIUM.

Iunxerat hęc sibimet generosas bisque puellas
Spermatis exortas unius germine senas,
Mentibus in quarum renitebat fosforus ardens.
Ore quidem nitidę semperque in mente serenę,
Effigie rutile, nulli pietate secundę,
Moribus inlustres, sed nobilitate vigentes.
Spiritus in illis culmen construxit honoris:
Nam uno coniunctę fuerant caritatis amore,
Non matrimonio fuerant ullo copulatę;
He fortes animo, nullum in tellure paventes
Necne minas satrapum nec iussa nefanda priorum,
Semper habentes corde deum iugiter recolendum.
Instruxit Christi famulas predicta puella,
Scilicet ut dominum colerent in pectore Christum,
89ª Qui mare, qui terras atque omnia nata gubernat,
Vitarent *fic*menta secli per sęcula falsi
Atque docerent nempe deum per secla tenendum.
Optabant meritis sanctorum sequę iuvari,
Quos animo ardenti siciebant valde inmitari.

DE MEDITATIONE PEREGRINATIONIS BEATAE BENEDICTE VIRGINIS.

Postquam virgo dei coepit meditarier antro
Pectoris eximio sacri, quo linquere possit
Divitias sęcli putridas, quę sorte parentum
Olli concesse fuerant, ac clare menia Romę,
Arcius insistens precibus dominu*m* *ro*gitabat,
Ut valeat templum fieri domini inmaculatum.
Namque sacris precibus quadam cum nocte fuisset
Intenta, exuperis astans sacer angelus infit:
'En, Benedicta, tibi de cęlis talia narro:
102ª Cunctipotens genitor verbi mihi talia iussit
102ᵇ *Ut* tibimet promam, sotiis tu postea pandas:
Etherei si celsa velis regni penetrare,
Romanam plebem, populos patriamque relinque
Atque Sicambrigenis temet coniunge catervis,
Nocte die velut in corde adfixum retinesque'.

⟨UBI CUMVOCAT SOCIAS ET NARRAT ILLIS ANGELICA DICTA.⟩

Tunc lęta efficitur missi de affamine celsi,
Cumvocat extimplo socias et talia fatur:
'O socię, vobis promam, quod *mandat ab astris*
Archanum *speciosi clam compactor* Olinphi

---

76 *sq.* Iunxerat hęc sibimet bis se/// nempe puellas Unius exortas generosas germine spermę *P*¹ 78 prenitebat *P*¹ 81 inlustras *P*¹ 83 Nā *postea add. P* 85 Hinc animo fortes *P*¹ 90 fomenta *fort. P*¹ 93 inmitari *sic P; cf. v. 235.* 99 //dñi (*eras.* ιı; *coeperat* inmac.) *P* 102 cęlo *P*¹ 102ª iusit (iu *in ras.*) *P* 103 Nam uelis etherei si celsu (u *in* a *corr.*) ///// penetrare *P*¹ || *inscriptionem in marg. add. P* ||

78 *Petr. II 1, 19 et apocal. 22, 16; Cass. 539.* 79 *Cass. 180.* 80 *sq. Cass. 71 sq.* 83 *v. 145.* 87 *v. 122.* 89ª *Hilarius in genesin v. 113.* 90 *v. 186. 469.* 93 *Cass. 57.* 94 *v. 341 Cass. 280 (= Prud. psych. 6).* 97 *cf. ad v. 9.* 99 *v. 157.* 101 *ex superis.* 105 *Cass. 227.* 106 *velut nocte dieque retines; cf. 308.* 107 *cf. ad v. 402.* 108 *sqq. v. 233 et Cass. 233 sqq.* 110 *v. 647.*

Ut faciam gaudens, vobis et talia promens.
Visa fuit caelo facies dilabier alto
Ignivoma, *actutum* talesque effundere voces,
Quo patriam, populos, linquam Romam famulosque
115 Atque sequar quocumque ipsam mihi iusserit ultro'.
Dehinc hilares cunctę respondent dultiter almę:
'Incipe, iam volumus, iussit quod ab ethere Ihesus'.
  Inde manus cęlos tendens et labra patescens, (UBI BENEDIXIT SOCIAS ET INSTRUXIT EAS.)
Illas altitrono cummendans taliter orans:
120 'Omnipotens genitor hominum rerumque creator
120ª Ex alto cęlo vobis benedicat in ęvo
Et faciet dites caelorum glore cubantes.
Viribus, opto, illum totis iugiter recolatis
Nec vos contristent lacrimosa edicta parentum
Nec amor eximii mundi nec clara iuventus,
125 Urbis Romanę senatorum haud iussa priorum.
Vobis edico, repetens iterumque monebo:
Prospera vitantes, dominum super omnia amantes
Nec vos despiciet nec vos in fine relinquat'.
Respondent pariter, retinent quod pectoris imo:
130 'Quod mandas, mater, cupimus *parere* verenter;
Adiuvet omnipotens propria qui morte redemit'.
132   Tunc domini virgo gaudens optat proficisci (UBI COEPIT MENTE PROPHICISCI AD GALLIAS.)
134 Gallorum ad fines ob spem regniquue superni
134ª Cum sociis pariter supero sermone relatis,
133 Quas virgo sibimet tenero coniunxit amore.
135 Audierat siquidem almorum certamina sacra,
136 Videlicet Christi Quintini martyris almi
136ª Ac Luciani testis domini luculenti;
Qui Roma egressi *Gallorum rura meantes*
Illic intrepidi *depromunt verba salutis,*
Ut multos facerent Christum cognoscere regem
140 Atque suis quosdam revocarent tramite torvo.
Hi domini testes callem monstrando perennem
Diris addicti pęnis gladioque perempti
Verticibus plexi palma meruere triumphi;
143ª In terris corpus, flatum requiescit in astris.

---

111 /& *P* 113 extimplo *ni fallor* P^1 116 dultiter *sic P* 118 cęlos *P* (*cf. v. 405*; caelis *Cass. v. 327*) 120 /hominum (*eras.* r; *voluerat* rerum) *P* 121 Et] Vos P^1 *debebat* faciat, *sed v. 128* relinquet 122 illum ut totis P^1 125 haut P^1 132 gaudens^{que} cupit P^1 133 Quas virgo (*in ras.*) ^{tenero} ||||| sibimet coniunxit (con *in ras.*) amore *P* 136 *et* 136ª *ex uno versu facti* Videlicet Quintini ||||||||| Luciani 138 Illic *postea ad P* 143 *lege* palmam

112 *Cass. 193.* 113 *v. 147ᶜ; Cass. 382.* 115 *ultro sequar ipsam, quocumque mihi iusserit.* 117 *Cass. 281.* 118 *v. 405 et Cass. 327.* 120 *Avitus III 384. IV 134.* 121 *Vergil. gramm. ed. Huemer p. 87, 12* gloria a glorificatione; apud philosophos glores dicuntur. 122 *v. 87.* 126 = 447 = *Cass. 255.* 134ª *v. 167; Cass. 348.* 136ª *cf. Quint. 28. 63.* 140 suis *verbis (v. 138).* 142 *Quint. 135. 203.*

Denique sancta dei virgo Benedicta supra cum
Dictis virginibus simili caritatis amore
Succensis parili voto, tellure relicta
Ac populos patriam servos famulasque venustas,
147a Ad Gallos *prop[erar]e volens ceu [an]gelus infit,*
147b *Ostendendo viam populis que tendit ad astra*
147c Preclara ignivomi *Francis*cis denique regni,
Ei servire volens, cui se subiecerat ardens.
  His ita dimissis *gaudens* vęstigia torsit
Externos *statim* populos, quos Gallia cingit,
Finibus e propriis, narrans documenta tonantis,
Ieiuniis flagrans, divinis laudibus instans,
Non sua perquirens, sed Christi docmata pandens
Francigenis turbis, quas audax Gallia gygnit.

DE PROFECTIONE IPSIUS AD GALLIAM.

  Prędictę famulę divini *munere* fulte
Spiritus inde sequestrantur dominumque precantes,
Nobile quo ipsius templum fieri mererentur,
Martyrium, per quod penitrarent alta polorum,
Ardebant; dominum precibus pro plebe rogabant,
Quo fieret devota deo baptismate sacro.
Dehinc sacre Christi famule hac illac segregate
: deus hoc scit
161a Que terras peciere, latent prorsus quoque nobis.
Inpendunt populis alti magnalia regis,
Auditum surdis, gressum quoque claudis,
Optatum infirmis robur cędendo catervis.
Ast alias pestes concedit ab arce polorum
Altitroni genitor nati mundare per orbem
166a Predictę famulę Benędicte *celitus* almę
166b Cumparibus sociis omni moderamine comptis.

DE SEPARATIONE SOTIORUM AB INVICEM.

  Hinc iterum monitor supero sermone relatus
Accelerare iubet Lauduni męnia montis,
168a Hic siquidem exacolis verbum conferre tonantis.
His dictis iam fida deo consurgit ab arvo,
Ad superos palmas tendit, haec verba profudit:
'Principium de principio, de principe princeps,
Te peto teque precor, tibi laudum munia reddo;
Spiritus ipse meus tibimet famuletur in aevum.
Et nunc, rex regum, rectum mihi porrige callem,
Pergere quo possim, quocumque viam patefacit

HIC MONETUR IRE AD LAUDUNUM MONTEM.

---

146 Succensisque pari P^1 tellura P^1 147c ignuomi (i supra u) || *corrige* SOTIARUM || 159 pro] pre P^1 161 Dehinc Christi famule propria tellure remotae P^1 161a *corrige* Quas (latent *graeco more*); *neque vero emendationem perfecit* 166b moderamina cunctis P^1 (*latetne* cumptis?) || HIC] *cf. v. 419 inscr.* || 168a cūferre P^1 169 fida/ P 172 muniaret do P^1 173 aeuo P^1

144 *sq. cum supradictis virginibus.* 145 *v. 83.* 147c *v. 113.* 153 *v. 69; Cass. 61.* 156 *sqq. dominumque martyrium precantes ardebant.* 157 *v. 99.* 158 *v. 103.* 161a *Quint. 69 sq.* 162 *v. 50.* 163 *Cass. 5 sq.; pentameter est, ut v. 507.* 164 *i. e. concedendo.* 166b cum paribus *legerem, nisi hoc scriberetur* con paribus. 167 *v. 134a.* 168a *v. 207 (= accolis).* 170 *v. 405.*

175ª Neuma tuum, iugiter quod tecum creditur unum'.
Haec iunxit sibimet quin ni socias quoque binas:
Ast una ex illis Leoberia nomine dicta est;
Altera nobilium de pulcro sanguine creta,
Atque suam referunt conlactaneam fore prorsus.
He tres Christicolę Lauduni moenia scandunt,
Quę prisco siquidem vocitantur nomine Bibrax,
Hicque salutiferum depromunt guture verbum.
Nam pręceps populus fuerat rectore nefando;
Cui pietatis opem tribuebat virgo perennem,
Scilicet ut Christo coleret in corde superbo,
Vitan*do* ficmenta sui tepefacta iaceret.
Talibus insistens montis populum refovebat
Atque viam cęli per talia facta docebat;
Corde sub, in libris, retinens, quod scriptum habebatur:
'Pręmia magna capit, qui plus Christo famulatur'.
Quisquis Christicolam sese profitetur in orbem,
Convenit, exempla auctoris per cuncta teneri
Scriptura atestante sacra, quę fatur opime:
'Qui manet in nato, pa*trem* sectatur in omne'.
Eloquar an sileam sacre quoque virginis actus?
Nunc promam dictis, que fincxit virgo fidelis.
Incipit aegregias hic Christi promere laudes
Et pia gesta dei validis narrare loquęlis.
Predicat hinc turbis alti magnalia regis,
Ostendens doxamque poli luctumque baratri,
Qui decor in superis extat, qui stridor in imis,
Gloria quę iustis maneat, quę pęna prophanis,
Terrenis rebus quam sit fiducia calvens.
Haec promens cunctis, illos lacrimando relinquid.
His ita dimissis nutu domini Auriniacum
Adveniensque locum super Isera flumine postum
206ª Cum binis socis omni bonitate refertis.
206ᵇ Hic quoque predulces delectat carpere sommos
206ᶜ Mollibus in pratis, *p*ictaque recunditur herba;

UBI VENIT ANGELO DUCENTE BEATA BENEDICTA AD AURINIACUM PREDICANDO VIDELICET LOCUM.

---

177 leobebia, *ut vid.*, P^1 *(de nominis forma cf. AS. Octobr. IV p. 222 adn. k)* 179 ꝑrorsus P^1 180 E tres P^1 181 Quod *et* uocitatur P^1 182 gurgite$^{\text{ture}}$ P 185 xp̄o *sic* P colerent P^1 186 iacerent P^1 (*versum non intellego*) 189 abebatur P^1 194 pat//s P^1 (*fuitne* nato patris?) 195 *alio atramento uti incipit librarius* 200 docxamque$^{\text{c}}$ P^1 201 Qui] De P^1 /stridor P 206ª *corrige* sociis 206ᵇ *corrige* somnos 206ᶜ pita (p *ex* d *corr.*) que (e *ex* i, *ut vid.*) recu//li$^{\text{ur}}$ herba P; *quod Avitus II 11 habet* recumbitur *notione impersonali, id non videtur scriptum fuisse*

175ᵇ neuma = *pneuma, v. 491; hymnus in Odonem 2, 3 (supra p. 137).* 176 *sqq.* cum quadam collactanea et conservula sua nomine Liobera *AS. Oct. IV 219; quem locum poeta male ita accepit, ut duas cum Benedicta mansisse puellas diceret alteram collactaneam, alteram ancillam, cum una intellegenda esset.* 186 *v. 90.* 189 *sq. Pauli ep. ad Cor. I 3, 8.* 193 *sq. Iohann. epist. II 9.* 195 *Cass. 398.* 198 *Baedae hist. eccl. IV 20 (p. 200 Holder)* quae sit tibi gloria terris, quae maneat caelis. 199 *v. 50.* 203 *Cass. 167.* 205 *Cass. 344; de s. Benedictae coenobio Auriniacensi (Origni a. d. Oise, dioec. Laudun.) v. Suysken, AS. Octobr. IV p. 213ª sqq.* 206ª *Cass. 119.* 206ᵇ—206ᵈ *Avitus II 10—12 (ex* tunc *v. 206ᵈ noli concludere, poetam codice stirpis Germanicae usum esse).*

206d Tunc epulas fesse capiunt escamque requirunt.
206e Interea angelicę narratur gloria vitae;
206f Sidereas habitare domos in culmine cęli
206g Post cursu cupiunt vite, post tempora sęcli.
Qui locus exacolis *iocundus* valde habebatur
De terris uvęque comis laticumque recursis,
Arboribus, pratis, nemorum silvisque venustis.
Hunc ultro peciit virgo domini Benedicta.
Ad quem perveniens domino gratesque resolvens,
Qui sibi suffragium tribuit per competa mundi
Atque suam famulam conservans hoste nefando,
Despiciensque dapes et eas uti stercora dampnans
Indicium querit veniat quo cęlitus illi.
Incombens lacrimis corpus suspendit ab escis,
Pernox desudat, mentis timiamata mactat,
Implens preceptum, monuit quod Christus ab arce.
Talibus auspiciis vivebat virgo fidelis.
Haec dum virgo dei venerabilis ista peregit,
Venerunt ad eam parvi, magni et mediocres,
Audierant, quod dextra dei per virginis ora
Expulerat hominum tetrum de faucibus anguem,
Qui illos per longum iugiter possederat ęvum.
Iamque salutifera populi pars mersa sub unda est
Obtentu sacro Quintini martyris olim.
    Virginis intonuit fama auribus inclita sacrę (UBI AGNOVIT MATROCULUS FAMAM BENEDICTE VIRGINIS.)
Cuiusdam Matrocli *interea* diri quoque, ditis;
Quem referunt natum *Ebreorum* gente procaci;
Suggestum imperii partem susceperat olim.
Adveniens illic lictorum forte suorum
Auxilio septus, tronum componere iussit,
Cumvocat ecce suos et talia fatur *ad* illos:
'Antiqui non spreverunt decreta priorum
Augusti patrum; decet omnes hos *inmitari;*
Optima religio, quem princeps atque satelles
Tempore nam nostro recolunt, proni venerantur.
Ne pereat, iugiter cuncti decernite, quęso;
Nam referam vobis, quod nostri nos retulerunt:
Finibus in nostris latitat *Romana puella,*
240a Una quidem grecis cohiali

206d Tunc (n *ex* o *corr.*) *P* 206g *corrige* cursum *coll. v. 439* 215 quod *P, sed* d *rursus erasa est; cf. Cass. 221* 223 de] te P^1 (*sequitur* tetrum) 224 lungum P^1 227 *inscr.* AGNOUIT MATROCULUS (UIT M *evan.*) *P* 229 Ebreorum] //dę/ P^1 (*i. e.* Iudęa) 230 Suggestum (ggestu *in ras.*) *sic P; cf. Cass. 82 et Quint. 1* 232 cumponere P^1 235 dec& et nos his //////// P^1; *cf. v. 93* 236 *corrige* quam (*cf. Quint. 265*) 238 /decernite (*eras.* p) *P* 240a *inter v. 240 et 241, v.* 240b *et* 240c *in mg. infer. notis appositis*

206e *sq. Avitus II 26 sq.* (post tempora *v. 206f ex Aviti v. 28).* 207 *v. 168a.* 213 *i. e. conservaverat.* 214 *Cass. 175.* 215 *Cass. 221.* 216 *sq. Cass. 223 sq.* 218 *Matth. 26, 41? an male intellexit Cass. 222 sqq.?* 221 *Cass. 246.* 228 *Matrocli quoque.* 230 *i. e. partim.* 233 *v. 108.* 236 *sq. Quint. 265 sq.*

Corpore perpulcro, niveo precinctaque peplo,
Omnia pulcra gerens, oculos, os, colla manusque;
Cristallo albidior, vitro quę pulcrior extat.
Quę sectam retinet nec nostram, necne diisque
Turificare velit ne munera sacra referre,
Quos colit Augustus Cęsar, Romanus et orbis.
Arbitrio, rogo, quo nostro faciatis adesse'.
Tunc socii discurrunt hac illac furibundi;
Inveniunt illam laudes domino referentem
Infra septa domus, quam Christi nomine sanxit;
Aripiunt illam, stringentes brachia dire;
Pectora contundunt pugnis crinesque revellunt,
Unguibus et pulcras festinans scindere malas —
Nec ullus resonat luctus sub sidere cuius.
    Tunc virgo domini producitur ante tribunal (UBI DUTITUR ANTE PRESIDEM.)
Atroci siquidem Matrocli valde nefandi
Cum legione ducum, magnis stipata catervis.
Talibus *hinc* iudex sermonibus esse locutus
Dicitur ad sanctam, quam nullis vincere possit
Terrorum poenis, diris non denique flagris:
'Dic mihi, dic, virgo, quę tu aut qua stirpe creata es,
Quod nomen quisnamque locus, quę patria constat,
Est tibi quęque fides aut quę religio sacra;
Pande mihi coram conspectu quippe priorum'.
    Ad quem sponsa dei dixit virgo Benedicta: (RESPONSIO PRIMA VIRGINIS.)
'Siu cupis, o pręses, cognoscere corporis ortus:
Roma mihi patria est, generatio namque senatrix,
Ac Benedicta vocor de nomine; sorte parentum
Relligio mihi Christus cui servire peropto;
Signa crucis refero, Christi quoque docmata narro'.
Tunc Matroclus ad hęc vecors dixisse refertur:
Si ita est ut loqueris, nostris — decet — utere iustis
'Nam decet, ut loqueris, nostris, *ita si est, oboe*dire
Consiliis, quibus horrificas contempnere poenas
Possis, consilio ac satrapum numerarier ultro,
Ast hilaris semper nostris amplexibus uti.
Clam alloquar ecce tibi, quod sum Iudęus ab ortu
Nec nomen crucifixi umquam venerarier opto,
Cuius temet famulam corde asseris, ore profaris.

---

241 quę] quoque P^1 243 *corrige* nec munera 246 hac] ac P^1 248c *corrige* festinant *ex Avito* || *corrige* DUCITUR || 251 magni P^1 260 Si uelis *in* Siu (*sic*) cupis *corr. P; cf. v. 481* 266′ *sic supra v.* 266 *scriptus, ne* oboedire *secundam vitiose corriperet; sed nunc in priore hemistichio* si ita est *iambum pro spondeo efficit* 267 orrificas despicere P^1 268 *olim incipiebat* Co (*i. e.* Consilio) 269 u/ti *P* 272 propharis P^1 (*ut vulgo* prophanus *scribitur; cf. inscr. v. 132* prophicisci)

240c *Dracontii laudum dei I 396 (p. 173 ed. Arev.).* 242 *i. e. neque diis; v. 365.* 244 *v. 464a et Quint. 258.* 248b *sq. Avitus V 294 sq.* 248d cuius *i. e. eius; cf. v. 429 et Quint. 98.* 250 atroci *v. 279.* 269 *cf. v. 359.* 272 *v. 2.*

Nec scelerum culpas propriorum quibo referre:
Glorificare illum nequeo nec mente precari,
Sed servos cupio laniari carceris imo
Atque suas famulas multarier opto per orbem,
Quę illi dona ferunt, quę illum venerantur in ęvum,
Donec supremum amitant flatum moriendo'.
  Cumque dei sancta audisset sermonis atroci — RESPONSIO SECUNDA VIRGINIS.
Alloquium contra dominum per verba profari
Matrocli, labiis ridens et talia promens:
'O genus infelix, quę te dementia cępit?
Nam videns dominum priscis patribus vocitaris,
Non solus; sed stirps *propria* de gente creata est,
Quę cupit eximiis domini parere loquelis:
Gens accepta deo nunc est hodiosa propago;
Nam baratri possessor eris tetrique superbus.
O miser infelix, audi famulam plorantem
Iudicis aeterni, templum quoque spiritus almi,
Si pius ille mihi forsan dignetur adesse:
Non valet in seclo binis domini famulari,
Nec domino genus ullum hominum nec demonioque —
Non valeo Christo, tibimet, servire, *Matro*cle;
Nam scriptum tabulis legitur, tibi quod recitabo:
»Denegat esse deo acceptus, carus qui inimico est«'.
  Tunc ira praefectus ait permotus ad illam: — RESPONSIO PREFECTI.
'Omnipotentes nempe deos te iuro, *puella*,
Quemque deum recolis vel quis deus autque potestas,
Quo pandas, temet poenis absolvet ab atris'.
Alloquio cuius dum taliter hęc frueretur,
Nil penas inimici formidans truculenti
Audacter subito respondit virgo Matroclo:
302a 'Tunc tibi vera datur, preses, victoria, ut opto,
302b Sidereo abs . . hero, qui terram fecit et astra;
Ille mihi Christus semper deus est recolendus
Divitiisque suis solis honorarier opto;
304a Sic mihi consentis, simulac nefanda repellis?
Pro quibus ecce tibi denuncio spernere cuncta,
Nomine pro cuius cupio quoque ponere vitam.
Illius arbitrio nunc trado virginitatem.

---

273 celerum *P*[1] 274 nec] ne *P*[1] 275 I//mo (I *ex* H, *ut vid., corr.*) *P* 278 amitat (n *supra*) *P* 284 est *postea add.* *P* 287 N/n/ *P*[1] (*i. e.* Nunc) 288 famulamque loquentem *P*[1] 291 *corrige* dominis 296 ad eam *P*[1] (*cf. AS. Octobr. IV p. 220*[d] iracundia repletus ait ad eam); *ex lectione secundaria nunc dispicitur tantum* ad i/am 302[a] Nam mihi *P*[1] (*per notas marginales v. 302*[a]. *302*[b] *etiam post v. 300 inserere licet*) 302[b] *post* abs *dispicio litterae* o (*vel* c, d, q) *sinistram particulam; fort.* absque, *i. e. a domino siderum* 304[a] *turbare videtur sententiam; verba praefecti potius quam virginis* consentis (*posterior* n *evan.*) *P* repellis (pel *evan.*) *P*

279 atroci *v. 250.* 282 *v. 386 et Quint. 226.* 283 'Israel: vir videns dominum *Hieron. onom. 13, 21. 63, 22 al. (ed. P. de Lagarde) = Isidor. orig. VII 7, 6 (ed. Arev. vol. III p. 326)*'. *Traube.* 287 *nam-que eris.* 294 *sq. Iacobi ep. 4, 4.* 296 *v. 310.* 297 *v. 331.*

307a Hunc colimus trinum, hunc pariter veneramur et unum,
307b Hic carnem sumpsit sacro de virginis alvo
307c Terigenis sudum per quam patefecit Olimphum.
Nocte dieque illi cupio servire per evum'.
Talibus infelix auditis quippe Matroclus
Ira permotus, stridens quoque dentibus, infit:
'Obtentu satrapum cupiebam spernere temet.
Cur dementia te arripuit, colis ut crucifixum,
Qui inter latrones ligno affixus quoque pendet?
Si te sermonis possent molimina nostri
Ad fidei summam, virgo, deflectere normam,
Tum fueris felix, multum gratissima nobis;
Nobilitas indulgeret tibi crimina nostra
Et nos exsultaremus, qui valde dolemus.
Sed, quia conspicimus temet *properare* tenebras
Cociti in tetras, lugemus, ob impietatem.

⟨RESPONSIO ALME VIRGINIS.⟩

Contra quem virgo domini respondit ovanter:
'Namque magis cupio pro Christi nomine flatum
Ponere quam tibimet iugiter servire, Matrocle'.
Tunc preses, turbatus ad hęc, spoliarier illam
Militibus iussit, virgarum tundere plagis;
Ac simulacra ferens illic veneranda deorum:
'Ecce deis nostrisque deabus mando, rebellis,
Turificare tibi, devota et munera ferri;
Sic Caesar statuit, populus sic Francus obaudit'.

⟨UBI SECRETE EAM ALLOQUITUR PRESES.⟩

Segregat ab aliis, olli secretius inquit:
'En, Benedicta, tibi per numina iuro deorum,
331a Per solis radios, per sacre cornua lunę,
331b Per mare fluctivagum, per tempora sacra dierum,
331c Per Iovis arbitrium, illius per coniugis ortum,
331d Per terr*e* spacium, per florida regna polorum:
Auribus in nostris nomen tu non recitabis
Ihesu, quod corde in nostro numquam venerabor.
Principibus coram nostris non sponte fateris,
Illius aecclesiae culmen non prorsus ad unguem
Surgere permittam, sed funditus obruo terram
Insuper et te confundam, belvis quoque tradam:
Corpus inhumatum maneat nec more sepultum
Christicolûm, rapidis canibus tradam ad lacerandum.

⟨RESPONSIO VIRGINIS CONTRA PRESIDEM.⟩

Haec con fellito nequissimus ore tonaret,
Respondit virgo *si* sic in pectoris antro:

307a parilill (t *evan.*) *P* 307b Hic (i *evan.*) *P* 308 illo *P*[1] *fol. 12v praeter v.* 310 *palimpsestum videtur, etsi nulla prioris lectionis apparent vestigia* 311 Obtentu *fort. in ras. P* 313 pendit *in* pendet (*aut* pendet *in* pendit) *corr. P; cf. praef. p. 179 adn.* 331b Per mare fluctivagum, per terras, astra polorum *P*[1]*; in correcta lectione* -ora *et* -ie- *evanuerunt* 334 nr̄is // non (*eras.* si?) *P* 341 *corrige* sic sic *vel* sibi sic

307b *v. 347. 569.* 307c *v. 395d.* 311 *'unter dem Vorwand meines Amtes'?* 321 *v. 602d.* 324 *i. e. nudari.* 328 ferri: *cf. v. 494.* 331 *v. 297.* 331c *Quint. 260.* 335 *Cass. 189; inde ecclesiam in actis non magis quam adhuc in carmine commemoratam sumpsit.*

'Obscenum valde est, dominum deserere Christum,
Quem constat pro hominum crucifixum quippe salute,
Cui famulatur mors et vita simul reverenter.
Nam summus genitor Verbum sine tempore de se,
Unum quę, genuit, per quod sunt omnia fecit.
Qu*em* voluit nasci sacro de virginis alvo;
Hunc virgo genuit, post partum virgo remansit.
Qui infantum linguas fecit disserere clausas,
Servorum mentes pariter solidavit in unum.
Ipsi nam soli sum iuncta fide caritatis;
Orno caput proprium criseo cuius pilleo opime,
Quod mihi fasce poli letus iam contulit olim;
Illius arma fero, illi nunc servire peropto,
Donec te vincam, pos cęli ad premia pergam.
Nam si credideris, vitam retinebis amenam'.
Sic virgo dixit. Contra sic perfidus inquit:
'Obsecro te, virgo, sensum nunc arripe rectum, (RESPONSIO PRESIDIS.)
Vivere quo possis, nostris amplexibus uti,
Et tuus assensus nostris famuletur adelphis'.
Ad quem respondit Christi martyr Benedicta:
'O scelerum inventorque ferox, fraus artis iniquę,
Filius es mortis; satane icirco sociabis
In tenebras baratri, tetri quoque moenia castri.
Necne minas timeo nec nunc optempero iussis;
Namque mihi Christus deus extat semper in aevum,
Qui mihimet meritum reddet iuxta famulatum.
Est nimis orrendum ruere in manibus dominantis
Divicias putridi propter secli quoque dulces
Ac propter ruitura *soli* quoque gaudia mesti'.
Cumque dei famule verbum properasset ad aures (UBI IUSSIT PRAESES ALAPIS AC PALMIS PERCUTI.)
Principis, interea vehementer frendere cepit.
Tunc agitans caput et stridens quoque dentibus infit:
'Castigate illam! Iuvenili etate tenetur;
Ast alapis pulcrum magnis percutite vultum'.
Lictores lęti cedebant virginis artus
Ictu palmarum vasto dirisque flagellis.
Illaque divinas pulsavit fletibus aures;

---

349 disserere l//g//s (*i. e.* linguas) P^1 350 soliauit P^1 356 ammenam P^1 357 si P^1 362 que ferox *ss. P (pentametri supplendi causa)* 363 idcirco P^1 364 menia P^1 365 necnon P^1 ius/sis *P* 369 Diuicias prop/// (*i. e.* propter) ///// propter quoque ///// P^1 || *lege* UBI EAM IUSSIT || 372 infi/t *P* 376 Ictibus palmarum uastis P^1 377 ///fletib; *P* (cum fletibus *Avitus*)

345 *sq. Quint. 164 sq.; cf. Cass. 353.* 348 *haec ad controversiam, quae saec. IX de Mariae virginitate perpetua agebatur, pertinent, neque vero cognoscitur, utrum a Paschasii Radberti an a Ratramni partibus steterit poeta; cf. Paschasius de partu virginis (Migne 120) p. 1368*[b] nesciens virum virgo concepit, virgo peperit et virgo permansit *et p. 1384*[c] dei genitrix sola virgo post partum et incorrupta fuit, *et Ratramnus de nativitate Christi (M. 121) p. 102*[c] Maria virgo fuit ante partum, virgo in partu, virgo mansit et post partum. 349 *psalm. 8, 3.* 365 *v. 242.* 367 *psalm. 61, 13* (meritum *i. e. mercedem).* 368 *regum II 24, 14 et paral. I 21, 13.* 373 *Quint. 225.* 377 *Avitus V 102 (in actis nihil de lacrimis); cf. v. 520. 551.*

Illud Daviticum cordis recitabat in imo:
'Inflamma *lumen* mentis, rex conditor orbis,
Ne valeam iugiter mortis requiescere summo
Nec princeps secli *verbis depromere possit:*
»Nolit sive velit, mihimet quoque sacrificabit«'.
Illa magis domino laudes referebat opimas,
Nil validas metuensque minas adversariorum.
Mirantes populi lacrimando talia promunt:
'Ah, moribunde senex, quę te dementia cepit?
Cur tantum patrare nefas demens voluisti,
Ut iuvenem pulcram vasto de sanguine natam
388^a Affligis penis, plagis tu percutis aspris?'
Tunc Benedicta dei martyr venerabilis inquid:

INTERROGATIO VIRGINIS CUR TANTIS AFFLIGITUR PENIS.

'O mihi dic, pręses: si me domini separari
Per tua tormenta ad statu Ihesu cupis ultro,
Si cunctosque mei separabis corporis artus —
Nec sic confundar, quia conditor est mihi Christus.
Nam sum fundata in Christo baptismatis unda,
394^a Qui parcit propriis cunctorum sponte piaclis.
Perseverare volo illius iugiter famulatum
395^a Omnigenumque pecus nullo custode per herbam
395^b Educit subito silvis mirabile visu;
395^c Hic carnem sumpsit pro mundi quippe salute
395^d Et valvas celsi cunctis patefecit Olimphi'.
Tunc *iudex stomachatus ad hęc militibus illam*
Tendere in eculeo, plumbatis cędere iussit.
Non equidem decuit sanctam sic vincere posse,
Victorię fuerat cui cęlo palma parata
Pro meritis magnis magna et virtute laboris.
Subsistunt socię curvato poplite campo,
Perfusę os lacrimis: dominum iugiter deprecantur,
Matroclum Benedicta quidem quo vincere posset.
Tunc virgo domini constricta doloribus atris
Ad cęlos palmas tendens et labra patescens
Implorat domini suffragia adesse tonantis,
Quo fieret templum semper domino inmaculatum.
Cum conpago dei Benedictę virginis almę
Membrorum vi solveretur ob impietatem
Penarum, ossaque conlisa ac patefacta iacerent

---

381 Nec ///// princeps *P* 388 pulcrem P^1 ‖ AFFLIGITUR *fort. in* AFFICITUR *corr. P* ‖ 389 dei *in* dī *corr. P* 390 O // mihi ///// preses me /// dñi separari *P* 391 *corrige* a statu 392 meos P^1 395^a—395^d *rectius post v.* 394^a *transponas* 395^c Hac P^1 salute *vel* saluti *P* 395^d regni (celsi) *P*

378 *sqq. psalm.* 12, 4 *sq.* 380 = *somno?* 382 *(ea) quoque; Cass* 144. 386 *v.* 282. 499 *et Quint.* 226. 392 si .. que = *etsi (AS.); male* et si *accepit poeta.* 395^d *v.* 307^c. 396 *v.* 610. 401 *sqq. in actis nihil tale; nec mihi constat, quomodo sociae alia alio profectae iam subito omnes una adesse possint (cf. v.* 401 *sqq.); v.* 413 *sqq., quos item de suo addidit poeta, populus precari dicitur.* 405 *v.* 118 *et* 170. 407 *v.* 99.

Atque medulle terrarum per cumpeta lapse,
Et totum corpus vulnus deduceret unum,
Deficeret caro, populus lacrimando precatur:
'Eia, virgo dei, nostris miserere piaclis,
Cum veneris *gaudens* summi ad palatia regis'.
Ipsa tamen fortis flatu permanserat olim
In summę deitatis amore, hilari quoque vultu.
  Laudibus aeterni regis postquam Benedictam
Nec amor obscenus nec terror principis huius
Ullo namque modo potuit prorsus separare;
Militibusque suis iam tetro carcere iussit
Retrudi, cogitans, qua pena vincere posset,
Matroclus, *sacram, quo* nullus nequior umquam.
Nam Benedicta quidem constricta ac dire ligata
Carceris ingreditur gratanter tetra profundi,
Sol ubi non luxit, splendor non denique lunę,
Nomine pro Christi, cui se devoverat olim;
Pro quo iam nexus artus et dira flagella
Sustinuit, paciens cuius suffragia poscens.

HIC RECLUDITUR IN CARCEREM PRECLUIS VIRGO.

  Hac itaque orante advenit sacer angelus illic,
Magn*o* qui totam replevit lumine cellam,
Cum prim*um* *auro*ra indicium conferret amenum
Mentibus orbicolis pressis langore soporis.
Exclamans famulam celestia verba profatur:
'Precluis o virgo, Benedicta, esto quoque constans
Ac supera cunctum poenarum forte timorem.
Nam te *coniun*get sanctis plasmator Olimph*i*
Cęlorum in solio redimitam podere calmo
Post operis finem, post cursum quippe laboris'.
Angelus extimplo conscendit ad ethera caeli.
Caelicole exortata quidem sermonibus almis
Efficitur hilaris tanti de affamine verbi.
Interea advenit populus, quem funte perenni
Purgari iussit mandans Christum venerari,
Ac lacrimans strictos prospexit virginis artus:
445[a] Cumcrepitat gemitus, reboat Bibratia tellus.
Tunc illos leniter hortando talia profert:
  'Vobis edico, repetens iterumque monebo,
447[a] Aeterni nati regis fratres venerandi;
447[b] Quod ortor, cupio, quo vos recolatis amando:

⟨VISITATIO⟩ ANGELICA AD VIRGINEM.⟩

⟨UBI PREDICAT INCLITA VIRGO POPULUM.⟩

---

411 //// p *P* 413 precaret P^1 421 /// iam: carcere *P* (:tetro) 423 nequior illo P^1 431 Magna *fort.* P^1 435 o *ss.* *P* 436 superat P^1 438 /calmo *P* 443 // aduenit *P* 445 per ////// uirginis P^1 446 ortando P^1 447 *inscr. corrige* AD POPULUM 447[a] *verborum* regis *et* venerandi *extremae litterae plicatura haustae*

416 *sq. coniunge* fortis flatu *(i. e. animo),* hilari vultu. 417 summam deitatem *pro* trina deitate *dici voluit Hincmarus Remensis (cf. Schroers p. 150 sqq.); cf. v. 456. 602 f.* 418 *a laudando deo separare.* 423 *Quint. 80.* 435 *v. 532;* quoque *abundat.* 436 forte *i. e. fortiter (?)* 439 *v. 206 sq.* 442 *v. 107 et Cass. 13.* 444 iussit *i. e. iusserat.* 447 *v. 126.*

Est pater, est natus, nunc spiritus est venerandus,
Triplex personis, nutu simplex veneratur;
Quem recolo iugiter, cui laudum munera reddo
Et vosmet hortor, pariter quo sic faciatis.
Ut vobis vitam tribuat sine fine beatam.
Intrepidi ad cęli pergatis gaudia celsi;
453a Gaudia non propter mundi puto ferre caduca
453b Corporis as penas, sed propter gaudia cęli,
453c Sumere que cupio post calcem quippe laboris
453d Cęlorum in solio angelicis cummixta catervis'.
Haec cum virgo dei perferret voce beata
Suscipiunt centum meritum per virginis almum
Quinquaginta viri *normam* summe deitatis
Quinque etenim iugiter, quos Christi dextra beavit.
His etenim auditis motus fundetenus ira
Praefectus sisti iussit sanctam alte tribunal,
Hos humerosque deo similem multum laceratam;
Et cernens faciem pulcram dixit quoque ad illam:
'Progenie celsa venerabilis orta puella,
Turpiter inlusam presentem ammittere vitam
Nam temet faciam, *magnos si non veneraris*
464a Sponte deos, recolit iugiter quos Cesar et orbis,
Rebus ex binis unum quod recte videtur,
Elige: thura diis ferre aut nunc esto parata —
Aut, si non, nostrę gladio dextre iugulari'.
Tunc hilari vultu respondit martyr iniquo:
'Serpentis tantum semper figmenta cavendum est,
Vertice submisso quamvis *lic*et ille trisulcis
Fingendo ascondens per dulcia sibila blandum.
Dulcia nam spondis, sed *pro*fers valde cruenta:
Qualia vis, *Matrocle,* mihi *inpertire flagella.*
473a Que me confirmet iugiter per secla futura,
473b Ut valeam semper Flegetontis spernere regnum.
473c Ah, nimis inmitis, quę te arrogantia stringit?
Est mihi cunctipotens *in penis maxima virtus,*
Nec tibi parebo, sed nec tua iussa timebo.
En Herebo frueris nec quenquam voce lacescis,
Ad Christi culmen si non volitaveris ultro,
Aspersus si non fueris baptismatis unda.

453c que *evan. P; cf. adn.* 454 *corrige* proferret 457 iugiter *ss. P* cos P^1 458 *fort.* fundotenus (*i. e. funditus*) *corrigendum* 459 *corrige* ante 460 umerosque P^1 461 *fort.* Ecce P^1 462 horta P^1 467 ingularis P^1 471 ascondans P^1; *corrige* abscondens *ex Avito* 473a—473c *transpone post v.* 474 478 *in mg. inf. manu antiqua repetitus, sed rursus erasus*

453a *sq.* has corporis poenas puto *(i. e. volo)* ferre non propter mundi gaudia caduca, sed propter gaudia caeli; *inde apparet v. 453c absumptum esse pronomen relativum.* 459 *Quint. 249.* 460 hos *i. e. os;* deo *i. e. Christo patienti (elocutio prope abest ab haeresi patripassiana).* 464a *cf. ad v. 244.* 469—471 *Avitus IV 274—276* (cavendum est *ex Aviti v. 280); cf. Peiper ad v. 276.* 476 *Quint. 235.*

Nam tibi sit notum, quia te exspextat cruciatus
Inferni tenebra, tetri quoque carcere regni.
Nam temet, Matrocle, precor per viscera Christi:
Si cupis etheream cum sanctis carpere vitam,
Iudaeorum non credas fallacia falsa,
Qui spectant Satanan venientem in fine dierum
Pro Christo, cui vita hominum famulatur ad unguent.
Nam scriptum legitur libris prorsus venerandis:
»Carior estque canis vivus functoque leone«;
Vivus quippe canis plebs est de gentibus orta
Nam leo multatus gens extat Iudęorum
Ad domini omnipotentis collegiumque repulsa.
Nos patris et nati flatusque fidem veneramus —
Vos patris et nati, paracliti neumatis almi
Aspernendo fidem pariter cuncti refutantes
Necne fidem colitis nec Christum mente timetis
Nec venturum in fine secli nec premia ferri
Terrigenis cunctis, quos *iudex* ipse dicavit.
Ve tibi, Matroclę, inmuta*que* viam gradiendo,
Que tendit prorsus *C*ociti ad culmina tecti,
Quo dolor et *mestis* tristitia *verberat* omnes.
Quis furor est, que tanta animum dementia coepit,
Israhelitę ut gentis enim fallacia credas
(Non veri Israhelitę, sed falsi Israhelitę)
Ac vitas dominum qui patres duxit ovanter
Aegypti tenebris per ponti flumina rubri,
Sanctificans multos sacri baptismatis unda.
Aecclesię ad gremium matris properare *memento*
Anteque quam tibimet claudatur ianua regni;
Nam quoque habens spatium huius temporis adhuc,
Et ne, si sero venias, audire valebis:
»Nesscio te, falsitatis patrator inique«.
Festina lavacri purgari fonte perennis,
Florigeram possis paradisi carpere fascem;
Elige quo vivas linquasque viam moribundam,
Quę te perducit picei flammasque baratri'.
Ut vidit praeses iuvenem persistere sanctam
In famulatu quippe dei, militibus inquid:
'Hanc quoque sacrilegam nervis percutite diris

UBI RETRUDITUR ITERUM IN CARCEREM VINCTA POS TERGUM MANIBUS.

479ª tenebras *P* 482 non (o *ex* u *corr.*) *P* 484 *corrige* ad unguem (*cf. adn. v. 335*) 486 fontoque *P*¹ 489 Ad . . . collegioque *in* Ad . . . collegiumque *corr. P; corrige* A . . . collegioque 490 *fort.* flatique *P*¹ 494 uentorum *P*¹ sęcli *P*¹ 496 *fort.* inmutare *P*¹ 497 quociti a culmina *P*¹ 504 sacri/ *P* Anteque (nt *evan.*) *P* 509 Nescio *P*¹ 510 lauacro purgari funte perenni *P*¹ 511 ut possis paradisy *P*¹ 512 quo] ut *P*¹

482 *v. 500.* 483 Satanan *i. e. Antichristum (et sic rectius AS. Octobr. IV p. 221*ᶜ*).* 484 *cf. ad v. 335.* 485 *sq. eccl. 9, 4 (cf. AS. l. l.)* 488 multatus *i. e. mulcatus?* 491 *v. 175*ª. 492 *cf. app. ad v. 67.* 494 *venturum et praemia laturum; cf. v. 328.* 499 *Aen. V 465.* 500 *v. 482.* 503 *(ex) Aegypti tenebris.* 506 que, *ut persaepe, metri causa intrusum.* 507 *v. 163.* 508 ne *i. e. nae.* 509 *Matth. 7, 23.*

Ac vinctis manibus retrudite carceris immo,
Tempore quo vivat longo sine lumine solis'.
Sancta dei virgo auditis sermonibus istis
Cum gemitu cordis pulsans aures dominantis
(Non strepitu vocis, sed flendo) talia pronsit:
'O lux alma patris, cunctis miserere misellis,
Qui in te confidunt, qui te*met* corde precantur,
Et mihimet veniam pro culpis, rex bone, presta,
Ut sine morte anime paradisi gaudia cernam,
Cum sanctis valeam felix requiescere iuncta.
Quo tu concedas, solus qui cuncta gubernas'.
Hac itaque orante *actutum* sacer angelus illic
De cęlo veniens et cuncta ligamina rumpens,
Ferrum confringens, sacrę quo martyris artus
Connexi fuerant, tandem pia verba profatur:
'Pręcluis o virgo, grates *constet* dominanti,
Qui tibi cęlicolis cummiscet in ethera sanctis
Post cursum vitę, post palmam martyrique'.
Talia dum fierent, populi pars maxima credit
In dominum Ihesum mirantes virginis almę
Inlesos siquidem cunctos artus remanere.
His ita patratis oculos ad sidera vertit
Et fertur lacrimans tales effundere voces:
O Ihesu bone rex, asis mihi, maxima virtus,
Contra Matroclum, qui me laniare *put*atur.
Suscipe nunc flatum, mihimet quod rex tribuisti.
Non me permittas famulam *sanctis se*gregare,
543ª Qui tibi sunt iuncti divino munere pleni.
Nam tibimet grates refero, tibi carmina pando,
Qui me carnificum fecisti vincere poenas.
Te dominum caeli, factorem credo solorum;
Tu regis astra poli, cumponis lumina solis.
548 Tu pater et mater, *cunctorum tu quoque frater;*
591 Tu via, tu vite spes, tu quoque gloria perpes,
Tu regnum solidum, largitor tu melitorum;
Per te tripudiant, secli qui prospera *vitant.*
Quod narro, mihimet per secula sisque futura.
Cunditor omnigenum, memet miserare per evum,
Qui, miserans sanctos, Cocito mergis acerbos'.
Virginis ut vidit mentem persistere firmam
597ª Iudicis aeterni preses iugiter famulatu,

UBI PRAESES PROTULIT SENTENTIAM DECOLLATIONIS IN SANCTAM VIRGINEM.

---

517 *corrige* imo 523 Qui *postea add. P* 527 *corrige* Quod 528 Ha/c *P* 530 uirginis artus *P*¹ 533 tibi *sic P* 534 *corrige* martyriique; *cf. v. 614* 546 solorem *P*¹ *v.* 549—581 *post v. 609, v.* 582—590 *post v. 604 notas secutus inserui; rectius v. 584—590 post v. 602 f ponas* (senior *enim v. 582 Matroculus est), debebat vero a trinitate ad filium dei novo versu transire* 591 uita *P*¹ 592 meditorum *in* melitorum *corr. P; corrige* meliorum 595 Conditor *P*¹ 596 quocito *P*¹ 597ª prases *P*¹

517 *i. e. imo.* 520 *v. 377.* 532 *v. 435.* 539 *Cass. 194.* 543ª *epil. v. 37.* 594 quod narro *(sc. pater et mater sqq.)* sis mihimet per saecula futura *(i. e. in aevum; cf. v. 473ª).* 596 *Cass. 106.*

Duceret in cassum poenarum cuncta flagella,
Aur*ibus intonu*it plebis teterrima dicta:
600 'Est nobis Benedicta puella adeoque superba,
Ut nec lictores recolit nec iura deorum,
Insuper et me confundit sermonibus aspris.
602a Denegat esse deos cęli, quos percolit orbis,
602b Ac recolit hominem, quem gens Iudęa pependit
602c *Pro culpis ligno propriis, quas perfidus egit*'.
602d Tunc Benedicta dei virgo respondit ovanter:
602e 'Nam patrem et natum recolo cum flamine sacro:
602f Personis trinum, simplum ⏑ ⏑ _ *deitate*'.
602g Tunc preses satraplum turbis haec verba profudit:
'Nam iussu illorum proprium pertranseat ensis
604 Eximius noster collum; sic zoę privetur'.
582 Unanimes cuncti respondent hęc seniori:
'Dignum est quod loqueris, cito ut perficere *possis*'.
'Ipse suis non pro culpis, sed pro sceleratis,
585 Qui sine re proprię cummittunt noxia culpę,
In labaro crucis affigi sese quoque fecit;
Ipse est blasmator cęli, compactor et orbis,
Gloria caelicolum, prudentia terricolarum,
Destructor mortis, vitae reparator amenae.
590 Hunc recolo corde, hunc iugiter venerarier opto'.
605 Aeterni regis martyr virgo Benedicta
605a Principis auditas tetrique minas furibundas
Aspiciens, finemque sui certaminis esse
Venturum cito, sese signo muniebat
Sacrateque crucis, quod mundus recolit omnis;
609 Ast hilaris pergit sacra ęt certamina pugnę.
549 Auxilium a domino poscit, quo vincere possit
550 Inmittem, virgo domini Benedicta, Matroclum.
Talibus alloquiis aures pulsat dominantis:
'O deus omnipotens primevi temporis *auctor*
Conditor ac caeli terręque maris venerande
Quique hominis corpus patrasti pulvere terre,
555 Cui pater omnipotens pressum per corda soporem
Iecisti, inmenso tardasti pondere sensus,
Vis ut nulla queat sopitam solvere mentem,
At vero cunctis costarum ex ossibus unam
Traxisti levo lateri, carnem aplicuisti

---

599 pestifera dicta P^1 601 Quę nec P^1 602 cunfundit P^1 602a quo credidit orbis P^1 602f *olim exiit in* //s/a (*i. e.* usia; *cf. de sole v. 29 et v. 44*)   deitate (te *evan.*) *P; vox praecedens illegibilis*   602g *corrige* satrapum   603 iussu placet ut proprium P^1 582 *sqq.*: *cf. appar. p. 228*   584 suis/ (*eras.* d) *P*   608 mundo (*vel* mundi) recolit omnis (*sic, non* omni) P^1 609 & *cum cauda P*   549 a *ss. P*   553 ac *in* hac *corr., sed* h *rursus del. P*   terrę, maris alme creator P^1; *cf. Avitus IV 229*

602d *v. 321.*   602f *cf. ad v. 417.*   604 zoe *i. vitâ.*   585 *ohne den Thatbestand seiner (Christi) Schuld; Cass. 97.*   587 *v. 110.*   551 *v. 520.*   555—557 *Avitus I 148—150, cuius codices praeter Laudunenses, in quibus* inmenso *est, exhibent* inmisso.   558 *sq. Avitus I 154 sq.*

Ex qua fecistique novam pulcroque decore
Femineam formam, quam iuncgens lege marito
Aeterna atque sub ipsius voluntate reclinans,
Ex quibus *orbic*olas plasmasti, conditor orbis;
Quos serpens rapido decepit corde furore,
Depulit ast illos paradisi lymine mestos,
Eiectos siquidem prisco spolia*vit* honore:
Sponte tua labarum proprii conscendere nati
Crimine pro mundi fecisti, compos Olimphi,
Corpus, quod sumpsit sacro de virginis alvo;
In cruce suspendit, mortis somno debriavit.
Istius indicii somni mors illa secuta est,
Ecclesia ex qua progeniem sumpsit venerandam:
Sanguis et unda simul laticis de corpore currunt:
Flucxit martyrium sancti per sanguinis undam,
Gratia baptismi laticis limpham properavit.
Quam cupio cumpos cosmi retinere per orbem;
Et, qui das vitam iustis sine fine beatam,
Aeternam tribuas, pie rex, super ethera sedem.
Et nunc, rex animę, preclaram porrige dextram:
Prefectum valeamque tui ad laudem superare
Et te post obitum mortis perspicere possim
Fascibus ethereis, sanctis coniuncta coreis'.
Unde isdem iudex extat *verbis stom*achatus,
Arripiens iuvenem per pulcros quipe capillos
– ◡ ◡}–ppe man}– ◡ ◡ } – ◡ ◡ }virginis }atque
– – }rsit ◡ ◡ }– ruti}lam per}timpora}– ◡
Sic domini martyr summens finem agonique
Perceptura superni a Christo premia regni,
Que sine fine ęvi semper per secla manebunt;
Spiritus extimplo cuius super ethera vectus
Angelicis extat manibus sanctis sociatus,
Utitur eximiis Christi conspectibus ipse
Ac laudes confert domino sine calce perennes.

---

560 fecisti nouam P^1 decoram P^1 561 Feminis effigiem P^1 567 *aut coniunge* proprii nati corpus (*v. 570 verba intransitiva*) *aut corrige* proprium natum (*gravius tum post* Olimphi *distinguendum*) 573 S. et aqua simul pulcro de c. c. P^1 574 Fluxit P^1 sc̄is P^1 (s *puncto videtur deleta*) 577 iustis (iu *evan.*) *P* 579ª ut ualeamq; P^1 612 *et* 613 *paene toti evanidi; neque vero dubito, quin v. 610 sqq. sint ita legendi*

Unde isdem iudex extat verbis stomachatus,
Arripiens iuvenem per pulcros quipe capillos
Laeva quippe manu, securim virginis atque
Intorsit dextra rutilam per timpora sacrae;

cf. AS. Octobr. IV p. 221 f unde idem stomachatus iudex praeclaram ipsius beatissimae martyris caesariem accepit (*cf.* arripiens *v. 611*) manu laeva et securim intorsit dextera in sacratissimae virginis tempora 614 sū/mens *P* *corrige* agoniique 615 sopni P^1 616 Quo P^1 620 sine (ine *evan.*) *P*

560 *cf. Avitus I 156.* 561 *sq. Avitus I 158.* 564 quos *sc. Adam et Evam, non* orbicolas *ex iis prognatos.* 566 *Avitus II 46.* 569 *v. 307ᵇ.* 571 *Avitus I 160* (indicium). 572 *in abecedario rhythmo inedito cod. Leidensis Voss. Q. 69 fol. 11ʳ, quem a Paulino Aquileiensi scriptum suspicor, Christus ecclesiae de latere suo procreatae ex aqua et sanguine dotem detulisse dicitur; cf. Iohann. ev. 19, 34 et Avitus I 169.* 574 *Avitus I 167.* 577 *Avitus II 43.* 579 *v. 1ᵃ.* 610 *v. 396.* 618 *i. e. agminibus.* 620 *v. 1ᵉ.*

Nos ob quam causam reddamus cantica Christo, ⟨TERMINATIO OPERIS.⟩
Laudantes iubilando simul sermone parato:
Suscipe, Christe, preces famulorum *nuncque* tuorum,
Rex regum, celebri tribuisti qui Benedictae,
Nominis utque tui truculentos vinceret hostes,
Illicita quorum superaret fortiter ipsa;
Cuius ope precelsa auxiliumque tuum capiamus
Atque suis precibus muniamur in ethera cuncti,
Qui nostris umquam non possumus apte iuvari.
Coniuncta est tibimet, pie rex, iugiter, moriendo
Cui se constrinxit martyr quoque caste vivendo;
Ac pro te, fortis bonitas, terrena flagella
Sustinuit, per te doxam quo carperet almam.
Postquam migravit virgo de virginis alvo,
Nam sexum fragilem validum ◡◡–◡◡ omnem
Non cuiusquam operis proprie, sed *vi* deitatis.
Nunc valet orando s◡◡– ◡◡–◡◡–◡
637a Auxilietur ei nisi dextera sacra tonantis,
Conferat omnipotens veniam precibus Benedictę,
Virginis *egregię* cunctis mortalibus apte,
Concedens nobis, eius mereamur abunde
Suffragium amplecti votis ◡◡ter precari
Nominis atque tui, domini, ad laudem venerari,
Quod benedictum extat semper per secula cuncta.
Passa est octavo Idus virgo dei Benedicta
Octobris su Matroclo carnifice tetro
Auriniaco igitur, regnante in secula Christo

O deus, etherei verus compactor Olimphi,
  Virginis aegregie tu veniam tribue
Obtentu scelerum iugiter pia gesta canenti
  Non sic ut decuit, sed velut ut potuit;
Qui regnas sine fine, pater, per secula semper
  Cum nato, sancto flamine cum proprio.

---

625 truculenti P^1 ostes P^1 627 prec/lsa (l *in ras.*) *P* 628 tuis P^1 630 iugiter *ss. P* 632 Ac ꝑ te ////// fortis terrena (bonitas *ss.*) ////// P^1 636 proprie *ss. P; corrige* proprii /////deitatis *P* 637 orando (an *evan.*) *P* *temptavi* succurrere virgo precanti: Auxilietur *sqq.* 640 Concedis nobis ut eius P^1 641 Suffragium (u *et* ra *evan.*) *P* ///ter precari ////// *P* (*temptavi* iugiterque) 642 utque P^1 *corrige* domine 643 benedictam P^1 645 *corrige* sum (*i. e. sub*) Matroclo

621 *et* 622 *praeterquam quod pro* reddamus *scribitur* dicamus, *leguntur AS. Octobr. IV* 222[a]. 629 *v. 33.* 634 *cf. AS. l. l.* postquam virgo de utero prodiit virginis. 642 *sie verehren zum Lobe deines Namens.* 644 *Cass. 546; cf. AS. l. l. p.* 222[b] passa est autem octavo Idus Octobris venerabilis virgo Auriniaco sub Matroclo carnifice impio. 647 *v. 110; Cass. 329; Quint. 238.* 648 *virginis obtentu tribue veniam scelerum.*

EXCERPTA EX STEPHANI LEODIENSIS VITA SANCTI LANDBERTI.

I *(Acta Sanctorum Sept. V p. 582[a])*.

Hoc itaque deliberativi generis consilium magis eligendo pertractans

Invoco non Driades nymphas nec clamito Naides,
Carmina quae prodant, versus et commata dedant;
Nec peto Mercurium lingua, sermone superbum,
Qui pennata ferat citius discutere verba,
Sed verum dominum, cunctorum supplico regem,
Omnia qui tribuit, nusquam dispendia sentit,
Famine cuncta iuvat, nil prorsus iussa retardant,
Arce poli residet, terram pontumque gubernat,
Quaequae sic penetrat, ceu pugno cuncta recludat.
Is pater et proles necnon et spiritus almus
Subsistens trinus, sed substans creditur unus;
Personas numerat nam subsistentia ternas,
Esse tamen proprium numerat substantia nullum.
Det pedibus lucere meis, det lumina cordis,
Auxilium misero dignetur dedere verno.

II *(p. 582[b])*.

Adhuc etiam animi visu extat delectabile in tanti patroni immorari laude.

Cantica quapropter museo compta lepore
Succinctim replicant ac eius gesta renarrant;

quae omnia, pater, tuo sensui corrigenda committo,

Notitiam veri quo numquam fallere nosti,
Falsa sed ex veris prosternere cuncta moliris;
Quae maiora fide debent quam sensus haberi?

Cum Stephanus Leodiensis plurimos ex ss. Cassiani Quintini Landberti vitis supra editis versus mutuatus sit, veri non est dissimile eos, qui versus ex Cassiano desumptos praecedunt, eosque qui inter versus ex Quintino desumptos leguntur, partim certe ad illa carmina pertinuisse, quorum alterum in capite et in fine, alterum in fine mancum est; hoc tamen nolo reticere, me mirari, quod Cassiani primum tantum librum novisse videtur Stephanus, qui si etiam secundum librum nunc deperditum ante oculos habuisset, quem Ianningus priore non breviorem esse testatur, nescio an a se impetrare non potuerit, ut eum intactum relinqueret.

I 9 Quęquae *Bruxellensis (cf. p. 141 sq.)*: Quaeque *Suysken*, Omnia *Chapeaville* 15 '*al.* vernae' *Suysken sublata leoninitate; cf. adnot.*

I *cf. Aldhelmi de laudibus virginum prooemium (v. 1—44): v. 1* omnipotens genitor mundum ditione gubernans *(= Steph. v. 8 cf. Cass. 330); v. 23 sq.* non rogo ruricolas versus et commata Musas nec peto Castalidas metrorum cantica nymphas *(= Steph. v. 1—3); v. 36 sq.* sic patris et prolis dignetur spiritus almus auxilium fragili clementer dedere servo *(= Steph. v. 10. 15); v. 38 sqq.* est namque in deitate manens substantia simplex, in deitate manet quoque subsistentia triplex; proprietas ergo credatur nomine trino, maiestas vero dicatur nomine simplo: namque fides cogit personas credere ternas; sed natura dei, caeli praeclara creatrix omnia regnando dispensat saecula simplex *(= Steph. 11—13). Concedendum tamen, Aldhelmi ceteroquin in carmine de s. Cassiano vestigia non agnosci.*

II *cf. Lucret. I 933 sq. ed. Lachmann* deinde quod obscura de re tam lucida pango carmina, musaeo contingens cuncta lepore.

III *(p. 582f)*.

Gaudebant ambo, Landbertus honore paterno
Et pater insignis Landberti ex artibus almis.

IV *(p. 583f)*.

Quamvis multa deo servirent crimine victo,
Attamen hortator scelerum per corda malorum
Effudit virus, gaudens in peius abire
Omne genus hominum, caelos ne possit adire.

V *(p. 584a)*.

Heu cogor scriptis depromere rem veritatis

VI *(p. 585b)*.

Ad haec abbas benignus in stuporem conversus
Suspirans imoque trahens a pectore vocem
inquit:
'Heu nimis infelix, quae te dementia coepit?
Innocentem dampnare nefas, sacerdotem glacialibus pruinis destinare facinus est execrabile'.
Sic maerens dixit; post haec astantibus infit: . . .

VII *(p. 585c)*.

Ad quae hoc responsum paucis ita reddidit heros: . . .

VIII *(p. 587a)*.

Nec solus meritam praesumptor senserat iram

IX *(p. 587e)*.

Igneus astrigeras iam sol migrabat ad arces
Crinibus et roseis tenebras Aurora fugabat

III *in carminibus de s. Cassiano et de s. Quintino locum non habebat, nisi forte Cass. v. 440 – 444 in brevius redegit Stephanus; sed elocutionem* artibus almis *ex carmine de s. Cassiano petitam esse non negaverim; cf. appar. ad missam s. Cassiani 2b, 3 p. 225.*

V veritatis _ ◡ _ ◡; *nihilo minus versum facere voluit Stephanus.*

VI 1 = *Verg. Aen. I 371.* 2 *cf. Aen. V 465.*

VII = *Verg. Aen. VI 672; cf. Cass. 477 et Quint. 199. 293.*

IX *ex carminis de s. Quintino extrema parte esse puto (= v. 322 sq.? ea enim, quae sequuntur, die agi videntur; v. 296 sqq. autem, quos certis supplementis auxi ex Vergilio, nox incipere dicebatur).*

MISSA SANCTI CASSIANI.

Die V. Augusti. Missa 'Statuit . . .'. *(eccles. 45, 8; cf. Grotefend, Zeitrechnung I p. 181^b).*

Appendicis loco subicio missam artificiosissimis metris compositam, quam ex veteri ecclesiae Haeduensis missali primus edidit Fontaninus in antiquitatibus Hortae p 382. Cola plerumque turbata distinxi, verba coniecturis emendavi ad schema responsorium, quod praemittendum videtur.

1 –́ ⏓ – –́ – –́ – ‖ –́ – –́ –, –́ ⏑ ⏑ –́
–́ – –́, ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́, – –́ ⏑, ⏑ –́ –
2 = 6 –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ *quater; de 2^b, 3 cf. appar. crit.*
3 = 7 –́ – –́ ⏑ ⏑ –́ ‖ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏓ *bis; cf. Traube vol. III p. 815^b*
4 = 8 –́ – –́ – ‖ –́ ⏑ ⏑ –́ – *bis; cf. Boetii consol. Philos. V 2*
–́, – –́, – –́, – –́ ⏑ ⏑, – ⏑ ⏑ –́ ⏓
5 –́ – –́ ⏑ ⏑ –́ ⏖ –́ – –́ ⏑ ⏑ –́ – *bis sine responsione.*

Vides vel hexametros paene semper concinnos esse. Colon 1 sequitur responsio complexuum 2—4 et 6—8, qui inter se distinentur colo 5 duobus hexametris constanti.

1^a Psalle symphonizando   Christo regi sidereo
qui sanctis rutilas tribuit per saecla coronas.
1^b Inter quos Cassianum   confessorem praecipuum
ditavit super astra poli splendore perenni.
2^a Hic tenebrosi
culmina regni
lumine Christi
tempsit herilis.
2^b Nam redimitus
stigmate sacro
virtutibus almis
floruit isdem.
3^a Hortensem populum   praesule cassum
poscentem variis   vocibus ipsum,
3^b Summum quo regeret   pontificatum,
rexit celsithroni   iura secundum.
4^a Postquam sedi   pontificali
inhaereret,   astitit illi
per visum martyr Laurentius orbe colendus,
4^b Hortans illum,   ut sibi templum
consecraret,   quem reparata
iam caeli certo cognoverat arce locandum.

2^b, 3 *cf. Stephani Leodiensis, a quo carmen de s. Cassiano compilatum esse supra docui, vitam s. Landberti (AS. Sept. V p. 585^d* protege ab insidiis, serva virtutibus almis; *an* artibus almis *(cf. p. 224 fragm. III)?*   4 iisdem *F(ontaninus)* 3^b, 1 quod *F*   2 celsi throni *F* 4^b, 2 praeparata *F; 6^a, 3* Egypti *et 6^b, 1* Heduorum *nominum propriorum licentia excusantur*

1^a, 2 *cf. Cass. 547* rutila donatus in arce corona. 1^b, 1 *cf. Cass. 35* quos inter Cassianum nuperrime sanctum produxit *(sc. Aegyptus).* 2^b, 1 *cf. Cass. 40* redimivit stigmate pulchro.

5 Confestim paruit monitis per cuncta serenis:
extorris fieri demum coepit meditari.

6^{a} Hic populari
voce gementi
laetus Egypti
rura reliquit

6^{b} Ac Heduorum
post iter artum
postque laborem
venit ad urbem.

7^{a} In qua Simplicio praesule functo
bis-denis viguit inclytus annis.

7^{b} Cuius albicolor petra sepulcri
ostendit labari chroma rubentis.

8^{a} Idem sanctus caespite tectus
cum Germano iure beato
est verbis usus (mirabile) vir memoratus.

8^{b} Per quem nobis, Christe, benignum
Semper cunctis subsidium fer,
qui solus regnas, per saecula cuncta gubernas. Amen.

6^{b}, 1 Ad Eduorum *F* (ch *pro* da *accipiens*); h *consona ut* 4^{a}, 2   2 arctum *F* 7^{b}, 2 libari *F*; *cf. Cass.* 558. 563 8^{a}, 1 Idemque *F*   2 iure] viro *F*   3 mirabilis *F* 8^{b}, 1 Christi *F*

6^{a}, 3 *cf. Cass.* 347 gaudens coepit proficisci.

S. CORNELII COMPENDIENSIS TRANSLATIONES.

Carolus Hampe collega codicibus Britannicis Gallicis Belgicis conferendis de Poetis meis optime meritus dum nuper Hincmari gratia codicem Parisinum 2373 evolvit, quem saec. IX. exeuntis[1] *esse dicit, invenit fol. 5 rhythmos duos ad translationem s. Cornelii et s. Cypriani ceteroquin, ut videbatur, ignotam pertinentes. Quos cum ex itinere redux mecum communicavisset, quaerendum mihi erat, ad utrum illorum sanctorum coenobium pertinerent, Indense an Compendiense. Neque vero de Indensi coenobio cogitari potest, quoniam rhythmi posterioris monachi redeuntes monasterium suum incolume inveniunt*[2]*, cum s. Cornelii monasterium Indense a Northmannis a. 882 concrematum esse Regino scribat*[3]*. Nec probabile est Inda Silvanectis*[4] *sanctorum reliquias translatas esse, quod oppidum satis longe aberat, cum facile eo transferri potuerint reliquiae Compendienses. Accedit quod veri dissimile est ex Francia orientali in occidentalem monachos fugisse. Neque vero est, cur coniecturis ad probabilitatem quandam rem adducamus, cum extet consimile carmen Compendiense brevissimo post conditum a Carolo Calvo imperatore coenobium intervallo compositum. Edidit illud Lebeuf*[5] *a. 1738 ex codice Parisino 18297 saec. X fol. 13—14'*[6]*, in quo praecedit pedestris historia translationis s. Cornelii Lugduno Compendium. Scriptor rerum non ita gnarum se praebet, quippe qui Carolum Compendiensis monasterii conditorem dicat*[7] Lodovici filium ab illo magnanimo Carolo cognomine tertium progenieque quintum, *ut Carolum Calvum Lodovici Pii filium et Carolum Simplicem Lodovici Balbi filium confudisse videatur. Carmen autem ab eo translationi additum ex aequali exemplari sumptum est; nisi quod stropham extremam rhythmica lege compositam alienam esse suspicor a carmine metrico*[8]*. Quodsi quis dubitet, num recte ad idem monasterium omnia tria carmina rettulerim, is cum versibus III 4 infra adn. 2*

---

1) *Accuratius de hoc codice C. Hampe ipse in diario itineris Gallici (N. A. XXIII) aget.* 2) *III 4* sed nos deus atque tuum protexit coenobium nec permisit illud gentem barbarorum tangere, ne gauderet inimicus eius in excidio; *attende etiam, quod III 1, 2 coenobium* novum *dicitur.* 3) *p. 118 ed. Kurze* post haec Aquis palatium, Indam, Malmundarias et Stabulaus monasteria in favillam redigunt; *cf. Duemmler, Ostfr.*[2] *III 158*[3]. 4) *II 2* nos pagani compulerunt ob nostra facinora corpus eius ab hoc templo Silvanectis agere. 5) *Recueil de divers écrits pour servir d'éclaircissements à l'histoire de France I p. 352 sqq. (= Migne, P. L. 129, 1371); Bouquetus (Recueil VII p. 373) historiam translationis repetivit carmine omisso.* 6) *Cf. Delisle, inventaire des mss. latins nr. 8823—18613 fasc. 5 p. 90.* 7) *Cf. Lebeuf p. 360.* 8) *Fortasse etiam strophae 25 et 30 ob hiatus* tanta ignis *et* omni ab, *etsi ceteroquin easdem leges metri sequuntur, resecandae sunt; de poetae arte dixi ad I 8, 2 necnon ea usus sum ad emendandos versus I 14, 1. 27, 1.*

descriptis comparet quae de vano barbarorum impetu dicuntur I 22 sqq., qui quod frustra incendio monasterium comburere studuerunt, vix poteris dubitare quin eadem invasio utroque loco intellegatur. Mihi diligenter contulit V. Cl. A. Vidier.

Restat etiam, ut expendamus, quo anno haec carmina scripta sint. Compendiense igitur coenobium cum mense Maio a. 877 consecratum sit[1]*, consentaneum est fugere et redire non potuisse monachos paucorum mensum intervallo, per quos vixit Carolus Calvus*[2]*; sed intellegendus est Carolus III Lodovici Germanici filius. Is autem* Caesar *appellari non poterat ante mensem Februarium a. 881*[3]. *Nec eius auspiciis Compendii quicquam fieri poterat ante a. 885, i. e. priusquam occidentalis Franciae regnum accepit*[4]. *Tum vero cum maxime exarserat bellum Northmannorum nec* pax reflorescere *videbatur aut ante inducias cum paganis mense Novembri a. 886 factas*[5] *aut post reditum hostium*[6]. *Consequitur igitur aut extremis a. 886 aut primis anni insequentis mensibus carmina haec composita esse. Quod autem tria aetatem tulerunt carmina, monachi patroni merita gratis animis colentes inter se sive sponte sive abbatis iussu tetrametris trochaicis certasse videntur, alius metrice strophis τρικώλοις (usus fort. carmine antiquiore), alius rhythmice strophis δικώλοις, alius rhythmice strophis τρικώλοις.*

Iam ipsa exhibemus carmina, ad codices Parisinos recensita.

I.

1. Est locus beatus ille,   Corneli sanctissime,
Post agones et coronas   quo quiescis corpore,
Qui tuo felix triumpho   gloriatur prepotens.
2. Roma quondam te fruendo   pullulabat actibus;
Nunc tua virtute fulta   gratulatur Francia,
Prosperis versisque rebus   dote tanta nobilis.
3. Qua pius rex ede facta   transtulit te Karolus,
Cuius est enorme pondus   preminenti fabrica
Queque valde pretiosis   pollet in donariis.
4. Quo loco multo triumpho   regis atque principum
Clericorum cum favore   ac sequentum militum,
Aeque vulgi perstrepentis   es receptus pondere.
5. Tanta nam tibi triumphans   obviavit gloria,
Ut comes Phoebea lampas   crederetur affore:
Sic refulsit per viarum   terna miliaria.
6. Hi cruces auri ferebant,   alteri candelabra;
Tura fumant hinc et inde,   hi refulgent coccino;
Supplices omnes adorant,   nuda dant vestigia.
7. Colla tunc episcoporum   atque regis incliti
Dulce pondus deferebant   aedis ad sacrarium,
Plebsque supplex confluebat   fulchra gaudens tangere,

I 2, 1 quondam *sic P*   3, 1 *fort.* Quo   3 pretiosis – ◡ – –: *cf. 15, 2*   4, 3 aeque – ◡: *cf. 23, 1* pondere *non intellego*   5, 1 nāt. ibi *P*

1) *Cf. Duemmler, Ostfr.*^{2} *III 41.*   2) *ibid. III 54.*   3) *ibid. III 180; quae enim in tertii voluminis indice p. 806*^{a} *exposuit Traube, huc non pertinent (cf. adn. 4—6), quamquam I 12, 1 vel* rex *dicitur.*   4) *ibid. III 234.*   5) *ibid. III 271.*   6) *ibid. III 278.*

I 2, 3 *i. e. adversis.*   5, 2 *ut sol ad terram descendisse videretur; absurdum enim esset hinc concludere, noctu translationem factam esse.*

8. Antecedit turba multa   clericorum candida,
Subsecuta est turba plebis   ut viginti milia,
Concinentes voce magna   gratias altissimo.

9. Nulla vox nullusque sermo   praevalet depromere,
Quanta sit huius diei   obsequens letitia,
Cum receptus es, patrone,   regis in palatium.

10. Hi canunt, illi resultant   clara laudum carmina,
Fit tubarum bombus ingens,   perstrepunt et organa,
Insuperque lacrimantur   plurimi letitia.

11. Emicabat namque templum   sericis in palliis,
Aureis argenteisque,   in coronis splendidis,
Luminumque aromatumque,   cum decore maximo.

12. Quanta tunc tibi fuit, rex,   pectoris letitia,
Cum greges magnos videres   sospitati redditos
Atque plures ad salutem   cerneres consurgere.

13. O beate Karle Caesar,   o beata Francia,
Quae patrono fulta tanto   promereris gaudia
Nec pavebis ad ruinam   illius periculi.

14. Inde rex is te receptum   dote multa munerat;
Namque sacrum clericorum   duplicavit ordinem
Resque multas largiendo   esse fecit divitem.

15. Addiditque argenta multa,   pondus auri maximum,
Pretiosas inde vestes   aggerans quam plurimas,
Et simul gemmas nitentes   prebuit largissime,

16. Es tamen locatus ede   aureis in sedibus,
Vivis in qua gloriosus   multiplex virtutibus;
Hicque Franci te patronum   ore, votis ambiunt.

17. Gloriosa sanitatum   hic fiunt miracula:
Qui petit, capit salutem;   nemo frustra supplicat.
Hinc locus felix triumphat   atque pollet patria.

18. Demones hic te timentes   confitentur crimina,
Versipellis atque predo   capta linquit corpora
Et miser fugit repente   horrido cum murmure.

19. Verba mutis, atque cecis   porriguntur lumina,
Aurium pedumque tarda   dissecantur vincula;
Languor omnis hic quiescit,   aegritudo pellitur.

20. Sepe vero de remota   parte regni debiles
Dum tuum petunt sepulcrum   se medendi gratia,
In via sunt restituti   sanitati pristinae.

21. Est et illud valde mirum   in relatis partibus:
Languidi cum vota mittunt   ad tuam presentiam,
Ac velud sopor recedat,   sic medela subvenit.

8, 2 *synaloepha ut 11, 3. 15, 1*   3 Concinnantes *P*: *corr. Lebeuf*   13, 3 periculi *sic P*   14, 1 is te *scripsi*: iste *P cum ligatura* st   21, 3 uelud *sic P ubique*

9, 3 *Compendii palatium Caroli Calvi nobilissimum fuisse constat.*   12, 1 *allocutio poetica; Carolus (Calvus sc.) iam ante decennium defunctus erat.*   16, 3 *cf. Prud. perist. 1, 9* confrequentant obsecrantes voce, votis, munere; *1, 12* hic patronos esse mundi, quos precantes ambiant.   17, 3 patria *i. e. regio (?)*   18, 2 *cf. Prud. cathem. 9, 92 (in eodem metro).*   21, 3 ac velut ... sic *cf. 24, 1* ac velut ... tanta.

22. Nullus hic impune predo allevabit lanceam,
Ut ruina comprobavit barbarorum maxima,
Igne templum concremare quinque vellent milia.
23. Spiculis dum dimicarent aeque quinque millia,
Hispidam volante ferro redderentque machinam,
Ordinati per phalanges horridi ceu demones,
24. Ac velud si pars Averni ructuaret sulphura,
Mixtus ignis fluctuaret alta pulsans sidera:
Barbari circum furentes tanta dant incendia.
25. Nempe mira tanta ignis tunc erant spectacula,
Claustra cleri, regis aulam cum voraret proximam
Lamberetque flamma templum nec valeret urere.
26. Hoc tuos favore fultos extulisti servulos,
Sternerent ut multa passim barbarorum corpora
Ac periret nullus horum, cum forent paucissimi.
27. Horror es malis duello, et bonis victoria;
Sic ait, qui te vocavit hostis in certamine,
Ut tuos fecisse constat cum salutis munere.
28. † Esto virtus illa tecum permanet robustior,
Scismatum bellator olim quam gerebas pectore;
Propter hoc modo triumphas proterisque barbaros.
29. Mira sunt que replicamus, preterimus plurima;
Sed tamen sensu modesto dicta sunt, non frivolo;
Comprimamus iam relatum, ne salus fastidiat.
30. Posce, sancte, ⟨tu⟩ tonantem pro tuis clientulis,
Ut queamus expiari omni ab molestia
Ac beata confoveri angelorum curia
31. [Conglobati atque tuo translatori Karolo
Summae formam deitatis mereamur cernere,
Quae disponens regit cuncta seculorum secula].

II.

1. Christi oves exultate spiritali iubilo:
Ad ovile redit suum en papa Cornelius.
2. Nos pagani compulerunt ob nostra facinora
Corpus eius ab hoc templo Silvanectis agere.
3. Sed iam pace per divinam reflorente gratiam
Ad sacratam sibi sedem illud nunc referimus.
4. Inde sacer gaudet clerus ac fidelis populus;
Tresque fructus revirescunt, quos parit ecclesia:

22, 3 igne *metro vindicatur* 25 *cf. p. 236 adn. 8* 2 uocaret *P*: *corr. Lebeuf* 3 labensque *P*: *corr. Lebeuf* 26, 1 Hic nos *P*: *correxi* (Sic tuos *Lebeuf*) 27, 1 Horror es *scripsi*: Horrores *Lebeuf* duello et bonis *sic P* 28, 1 *fort.* Ecce 31 *rhythmice alius poeta composuit; cf. p. 236 adn. 8* 30, 1 tu *addidi*; ⟨o⟩ sancte *Lebeuf*

22, 3 *i. e. etiamsi vellent.* 27, 2 *'im Kampf mit dem Feinde'.* 29, 3 *ne ii, qui iam desierunt in periculo esse, sed salvi sunt, carmen longius fastidiant.* 31, 2 *cf. supra p. 225.*

II 4, 1 *cf. III 6, 2.* 2—7, 2 *Matth. 13, 8; cf. e. g. Hieron. epist. 22, 15 (ed. Vall.*[2] *vol. I 99), Augustin. de sancta virginitate 46 (ed. Bened.*[3]*, Bassani 1797, vol. XI 790 adn. d).*

5. Tricenus et sexagenus cum centeno pariter
Ex cęlesti consurgentes verbi dei semine.
6. Nam chorus coniugatorum hinc existit mundior
Castitasque viduarum multo fit devotior
7. Et corona virginalis suos spargit radios,
Quam Maria dei mater clara lustrat lampade.
8. Ergo cuncti supplicemus corde, ore, opere,
Ut nostra solvat delicta cum Petro apostolo
9. Hostiumque sic nostrorum elidat superbiam,
Ut in pace serviamus deo nostro iugiter:
10. Oret quoque pro sereno Karlo _ ᴗ Caesare
Adiuncto sibi beato Cypriano martire
11. Omnibusque sanctis quorum veneramur lypsana,
Ut substernat ei deus nationes barbaras:
12. Necnon et Francorum servet benignus exercitum,
Quo sit ei fortitudo sano cum consilio:
13. Nostri quoque memor fiat servorum fidelium,
Ut defendat nos et nostram potenter familiam,
14. Ne raptores et predones nostras res diripiant,
Que servire nobis debent in necessitatibus;
15. Cunctis vero in commune caeli pandat ianuam,
Ut possimus contemplari summi regis fatiem.
16. Gloria sit deo patri eius atque filio
Spiritu cum procedente per aeterna secula.

III.

1. Redi, papa, iam, Corneli, ad ovile proprium,
Quod tibi deus dicavit novo in coenobio,
Ut merentem diu gregem in Christo lętifices.
2. Nam sicut absente patre cari lugent filii
Et magistro discedente dubitant discipuli,
Ita te absente maeror nos involvit nimius.
3. Lupi enim nos rapaces invaserunt undique,
Postquam tua corporalis abscessit presentia,
Cedibus vastantes plebem et domos incendio.
4. Set nos deus atque tuum protexit coenobium
Nec permisit illud gentem barbarorum tangere,
Ne gauderet inimicus eius in excidio.
5. Surge pastor, veni doctor, noli moram facere,
Et errantes sicut oves collige discipulos:
Decet enim habitare in domo unanimes.

5, 1 cum] com P^1 6, 1 Nā chorus (a c *in ras.*) *P* 8, 1 subplicemus P^1 10, 1 Karlom ///// *legere sibi visus est Hampe, qui nuper* Karlo nostro *coniecit* 2 martirę *P* 13, 2 defendet *P* *post* 16, 2 *versus aliquot erasi (cf. app. ad II 12, 3)*

11, 1 *λείψανα.* 16, 1 *cf. III 12, 1.* 2 procedente *a patre et filio.*
III 5, 3 *psalm. 132, 1.*

6. Te senes anusque simul, iuvenes et parvuli,
Clerus sacer et plebs omnis invitando clamitant,
Caeci quoque atque claudi cum turba debilium.
7. 'Solve nostra' orant omnes 'peccatorum vincula,
Et post strages miserorum pacem redde populo,
Quam Christus ascendens caelos reliquid discipulis.
8. Impios ad pietatem exorando revoca,
Et rapaces doce sua largiri pauperibus,
Ne se invicem mordendo consumantur ocius.
9. Caritatis ignem nobis tuis auge precibus,
Qui flammam cupiditatis suis pellat radiis;
Qua depulsa nobis cuncta semper erunt prospera.
10. Civitatem istam tuo muni patrocinio,
Quae te proprio suscepit gaudenter hospitio,
Ne gentilis unquam ei gladius prevaleat,
11. Eius quoque cives tuo interventu protege,
Tuo eos benedicens ore apostolico,
Cum colonis atque agris, qui ad eos pertinent.
12. Gloria sit deo patri, laus et iubilatio
Filioque eius vero ante secla genito
Spiritu cum consolante semperque vivifico.

9, 3 cunta *P* 12, 2 secla *Hampe*: scla *P* *post* 12, 3 *manu paulo recentiore haec addita sunt, quae edimus, ut homo inexercitatus ea scripsit* Misereator et perpitius sit nobis omnipotens deus. | Dimitet tibi domisnus omnia peccata tua.

6, 1 *cf. Prud. cathem. 9, 109* te senes et te iuventus, parvulorum te chorus ... voce concordes pudicis perstrepant concentibus. 7, 3 *Ioh. ev. 14, 27.* 8, 3 *cf. Salomonis episcopi Constantiensis carm. I 96* dicunt quippe sues sese mordere solentes ad se mordendum dentes excire luporum *(castigat item discordiam civilem ne inter hostium quidem invasiones sopitam).* 12, 1 *cf. II 16, 1.*

CODICIS BERNENSIS CCCLVIII SYLLOGA.

Carminum iam edendorum mentionem primus fecit H. Hagen a. 1875 in catalogo codicum Bernensium p. 346; biennio post ipse ea edidit in Carminibus medii aevi maximam partem ineditis[1] *p. 12 sqq. Codicis enim Bernensis 358 saec. IX*[2] *octava parte pessime habita continentur*

1. *fragmentum carminis alcaici*
2. *versus de carminis impeditione causa thematis tropologice*
3. *de navigio et agricultura*
4. *de constructione domus dei secundum Hiezechielem*
5. *de arithmetica*
6. *de musica*
7. *de astronomia*
8. *de geometria*

nec videtur dubium esse, quin etiam ceteras artes liberales poeta persecutus sit secundum Martiani Capellae opus. Ut autem in posteriore parte carminum poeta docendi, non delectandi studio ductus est ad hanc potissimum materiam tractandam, ita ne priora quidem carmina doctrina carent; quippe qui carmine secundo 'voces animantium'[3] *expresserit, tertio nomina ventorum et terminos rusticos composuerit, quarto allegorice explicet templum*[4]. *Carmina quamvis docta tamen vix digna essent quae iterum ederentur, nisi ex nova collatione satis multa corrigi possent, nonnulla etiam suppleri coniecturis L. Haveti, qui doctam de Hageni libro censuram scripsit*[5], *et meis, et, quo maxime augetur horum carminum pretium, autographa essent; quod primo obtutu vidi coram codice. Neque vero, quod tanti facio in carmine de s. Benedicta supra a me primum edito, saepe legi potest, quid fuerit ante rasuram; quod sicubi explicari potest, poetae inter opus adesse licet et causas mutandi existimare: interest sc. aliquantum scire, quid poetis ipsis offensioni fuerit. Hoc autem, ut dixi, hic perraro licet.*

---

1) *Etsi multo plura eorum edita fuerant quam Hagenus sciebat; qua re ego quoque deceptus sum, cum nuper 'versus de quadragesima'* Dei fide qua vivimus *ab Hageno satis neglegenter vulgatos denuo cum codice conferrem (N. A. XXII p. 761): est enim hymnus Ambrosii (Chevalier, repert. hymnol. n. 4323). Sed talia multa in Hageni libro sunt, quibus non impune fidem habeas.* 2) *Non credo codicem post saec. IX. scriptum esse, praesertim cum in Gallia scriptus sit.* 3) *De quibus in universum cf. W. Wackernagel, die voces animantium*[2] *Basel 1869.* 4) *Neque vero satis anxie sequitur Ezechielem, sed admiscet, quae in libris Exodi, Regum III, Esaiae de templo dicuntur, ut potius patrum nescio quem quam prophetam secutus esse videatur.* 5) *Romania VI p. 273 sqq.*

Nomen poetae ignoramus; ubi vero scripserit, fortasse coniectura licet assequi. Cum enim codex olim fuerit Bongarsii, ante Bongarsium vero Petri Danielis[1], *cuius manu scriptas glossas continet, Daniel autem rursum codices suos ex Floriacensi bibliotheca acceperit, poetam vel Floriaci vel Autisiodori vixisse probabile est, et ad Autisiodorum carmina rettulit L. Traube P. A. C. III p. 757 (ad p. 499). Pronum est amplius progredi et inter magistros, Autisiodorenses potissimum, circumspicere; et occurrunt sane circumspicienti clarissima nomina*[2] *— sed in prono facile nos labi posse reminiscendum est.*

I.

. . . .
fol. 38r Cum quis tonanti reddere gratias
Victoriae studens datori
Eximios celebrat triumphos.

II.
DE CARMINIS IMPEDITIONE CAUSA THEMATIS TROPOLOGICE.

Auri stemmate nexas
Flavescente coronas
Me cantare parante
Ut mitis caput altum
Cingit lamina flexa,
Ut gemmae variatum
Instaurant diadema,
Iaspis necne smaragdus
Saphirusque, berillus,
Ut texatur achates
Pulchrum post hiacintum,
Ut comptissima cocci
Mordet fibula vestem,
Armillisque lacerti
Vernant, articulosque
Signans anulus ornat:
Frenant scrupea plectrum,
Elidunt scopulorum
Dulcem marmora Musam,
Et saxosa moratur
Laetum glarea gressum,
Hinc circumvolat ales
Suetus prępete penna: *fol. 38v*
Cornix omina clangit,
Garrit bubo severa;
Grus, cignus, philomela,
Anser, turdus, hirundo,
Turtur, pica, palumbes,

II 4 altum (t *in ras.*) *B(ernensis 358 saec. IX)* 10 nexatur *Havet; cf. adn. ad v. 4* 22 Hinc *in ras. B*

1) *De Bongarsio et Daniele diligenter inquisivit Hagen, zur Geschichte der Philologie und zur römischen Litteratur, Berl. 1879, p. 55 et p. 1.* 2) *Cum Remigii Autisiodorensis commentario in Martianum Capellam nulla carminibus videtur intercedere necessitudo, quantum ex Narduccii commentatione (bulletino delle scienze matematice XV p. 505—580), praesertim ex appendice, iudicare licet.*

I *strophae Alcaicae reliquiae.*

II *'Me coronas aureas cantaturum turbavit genus omne ferarum; sed victum est.' Sub ferarum imagine utrum lateant magnates adversarii regi et poetae (cf. v. 1—3. 78) an diabolus victus a* sacra caterva *i. e. ab angelis (v. 77), nescio. Carminis difficultates augentur admixtis 'vocibus animantium'. Certe poeta* causa thematis *periculosi aperte dicere ausus non est.* 4—16 *describitur habitus poetae tribus enuntiatis ab* ut *temporali incipientibus (v. 4. 6. 12; v. 10* ut *consecutivum est).* 8 necne *i. e. et.* 12 ut *(i. e. dum)* comptissima fibula mordet *(i. e. continet)* vestem cocci *(i. e. vestem coccinam).* 13 *cf. Verg. Aen. XII 274.* 18 scopulorum *ἀπὸ κοινοῦ (priore membro* scrupea scopulorum *i. e. scrupei scopuli).* 20 *'reich an Steinchen'.*

Passer, noctua, corvus
Stridentes variarum
Dant discrimina vocum.
Quodsi dulcor apertas
Mellis sparserit auras,
Mox diversa sequuntur
Iocundum ora animantum
Delibare saporem.
Importuna volucrum
Instat musca, favorum
Spargi nectare nitens,
Fucus, brucus, asilus,
Crabrones sciniphesque
Cum vespis culicesque.
Hinc circumfremit amplo
Hiscens belua rictu:
Panterę, leo, tigres,
Cum pardo lupus, ursus
Et cum rinocerote
Griphes, simia, linces,
fol. 39r Vulpes, lena, camelus
Et setis aper horrens
Armentumque gregesque
Proturbare parantes;
Sirenę quoque dulces
Blande dira sonantes
Carmen carmine lędunt,
Cantu cantibus obstant.
Hinc auro phaleratus
Stans pernix equus hinnit;
Stultus rudit asellus
Et robustus onager;
Mugit taurus, et illo
Mugit feta iuvenca;
Vervex, hyrcus et aedus
Balatum variantem
Dantes carmina sistunt.
Dignum lac rationis
Iam captare volenti
Obrepit vafer agno
Serpens, funebre diro
Gestans ore venenum:
Aspis, vipera, pithon,
Regalis basiliscus,
Crudelis draco flatu
Et cornuta cerastes
Intentique colubri. *fol. 39v*
Verum hęc omnia vinci
A se sacra caterva
Regis robore fulta
Gaudens cuncta regenti
Dignum pangit honorem.

III.

DE NAVIGIO ET AGRICULTURA.

Undis raucisonis vela tumentia,
Ventis hinc trepidus tradere molior
Confecturus iter per vaga marmora.
Luctam prora subit: carbasa Circius

---

34 Mox *in ras. B* 39 nitens *sic B* 49 lena *in ras. B* 62 feta (fet- *in ras.*) Iuvenca *B* 71 pithon (i *in ras., coepisse videtur* ph-) *B* 75 colubri *sic B; totus versus paene evanidus*
III 2 trepidus tr- *in ras. B*

31 *cf. Verg. Aen. VI 646.* 37 volucres *insecta dicuntur raro apud Romanos (Phaedr. fab. V 3, 3), frequenter apud Graecos πτερωτὰ vel πτηνά (cf. Bonitz, ind. Aristotel. p. 657 sq.).* 37 *colon inconcinnum; nam* ales *(v. 22)* belua *(v. 44)*, serpens *(v. 69), generales notiones sunt, quibus comprehenduntur alites (v. 24—31), beluae (v. 45—52), serpentes (v. 71—75): hic vero* muscae *(i. e. speciei, non generi) adduntur aliae eiusdem generis (volucrum sc. i. e. insectorum) species; concinnum esset* volucrum instat turba. 49 lena *i. e. leaena.* 53 Sirenae *(de forma cf. Muncker ad Fulgentii myth. II 11) ex Physiologis vel libro monstrorum 1, 7 (Haupt, opp. II p. 224) poetae innotuerunt.* 66 dignum: *expectes* purum l. r.; *sed poeta hoc voluisse videtur 'captare volenti lac rationis, quod dignum est concupisci ab agnis' (Petr. ep. I 2, 2).* 71 *cf. Isidori orig. XII 4; Alexandri ep. ad Aristot. (Iul. Valer. ed. Kuebler p. 190 sqq.); libri monstrorum c. 3 (Haupt, opp. II p. 246 sqq.).*

III 4 *sqq. cf. Sueton. ed. Reifferscheid p. 228 sqq.; G. Becker ad Isidori de natura rerum c. 37 p. 62 sqq.*

Inflat, Chorus et hinc, inde Favonius;
Subsolanus eis obvius irruit,
Eurus cum Borea pręlia perstrepit.
Tum Vulturnus agit, tum Zephirus ratem;
Austris hinc rapitur, hinc Aquilonibus.
Parva lintre vehor (non michi classica):
Navis barca sedens pluribus anchoris;
Cumbis atque scaphis competo cerula.
Magnis naufragium non ego mercibus
Innixus vereor: remus adit celer
Portum cum scaphula, funibus eximens
Nautam pensilibus, brachia restibus
Ne tendens pereat remige perdito.
Sic iam transiliam damna negotii,
Detrimenta lucri, fenora divitum.
fol. 40r Indemnem prohibent – ⏑ ⏑ – ⏑ –
Omni posse frui tempore – ⏑ –
Culturę labor hinc d – ⏑ ⏑ – ⏑ –
Quo cultu validis acco ⏑ – ⏑ –
Rastri subsidiis effodere scrobes.
Spinę sunto procul, cum lolio filex;
Neu lędant tribuli gramina neu rubus
Nec zizania nec reproba germina,
Flores ut placitos pollice carpere
Possimus, violas ungue recidere,
Cum nardi folio lilia virginum
Et cum dulce tymo tum colocasia,
Fructus mandragorę, summa papavera,
Ramos arboribus sumere frondium
Spiramenta bono flamine dantium,
Sulcis neu dubitem credere semina
(Nam qui plura serit, plura metit sata,
Messem frugifero pignere colligens,
Maturas segetes in cumulos agens,
Condens hordea cum farre, legumina,
Lentis grana, fabam, vile cicerculum);
Vites quin etiam, Bacchica munera,

---

5 Inde *in ras. B* 6 eis obuius irruit *in ras. B* 7 *totus in ras. B* 12 competo cerula *in ras. B* 16 pensibilibus *B*[1] 22 hinc *in ras. B* 25 sunto (un *in ras.*) *B* 26 neu rubus (u ru *in ras.*) *B* 27 nec repro- *in ras. B* (n *loco hastae altioris*) 28 carpore *B*[1] 31 thymum *Hagen;* cum dulce *(abl.; cf. Traube, karol. Dicht. p. 28*[1]*)* thymo *coniungas* tum (tu *in ras.*) *B* 33 sume- *in ras. B* 34 Spiramenta bono flamine *in ras. B* (*in spatio vacuo post* bono *agnoscuntur litterae erasae* spir-) 36 qui plura (-i p- *in ras.*) *B; parenthesin significavi* 37 *totus in ras. B* 39 cum farre *in ras. B;* legumina *Hagen* (legumine *B*), *sed poeta semet ipse corrigens non absolvit emendationem* 40 uile *in ras. B* 41 mu- *in ras. B*

11 *pro navi, quae pluribus anchoris sedeat, mihi barca est; nempe cimbis et scaphis (i. e. parvulis naviculis) mare peto.* 13 non *et ad participium et ad verbum pertinet.* 30 lilia virginum: *quibus virgines ornari solent?* 41 *sqq.* nec remorer vites, *quae sunt* Bacchica munera, sulcis vel scrobibus dare, *item* uviferis vitibus sarmenta, *quae sunt* vitea brachia *(i. e. brachia vitis; de elocutione ab Hageno temere in dubitationem vocata cf., si tanti est, Colum. IV 24, 7* sarmenta lata,

Sulcis nec remorer vel scrobibus dare,
Sarmenta uviferis, vitea brachia,
Vanos ac frutices demere vitibus,
Palos palmitibus subdere gemmeis
fol. 40v – – – ◡ ◡ – *flam*ina turbinum
– – – ◡ ◡ – – ◡ ◡ *fr*ondibus
. . . .
Eruct – ◡ ◡ – – ◡ ◡ – eans,
Torcularia quę largiter impleant,
Dantes dapsiliter musta recentia,
Aras quę subeant divite copia
Puri cum solito munere tritici,
Agni in mirifico sanguine transeant
Et nos lętificent fęce carentia,
Regi concilient, crimine segregent,
Pestem submoveant, prospera commodent,
Ut cum militibus corde fidelibus
Utamur decoris stemmate nobilis,
Gaudentes celebrem sumere gloriam.

IV.

DE CONSTRUCTIONE DOMUS DEI SECUNDUM HIEZECHIHELEM.

Alacris fides tropeis
Requieta post labores
Fabricare templa quęrens
Decoris pio datori
Calamo prius librante
Habitum situmque mensa est
Lapidis vigore firmi
Fabricam serens struendam.
Super extruamus omnes,
Quod habere quit benigna
Manus off ◡ – ◡ – ◡ *fol. 41r*
Lapides hon – ◡ – ◡
Lapides amor ◡ – ◡
Opulenta ditis *au*ri
Adhibentibus talenta,
Sapientiae supernę
Bene qui vigent amore;
Properet sequens metallum
Proprio decore vernans
Tribuentibus peritis;

---

42 Sulcis (U- B^1) nec remorer uel *in ras. B* 43 *totus in ras. B* uuiferis *sic B* 44 Vanos (C- B^1) ac *in ras. B* uitibus *in ras. B* 45 *praeter* palmiti- *et* subdere *in ras. B* 46 -ina turbinū *sic B: supplevi* 47 -ondibus *sic B: supplevi* 49 Eruct *sic B* 50 quę *certum B* 52 subeant *(i. e. tegantur) sic B* 53 solito (i *in ras. B*) 59 nobili B^1

IV IHEZECHIHELEM B^1 1 tropeis *in ras. B* 4 totus *in ras. B* 5 laborante B^1 6 mensa *participium* (ĕmensa *Hagen*); *cf. 5, 7. 60* 9 Sup extruamus (up ex *in ras.*) *B* 10 quit *in ras. B* 11 Manus offerens in usum *temptavi* 14 auri *Hagen* 19 *sq. distinxi ex B*

vetera, male nata, contorta, deorsum spectantia recidito; novella, fructuaria, recta submittito; brachia tenera et viridia servato; arida et vetera falce amputato), ac vanos frutices demere.

54 *transsubstantiationem vini in sanguinem Christi dicit.*

IV *cf. p. 242*[4]. 2 *Regum III 5, 4 (de templo Salomonis)* nunc autem requiem dedit dominus deus meus mihi per circuitum. 6 *Ezech. 40, 5 sqq. et Regum III 6, 2 de metiendo.* 7 *Regum III 5, 17 sq.* praecepitque rex, ut tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentum templi, et quadrarent eos. 14 *de auro Regum III 6 sqq. passim.*

Alius dat aes sonorum
Diuturna saecla vincens;
Speciem dat ille stagni,
Aciem dat iste ferri.
Speciebus inde multis
Elementa devehuntur:
Pretiosa ligna cedri,
Nemoris cupressus ampli,
Abies cacumen altum,
Terebintus atque pinus;
Oleam simulque buxum
Cecinit propheta et ulmum,
Sterilem licet, Falerni
Frutices tamen ferentem.
Fabricantur ergo tigna
Trabibusque pręparatis
fol. 41v T . . . .
L . . . .
St . . . .
Pa . . . .
Etiam au . . . .
Tegitur solum superne:
Basibus suis columnę
Statuuntur eminentes.
Cameris iugantur arcus
Aditumque ianuarum
Decorat caput diei.
Aperitur arcuatis
Paries minax fenestris
Thalamique digeruntur
Calamoque metiuntur;
Modus ostiis sacratur;
Ita limen atque postes
Cubitalis ordo censet.
Domus ipsa post columnas,
Ubi porticus receptat,
Vicibus gazophilacij
Habet in honore cellas.
Sub eis ibi ante frontes
Subit expolita palmae
Species notans triumphos.
Patet atrii quod extra
Valido vig*or* ◡ – ◡ *fol. 42r*
Lapidis ser – ◡ – ◡
Bifores subinc ◡ – ◡
Aquilonibus notisq*ue*
Roseisque stant quadrigis.
Ibi porticus, fenestrę,
Thalami gradusque palmę.
Atrium manet quod intus,
Simili decore, valvas
Superat gradu priores.
Ibi sub honore mensę
Statuuntur, ut piacli
Mala victimę repellant
Cubito altitudo mensę
Labiis patet reflexis.
Ibi latitudo tanta

---

21. 23. 24 det B^1 *(Hagen)* 26 deuehantur B^1 *(Hagen)* 41 Etiam *in ras. B* aur-, *ut vid., B* 45 iungantur B^1 55 columnas (n *in ras.*) *B* 62 Patet *in ras. B* (. . . -s B^1) extra (ra *in ras.*) *B; cf. v. 85* 63 *cf. v. 7* 65 subinde *temptavi* 66 notisque *Hagen (litterarum* -is- *certa vestigia)* 67 que stant *in ras. B* 70 man- *in ras. B* 73 honore remensę B^1 77 patet *in ras. B*

21 *aes, ferrum, stannum (passim* stagnum *scribitur; cf. e. g. Mayhoff ad Plin. N. H. XXIX 35 vol. IV p. 380, 16) componuntur Ezech. 22, 20.* 22 *sq. Regum III 5, 10* itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina et ligna abiegna, iuxta omnem voluntatem eius; *Esai. 60, 13* gloria Libani ad te *(Ierusalem)* veniet, abies et buxus et pinus simul ad ornandum locum sanctificationis meae. 31 *sq. Esai. 41, 19* dabo in solitudinem cedrum et spinam et myrtum et lignum olivae; ponam in deserto abietem, ulmum et buxum simul *(ubi non agitur de templo).* 33 *cf. e. g. Orellium ad Horatii carm. II 15, 5.* 36 *Regum III 6, 6* trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus, ut non haererent muris templi. 43 *de basibus et columnis Regum III 7.* 47 caput diei: *fenestrae (Ezech. 40, 22. 41, 26)?* 50 *Ezech. 40, 7 (et mensus est)* thalamum uno calamo in longum et uno calamo in latum . . . et limen portae iuxta vestibulum portae intrinsecus calamo uno. 53 *de postibus Regum III 6, 31. 33.* 56 *de porticu Regum III 6, 3.* 57 *de gazophylacio Ezech. 40, 17.* 60 *de palmis Regum III 6, 32 sqq.* 67 *videtur porta orientalis (Ezech. 40, 6) significari; cf. Verg. Aen. VI 535* roseis Aurora quadrigis. 73 *de altari, in quo offeruntur sacrificia pro peccatis (v. 74 sq.), Exod. 30, 1 sqq.* facies quoque altare ad adolendum thymiama, de lignis setim, habens cubitum longitudinis et alterum latitudinis, id est quadrangulum, et duos cubitos in altitudine; cornua ex ipso procedent.

Data, longitudo quanta.
Ubi vasa consecrata,
Patenę, urcei, canistra,
Calices, sciphi, ciathi
Super ordinantur aris,
Sed et aptę ad hasce carnes;
Et in atrio hoc quod intus
Latet, hic opes habentur
Cytharisque vocibusque
Bona regis efferentum.
fol. 42v C . . . .
S . . . .
C . . . .
Ita . . . .
Fabricę or ⏑ – ⏑ – o
Domus, atrium, columnae,
Gradus, aula porticusque,
Modus atque ianuarum
Laterumque frontiumque,
Paries migrans in altum
Habitusque templi herilis,
Ubi latitudo sursum
Magis ampla, quam deorsum;
Positisque in orbe giri
Cocleis aditur illo.
Laterum quoque altitudo
Calami modo libratur.
Fabricatur aedis alta;
Precibus piis dicata
Moderatur ostiisque
Aperitur: hinc et inde
Habitacla separata
Domui struuntur atque
Proprios modos capessunt.
Ibi et arte fabricatae
Hominis, simul leonis,
Facies im . . . . *fol. 43r*
Positis utri*mque* – ⏑
Paries et ost ⏑ – ⏑
Positae in honore – ⏑
Poliuntur hoc decore.
Ibi munerumque cellas
Domuique separatas
Habet atrium statutas
Aquilone sub vel austro,
Ubi vestiuntur almi
Sacra dona baiulantes.
Ita disparata vulgo
Vario venusta cultu
Calamoque terminata
Domus hoc honore pollet.

---

81 Patenę *sic B* urceus canistrum B^1 82 Calices *B* (alices *in ras.; fuitne* cyathus?) sciphus calathus B^1 89 C *in ras. B* 98 Pariens B^1 99 q. templi herilis *in ras. B* 100 *sq. notas praescriptas secutus transposuit Hagen* Magis ampla *in ras. B* 103 illo (o *in ras.*) *B* 106 alta *in ras. B* 108 ostiis que *B* 111 struuntur (str *in ras.*) *B* 112 -s capessunt *in ras. B* 113 Ibi *in ras. B* 116 utrir *B: supplevi* 126 Ita $\overset{dis}{//}$parata *B* (Ita Dis parata *Hagen;* disparata vulgo: *'abgesondert von der Menge'?* 127 *totus in ras. B*

80 *Exod. 25, 29* parabis et acetabula ac phialas, turibula et cyathos, in quibus offerenda sunt libamina, ex auro purissimo; *cf. Exod. 37, 16.* 85 *Ezech. 40, 46* porro gazophylacium, quod respicit ad viam aquilonis, sacerdotum erit, qui excubant ad ministerium altaris. 101 *Ezech. 41, 7* et platea erat in rotundum ascendens sursum per cochleam et in cenaculum templi deferebat per gyrum; idcirco latius erat templum in superioribus, et sic de inferioribus ascendebatur ad superiora in medium. 104 *de lateribus Ezech. 41, 6.* 113 *Ezech. 41, 18* duasque facies habebat Cherub, faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, et faciem leonis iuxta palmam ex alia parte. 120 *sqq. Ezech. 42, 13* gazophylacia aquilonis et gazophylacia austri, quae sunt ante aedificium separatum, haec sunt gazophylacia sancta, in quibus vescuntur *(poeta legit* vestiuntur*)* sacerdotes, qui appropinquant ad dominum in sancta sanctorum; ibi ponent sancta sanctorum et oblationem pro peccato et pro delicto: locus enim sanctus est.

V.

DE ARITHMETICA.

Septem columnis intus eminet domus
Gemmis renidens lucide micantibus.
Illic decore splendido fulget thronus,
In quo decenter insidens Sapientia
Numeris et aequa lance pensat omnia,
Nunc iuncta scindens, nunc rescissa glutinans,
Certoque cuncta metiendo margine
Retractat, ex qua coeperint crepidine.
fol. 43v . . . .
. . . .
Q . . . .
Nec . . . . *tri*plex divinitas
Valet nec ex honore quicquam perdere.
  *N*umeri videtur unitas exordium,
*R*erum deus probatur ut primordium,
*E*t hęc ubique pars et hęc totum manens,
*Q*uę sempiterna perstat ad vicem dei.
*U*nus deus, baptisma, veritas, fides.
  Haec unitas, quam dico seminarium,
Parit diadem coniugali vinculo,
Quę nuncupatur 'prima procreatio';
Est quę bonorum vel malorum particeps,
Concordiam creatque vel discordiam.
Hac ponderata lege gaudet aequitas;
Hac ordinatur ipsa duplex caritas.
Sic bina testamenta, sic binum Cherub,
Substantię duplexque nostrę portio;
Christique naturas duas discernimus.
  Perfecta posthac et beata trinitas
Numeri imparisque principatum continens,
Finem caput mediumque prima sortiens,
Diversaque intervalla prima metiens
Uni supreme maximo datur deo,
Eius triformes trine personas notans,
fol. 44r . . . .

V 1 Intus *B* (4 Insidens, *pro* I *post incisionem*) 5 -auce pensat oma *in ras. B* 12 triplex *supplevi, cum* simplex *non liceat per metrum* 14—18 *litteras initiales suppl. Hagen* 25 ipsa duplex *praeter* i *in ras. B* (ipsa *mihi non certum*) 27 *post* portio *dist. B* 30 *post* contiuens *non dist. B* 34 *post* notans *non dist. B*

V *praeter Martiani Capellae locos a me subnotatos cf. Eucherii form. I 10 (vol. I p. 59 ed. Wotke), Isidori qui fertur libellum de numeris (vol. VII p. 397 sqq. ed. Arevalus; cf. prolegom. cap. LXIII, vol. I p. 517 sqq.), Hrabani Mauri de universo XVIII (Migne CXI col. 489), Melitonis clavem 12 (spicil. Solesm. III p. 283).* 1 septem columnis: *sc. artibus liberalibus; cf. prov. 9, 1* Sapientia aedificavit sibi domum, excidit columnas septem. 5 numeris . . . pensat *per zeugma.* 14 *Mart. Cap. VII 731 (p. 257 Eyss.).* 18 *cf. Paul. ad Eph. 4, 5.* 19 *M. C. VII 732.* 29 *M. C. VII 733.*

Est cuius . . . .
Eoque et hic p*erfect* . . . .
Quod gignit ex *se* . . . .
Ter ductus ut n*onarium* . . . .
Hoc tertio preces petuntur auspice;
Symphonias tres continet vox musica;
Metitur iste iure certo tempora:
Pręsens, futurum tempus atque transitum.
Animę ipse motus dividit ternarius;
Mundana constat et sub hoc perfectio,
Monas datur dum fabricatori deo,
Dias rei, qua procreantur omnia,
Triasque formis mater idealibus.
  Hinc quadra tetradis subit perfectio
Punctumque et imum lata longa colligens.
Decadis in qua fit simul completio,
Iunctis prioribus sibi sub ordine;
Sic a decem perfectus it centesimus,
Crescens iugatis, qui secuntur cum decem
Adusque quadraginta, plenis terminis;
Centum, ducenti cum trecentis et quater
Ducta coacti lege centenarii
Dant mille; sic ad usque mille milia
Tetradis ultra surgit aut protensio:
Hęc quattuor metitur anni tempora
fol. 44v . . . .
. . . .
. . . .
T . . . .
Tot u . . . . di decursibus,
*C*herubimque vultus comprobantur quattuor
. . et dei . . gloriam mundo invehunt
Christique gestis tot patent volumina.
  *Mund*o attributus iungitur quinarius,
*El*ementa mundus quod subit post quattuor
*C*oagulatus estque naturaliter.
Sexus quod utriusque constat auspice:
Triade, qui virilis esse traditur,
Diade, feminina quae decernitur.

---

37 *sqq. supplevi ex Mart. Cap. p. 259, 13 E.* ex eo etiam perfectus, quod perfectos gignit senarium novenariumque 43 tempus atque *in ras. B* 44 ipse *(sic) supra ras. B* *post* 52 *duo versus, prior a* V- *incipiens, alter idem ac 52, deleti* 53 it *in ras. B* 54 cū *B*] *immo* a; *cf. Mart. Cap. p. 259, 26* item hecatontas a decade quaternario cumulatur id est decem viginti triginta quadraginta, qui sunt centum 58 *ante* sic *dist. B*; '*so steigt zur Million und* (ac *pro* aut *scripserim*; at *Hagen*) *weiter auf die Ausdehnung der Tetras*' 66 -herubinque *B*[1] 67 et dei *(haec sinistrorsum ss.; metri causa segregavi)* gloriam mundo in- *in ras. B* 68 Xp̄ıq. *supplevi; cf. Aldhelmi laud. virg. v. 1183 (p. 168 ed. Giles) de s. Daria*: sequitur Christi quadratis dogmata libris 69 Mundo *suppl. Havet ex Mart. Cap. p. 260, 6* sequitur pentas, qui numerus mundo est attributus 70 *sq. suppl. Hagen*; Hic coagulatus *Havet, sed et versus pronomen damnat et spatium solam initialem capit* 72 utriusque *in ras. B* 73 *immo* quae 74 femina *B*[1] *post* decernitur *dist. B*

49 *M. C. VII 734.* 69 *M. C. VII 735.*

In se revertens hoc modo qui dicitur:
Namque ipse, per se, ceteros vel impares,
Ductus, repraesentare se dinoscitur.
Per se quidem sunt quinque viginti simul,
Ter atque ducti quinque reddunt quindecim,
Et septies triginta quinque proferunt,
Idem quadragies noveni quinquies.
Mundi figuram quinque zonę continent,
Sensusque nostri dividuntur quinquies.
Tot incolis hic mundus ergo panditur:
Homo, quadrupes qui sunt, natans, repens, volans.
Numerum vocarunt hunc sophi diametrum,
fol. 45r Mediam det . . . .
Antiqua lex . . . .
Carnalis atque . . . .
Quis esse perfectum *neget senarium,*
Is cum suis adimpleatur p*arti*bus:
Media sui, sexta simul cum tertia?
Sex officia sunt ergo naturalia:
Figura, magnitudo, motus et color
Statusque et intervallum, et his nihil sine.
Motus habentur totque differentiae
Pręter perennem, qui sibi revertitur.
Numerus fit hic triade dicta mascula
Iuncta diade, quae vocatur femina.
Solidę figurę sunt tot eminentiae;
Totius armoniae tonos tot dicimus.
Quem primus ut motus plicat, duodecim
De se probatur duplicatus reddere.
Medii duos quos inter octo cum novem
Sunt: unus ex his mox per ipsum terminum
Superatur a duodecim, quo sex tegit;
Confertur octo lege necnon musica:
Nam parte tali vincit illum pręminens,
Qua parte sex hic vincit, ipsa est tertia;
Geometricali iure et hęc collatio
Fit, ut supremi termini tot colligant
Per se librati, quot valebunt intimi.
fol. 45v . . . .
. . . .
. . . .
C . . . .
H*ic procreasse primus arm*onias patet:

76 Namqui i/// B^1 83 Sensusque (n *in ras.*) *B* 86 so^phi *in ras. B* 90 *suppl. Havet* 91 Cum is B^1 adi- *in ras. B* partibus *suppl. Hagen* 95 his nihil sine (*non* et) *in ras. B* *distinxi* 97 reuertitur sibi B^1 98 dicto masculo *ut vid.* B^1 99 Iuncta diade *in ras. B* 101 armoniae (o *corr.*) *B* 105 *post* Sunt *dist. P* mox (ιox *in ras.*) *B* 106 quos ex B^1 108 pręminens] .i. //////// *(erasa glossa m. 2)* 109 ipsa *in ras. B; post* tertia *dist. B* 112 infimi *Hagen* 117 *supplevi ex Mart. Cap. p. 261, 25* hic primus numerus id est senarius harmonias ostenditur genuisse] nonias (*vel* nomas) *B, non* nomen

88 *Eucher. p. 69, 1 W.* 89 *cf. e. g. carm. bur. 61, 2. 116*[b]. 90 *M. C. VII 736 sq.* 105 $12-9=9-6$ *(arithmetische Reihe).* 108 $12:8=9:6$ *(geometrische Reihe).*

Sex ad duodecim dupla est symphonia;
Sex ad novem vocatur at sesqualtera,
*A*c sex ad octo dicta diathesseron.
*M*etitur hic ductus quaterno tempora,
*H*oras diei noctis atque partiens.
Sex in diebus hoc creatur seculum,
Sex sunt et aetates sub ipso seculo;
Versę in Falernum quot fuerunt hydrię.
  Procedit hinc pervirgo septenarius,
Qui solus infra pręminens denarium
Non gignit ullum, sed nec ullo gignitur.
Numeris quod ex utrisque constet, masculis
Ac femininis, hinc virago dicitur.
Formasque lunę metiens amplectitur
Modoque signat eius isto lumina,
Viginti et octo quod facit minoribus
Iunctis sibi, quot hec diebus emicat.
Septem dies sunt, quis aguntur secula,
Septem planetę, septem eorum circuli.
Elementa procreationes tot habent,
Probatur atque nostra sub tali modo
fol. 46r Natura d*eservire septenario:*
Hominem per a . . . .
Mensis, meatus p . . . .
Caput gerit tot c . . . .
Sic parvulis in men*se* d*en*tes *septimo*
Surgunt, et hi mutantur orbe septimo;
Secunda septimana tum pubem movet;
Florem genarum pręstat inde tertia;
Augmenta staturęque quarta terminat;
Quinta iuventutis micat perfectio.
Natura septem membra dat vitalia:
Quę lingua, pulmo, cor, lien, renes, iecur.
Hominisque septem frusta corpus dissecant:

---

118 simphonia B^1 124 sub *in ras. B* 125 quot (t *in ras.*) *B* 126 peruirgo *sic B* (*cf. Mart. Cap. p. 262, 13, ubi codicis Bambergensis m. 2 et codex Grotii exhibent* at heptas autem quod nihil gignit, eo pervirgo habetur; *in codice Grotii glossa erat* i. e. valde virgo); virago *Hagen* 129 ex utrisque *in ras. B* 130 femininis (inis *in ras.*) *B* 132 *sq. distinxi coll. Mart. Cap. p. 262, 22* hic numerus lunae cursum significat; nam unum duo tria quattuor quinque sex septem viginti octo faciunt 136 earum B^1 138 Probatur atque nostra sub tali *in ras. B* 139 *supplevi ex Mart. Cap. p. 263, 5* quid quod omnium (*an* hominis?) natura nonne huic probatur numero deservire? 140 hominem per artus perficitque septimus mensis *temptavi coll. Mart. Cap. p. 263, 6* in principio septimani partus hominem absolutum perfectumque dimittunt 141 *post* Mensis *dist. B* praeparatos sensibus *temptavi ex Martiano p. 263, 8* dehinc ideo homo septem meatus habet in capite sensibus praeparatos 143 *suppl. Havet ex Mart. Cap. p. 263, 10* dehinc parvulis mense septimo dentes emergunt ac septimo anno mutantur paruulus B^1 144 orbe *in ras. B* 145 tum *in ras. B* 146 genanum *(sic) vel* genarium B^1 150 renes]: d̃ς̃ ⁊ *sic fere glossae loco ss. B* 151 frusta (a *in ras.*) *B*

124 *sex aetates mundi post Augustinum (Wattenbach, G.-Q. I⁶ p. 85 adn. 3) multi statuerunt, in quibus Isidorus, Beda, Theodefridus poeta rhythmicus (ed. Duemmler, Z. f. d. A. XXII p. 423 sq.), Angilbertus (? P. A. C. I 380), Hrotsvit Mar. 45, Waltherus Spirensis de s. Christophoro II 72 ed. Harster.* 125 *Iohann. ev. 2, 6.* 126 *M. C. VII 738 sq.*

Pectus, caput, venter, duae manus, pedes,
Axisque stellę tot polorum vertice;
Sanctae quot ecclesiae probantur lumina,
Tot dona propter septiformis Spiritus.
Requies dicatur atque septenario
Perfectione consecrata sabbati.
  Perfectus inde surgit octonarius,
Cybus vocatus, ipse primus omnium,
Crescens diade motione primula.
Tetras diade duplicata provenit,
Diade mota gignit octonarium.
Perfectus et, tegit quod hunc senarius,
fol. 46v Cybi quod omnis sunt tot eminentiae.
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
R . . . .
Signans fu*turam* splendidorum gloriam
Aetatis almam post quietem septimę,
Ut lege mortis Christus evicta die
Surrexit octava, quod est post septimam.
Animę tot extitere salvę, tempore
Quo perdidit gigantas exundatio,
Numero notantes hoc beatam gloriam
Nostrę salutis atque dantes formulam.
  Novenus hinc perfectus esse cernitur;
Idem vocatur inde sed perfectior,
Quod fit suis triade ducta formulis,
Primique versus prodit iste terminum.
Censetur armonię sed et pars ultima:
Octade collata novem nam fit tonus.
Hinc et novem Musas vocarunt musici,
Speręque mundum tot feruntur cingere.
Sic angelorum tot habentur ordines;
Lapides propheta nobiles quot prędicat
Primi creati spiritus in tegmine.
  Prę ceteris habendus est denarius
Perfectus, in se ceteros qui colligit
fol. 47r Perfectio*nis* . . . .

---

153 stellę (lę *in ras.*) *B* 154 quot] tot B^1, *quod non debebat mutari; sed cf. v. 125. 187* 159 Cibus B^1 ipse *in ras. B* 160 *post* primula *dist. B* 162 *sq. distinxi* 163 tetigit B^1 164 Cubi B^1 169 futuram *supplevi:* fı//////ı *B* 180 tria deducta B^1 *post* formulis *dist. B* 181 prodit iste *in ras. B* 185 ferunt- *in ras. B* 187 quot *sic B (cf. v. 125)*; tot *Hagen* 190 *post* Perfectus *(non post* denarius *v. 188) dist. B* 191 perfectionis terminos cuiuslibet *temptavi coll. Mart. Cap. p. 264, 21* quae omnes numeros diversae virtutis ac perfectionis intra se habet

158 *M. C. VII 740.* 171 *septimam aetatem (cf. ad. v. 124) i. e. regnum millenne sequitur iudicium.* 172 *die sc. dominica, i. e. 'prima sabbati' (Ducange s. v.* 2 sabbatum*).* 174 *cf. genes. 6, 4.* 186 *ad Ezechielem 28, 13 spectare docuit me Henr. Boehmer nuper socius noster; angelorum ordines post Luciferi lapsum novem (cf. e. g. Isid. Orig. VII, 5, 4).*

Primi iste *versus finis est et colligit*
Versus priori*s terminorum regulas,*
Analogias atque *differentias*
Perfectiones por . . . .
Formas et inperfecti*onis* . . . . . .
Mandata legis in dece*m* . . . . . .
Conscripsit, et superna regna construens
Ad angelorum provehendam gloriam
Decadis hominem subregavit ordini,
Perfectione rex potens dignissima
Complens beatam fulgidorum curiam.

VI.

DE MUSICA.

Rimans nexa poli culmina rectrix
Istis sub numeris organa nectit,
Quîs effulta modis musica vernat,
Quę dicta est memoris filia Mentis:
Nam si forte toni mente recedant,
Quod scribi nequeunt, ergo peribunt.
Hac quandoque fuit turpe carere,
Ut nec nobilibus grammata nosse,
Quę laetis etiam, tristibus atque,
Divinisque solet rebus et imis
Affectu vario commoda iungi.
Ars perfecta viget qua sine nulla
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
C . . . .
Serpentes vo . . . . arum
Delphinasque movet carmen amantes.
Hęc membris numeros inserit aptos
Gignens ex anima et corpore motum,
Ex motu sonitum, vocis alumnum.
Hinc dicta est proprie vox animantum;

---

192 *sqq. supplevi ex Mart. Cap. p. 264, 23* quae licet primi versus finis sit, secundae monadis implet auxilium; haec primi versus numerorum regulas analogias genera species differentias perfectiones et imperfecta concludit 194 atque *in ras. B* 197 in decem libris (?) deus *suppl. Hagen; fort.* chordis *(psalterium decachordum allegorice pro decalogo; cf. praef. ad Vulgarium extr.)* 200 Decadis hominem *in ras. B*

VI 1 *totus in ras. B* 3 Quis effulta *et* uernat *in ras. B* 5 Nā *in ras. B* 6 Quo[d] *et* -t ergo *in ras. B* 20 volucres *temptavi* 25 Hinc *in ras. B*

199 *cf. Traube P. A. C. III p. 800ᵃ s. v.* angeli.

VI 4 *proxime huc accedit Arnobii doctrina III 37 p. 135, 26 sqq. R.* 8 *ut* et *nobilibus (turpe fuit) grammata* non *nosse.* 22 *Mart. Cap. p. 346, 19 Eyss.*

Quodcumque eloquimur, viribus uti
Sentis armonię pulsibus imis.
Nam terris animę dum venientes
Funduntur, simul est haec mediatrix
Ipsarum, influere musica iussa.
Motus et numeros haec rationis
Affectusque regens temperat omnes.
Quae res est populis debita cunctis.
Hanc tradunt animę foedere quodam
Nexam corporibus, tibia duros
Quod mollire animos rite probatur.
Hac dicunt habitum sępe triumphum,
Dum quosdam citharę, tibia quosdam
fol. 48r Accendit t . . . .
Quin et cor*d* . . . .
Hac quidam . . . .
Legesque et recit . . . .
Haec mentes me . . . .
Nam cum olim fremer*e* . . . . . .
Sollers inhibuit . . . .
Lascive iuvenes hę . . . .
Mandans organicis psal . . . . . .
Morbos corporeos s . . . .
Pondus vulneribus . . . .
Cantandoque febrem . . . .
Hac Thales docuit . . . .
Dulcedo ut scia . . . .
Quondam lym*phatic* . . . .
Aegrorum a . . . .
Pensantu*r* . . . .
Agreste . . . .
Captari . . . .
Dum fic. . . . .
Se . . . .
N . . . .

* * *

fol. 49r Partiturque son . . . .
Quos symphon*i* . . . .
Ter quinosque *tropos* . . . .
Tum legem generu*m* . . . .
Hinc pressat gravit . . . .
Istud congruit hic . . . .
Hic maius resonat hi . . . .
Sunt et composita suntq*ue* . . . . .

---

29 modulatrix *ut vid.* B[1] 35 *ante* tibia *dist.* B 40 *cf. Mart. Cap. p. 346, 29* psaltas, cordacistas, sambucos, hydraulas . . . 52 ut *in ras.* B 53 *cf. Mart. Cap. p. 348, 1* Xenocrates organicis modulis lymphaticos liberabat 58 Dum *in ras.* B 93 *cf. Mart. Cap. p. 351, 17* tropi vero sunt quindecim

33 *sqq. M. C. IX 923.* 40 *sqq. M. C. IX 926.* 90 *sqq. cf. appar. crit.*

Sunt incomposito iure c . . . . . .
Sunt quędam, quibus est vis ration*is*,
Quędam hac lege carent; consona quaeda*m*,
Quędam dissimili voce resultant.
Sunt aequalia ceu ponderis aeq*ui*
Discurrentia quę per tr . . . . . .
Quaedam spissa cr . . . .
Quaedam rar . . . .
Hęc nunc . . . .
Pensa . . . .
Hinc . . . .

* * *

VII.

DE ASTRONOMIA.

* * *

1\. . . . .
. . . .
. . . . .im
. . . .

2\. . . . . micat decenter
. . . . *ru*tilans nitore
. . . . s per omnes.
. . . .

* * *

fol. 50r 6. Altera fert . . . .
Siderum curs . . . .
Caelicę lucent . . . .
Pluribus actae.

7\. Metiens hęc virgo po*l* . . . . .
Quattuor dat materiis . . . . .
Edocens mundum spatio glob*at* .
Ordine sperę.

8\. Que sui terram medio vel imo
Continens ambit ratione cursus,
Raptibus caeli quoque circulari
Cardine claudens.

9\. Ducitur circum species propinqua,
Noscitur quę materies aquarum:
Aëris post hanc sequitur: iugatur
Ignis eidem.

VII *inscr. suppl. Hagen* 1 *et* 2 *cum ex clausulis* 2, 1—3 *appareat sapphici metri esse, ad carmen VII rettuli, cuius argumento bene conveniunt* micat *et* rutilans nitore 6, 1 Altera fert *in ras. B* 7, 2 dat *in ras. P* 3 Edocens (ns *in ras.*) *B cf. Mart. Cap. p. 302, 12* mundus igitur ex quattuor elementis isdemque totis in sphaerae modum globatis . . . . 4 spherę *B*[1] 8, 1 Qui *B*[1] 9, 1 speciem, *ut vid.*, *B*[1]

VII 6 *M. C. VIII 811 p. 301, 10.* 7 *M. C. p. 302, 12.* 8 *M. C. p. 302, 13.* 9 *M. C. p. 302, 21.*

10. Inde iam post aetherei nitores
Advolant: circum radians micat sol
Ipse cum luna, vehiturque circa
  Signifer orbis.

11. Ambiens cursus perhibetur illic
Extimus duci neque tectus ullis
Siderum formis, ideoque Grecis
  Dictus anastros.

12. Hinc polos, axem quoque, circulosque
Annotans diversa docere vitat

fol. 50v . . . .
  . . . . .

13. . . . .
Circulos, ...
Quinque coluros, qu . . . . .
  Nomina tradit.

14. Dividensque interstitiis *res*ignat,
Transeant quę signa, locumve signi
Quem secent, unde incipiant, locentur
  L*imite* q*uon*am.

15. *Anno*tat triginta simulque quinque
Signa, non-errantia quę vocantur,
Ambitus quę signiferi -iacentis
  Segregat inter-.

16. Circulo quo vel spatio residant
Signa, monstrato memoratur horum
Exitus casusque, quibus quod ortis
  Occidat astrum.

17. Tum moras ortus obitusque pensat,
Recta quae transversave signa surgant,
Tarda quę natu, citiora casu,
  Obvia quę sint.

18. Ut vices constat variare noctes
Ac dies, longis spatiis vel artis
Lege signorum, duodena solis
  Quę secat orbis.

10, 1 Inde iam post *in ras. B* 2 Aduolant *in ras. B* 3 Ipse *in ras. B* circa (a *in ras.*) *B* 11, 2 Extimus duci *in ras. B* 3 ideoq. *in ras. B* 12, 2 Annotans (ns *in ras.*) *B* uitat *in ras. B* 14, 1 intersti *in ras. B* resignat *supplevi* 3 locentur *in ras. B* 4 *supplevi post* -am *dist. B*
ll
15, 1 Annotat *supplevi ex v. 12, 2* 2 uocatur *in ras. B* 16, 1 residant (esid *in ras.*) *B* 3 Exitus *in ras. B* 18, 4 sec- *in ras. B*

10 *M. C. p. 302, 24.* 11 *M. C. p. 303,* 1. 12 *M. C. p. 303, 5.* 13 *M. C. VIII 817 sqq.* (coluri *p. 304, 19).* 14 *M. C. VIII 827—837.* 15 *M. C. VIII 838.* 16 *M. C. p. 310, 14. 27.* 17 *M. C. p. 312, 16.* 18 *M. C. p. 313, 18.*

fol. 51r

19. Tum planetar*um* ◡ ◡ – ◡ *orbes,*
Vel planonta . . . .
(Nos in errore . . . .
Nec tamen err*ant*).

20. Nominum causę re*serantur atque*
Cursuum, necnon va*rii m*eatus,
Quos agunt mundo socię suisve
Motibus actae.

21. Ex quibus quędam statione torpent
Et revertentes faciunt recursus.
Sunt, sui quę continuo moventur
Ordine cursus.

22. Sunt, iubar quarum vicibus recedit;
Nesciunt quędam quoque lucis umbram.
Sunt, humum quę circumeunt; quibusdam
Non datur istud.

23. Omnibus cunctę loca sed diebus,
Circulos mutant quoque vel meatus;
Cursuum quorum numerantur orbes
Atque notantur.

24. Quę citis, quę tardigradis pererrant
Cursibus mundum, spatiove quo sint,
Circuli vel quo superent easdem
Quis peraguntur.

25. Inde iam lunę coitus fatendo
Digerit, cum lumen huic per horas

fol. 51v . . . .
. . . . . .

26. Qu*ot* . . . . . . faciat se . .
Quot s . . . lumen cumulet . .
Partium quot sit spatium s . . .
Commeat orbis;

27. Mense quo solem repetat sub ipsa
Parte, qua dimisit eum, vel orbe;
Siderum concordia cum planetis
Quem facit annum.

19, 1 Tum planetarum quoque narrat orbes *temptavi*; orbes *certum ex Mart. Cap. p. 315, 15* nunc planetarum orbes edisseram   3 *sq.* Nos in *et* Nec tamen *in ras. B;* nos in errore esse putamus illos, nec tamen errant *temptavi*   20, 1 Nominum causę reserantur (*vel* referuntur) atque cursuum *supplevi, cum post* Cursuum *distinguat B (v. 23, 2 sq. falso distinxit Hagen)*   2 varii meatus *suppl. Hagen*   3 sociae, 4 actae *al.*] *cf. 5, 136 appar.*   4 Mo/tibus *B*   21, 1 quibus *in ras. B*   23, 2 *post* meatus *dist. B*   25, 1 fatendo (f *et* do *in ras.*) *B*   2 huic *in ras. B*   26, 1 Quot *supplevi*   2 Quot suum lumen cumulet diebus *temptavi* (suis *Hagen*)   27, 2 -isit *et* orbe *in ras. B*

19 *M. C. p. 315, 15.*   20 *M. C. p. 315, 27.*   21 *M. C. p. 316, 24.*   22 *M. C. p. 316, 26.*   23 *M. C. p. 317, 6.*   24 *M. C. p. 317, 10—320, 5.*   25 *M. C. p. 320, 6* (coitus *p. 321, 25)*   26 *M. C. p. 321, 19.*   27 *M. C. p. 322, 14.*

28. Deficit qua lege vel ipsa vel sol,
Nominum causas varians meatu,
Quę capit sursum gradiens vel austrum
Prona revisens.

29. Solis excursus gemino venire
Proditur motu, proprio vel illo,
Volvitur quo mundus, et hinc diurnos
Transit in orbes.

30. Circulos immutat eo diebus
Omnibus, qui dimidio sub anno
Solis ascensu numerantur, ipsis
Hincque recedit.

31. Binaque hemisperia tum notantur,
Utque sol disponere comprobatur
Quattuor his tempora, quîs decorans
Temperat annum.

fol. 52r 32. Noctium cre*menta* . . . . . .
Partibus mun . . . .
Disputans ut se . . . .
Noxque diesque.

33. Tum planetarum re . . . . atus
Ortus, occasus, statio, *regressus*,
Circuli cursus superi vel imi
Rite librantur.

VIII.
DE GEOMETRIA.

Artis prępositę brevi notatu
Digestis titulis sagacis huius
Germanam Geometricam sequamur
Insignem radio, rotunditate
Cum sperae solidae, peploque comptam
Levorsum vario nitore picto.
Hęc tritas peragratione vectans
Telluris crepidas valens uiatrix
Mundo subsimilis decore fertur
Pręformis, numeris, modis, figuris,
Mensuris variis, libris, talentis,
Terrarum spatiis, poli marisque,
Astrorum radiis, globis viisque,
Quę puncto capit inchoamen imo
In ductus gradiensque linearum
Exit multiplices, ac altitudo

29, 1 excursus *scripsi* (ex cursus *Hagen*): x *in ras. B; fuitne* Solis et cursus? 2 Pdit (with 2 above) B^1 3 hinc *B* (n *fort. rasa; sed. cf. Mart. Cap. p. 324, 7* ex ea parte) 30, 1 eo *in ras. B* 2 dimidio sub (o sub *in ras.*; o *ex* u) *B* 3 ipsis] sc. circulis *glossa (cf. Mart. Cap. p. 324, 13* per ipsos denuo revolvitur*)* 32, 1 *supplevi; cf. Mart. Cap. p. 325, 19* noctium accessus defectusque 33, 1 reflui meatus *temptavi* 2 regressus *suppl. Hagen*

VIII 1 Artis *in ras. B* 5 comptam *in ras. B* 7 Hęc *usque ad* 9 sub- *in ras. B* 10 Pręn *in ras. B*

28 *M. C. p. 323, 2.* 29 *M. C. p. 324, 5* 30 *M. C. p. 324, 7.* 31 *M. C. p. 324, 24. 325, 7—15.* 32 *M. C. p. 325, 19.* 33 *M. C. p. 327, 12.*

VIII 4 *Mart. Cap. p. 196, 26 Eyss.* 7 *M. C. p. 197, 6* (tritas peragratione telluris). 9 *M. C. p. 197, 17.* 11 libris *i. e. trutinis.* 14 *M. C. VI 710 sq.* (punctum *p. 247, 23*).

His crescit trahiturque longitudo.
fol. 52v . . . .
. . . .
. . . .
. . planitieve . . . .
. . exacu*untur* . . . .
. . . *variantur* et fig*urae*
. . *pyramidis* cybi cylindri.
. . circumiens humum locatam
In mundi medio modis pererrat,
Ce*rtis* quinque secans ligansque zonis
(Bi*nae* *ex* his animalibus terendę,
T . inhabitabiles feruntur).
Haec longum stadiis humique latum
Metitur veterum labore fulta;
Tres partes etiam sequestrat orbis
. . . . *qu*oque digerit meatu
. . . . Asiam Africamque iungens
*Eu*ropeque notat caput fluenta
*Ga*ditana sali sequentis ortum
*T*irreni, sita qua decora tellus
Est Hispania frugibus virisque,
Quam flumen dat Hyberiam vocari.
Cuius Bethica pars citata fertur
Partis nomen habentque Lusitani.
Hanc ditat Tagus aureis harenis.
*M*onstrat hinc Aquitaniam patere
* * *

---

23 *sq. suppl. Hagen* 27 Certis *supplevi* (Centrum *Hagen; sed s certa*) 28 Binae ex his *suppl. Hagen* te/rendę *B* 29 Tum ternae *Havet, sed spatium non sufficit; fort.* Tres aū (*i. e.* autem) 31 Metitur *sic B* ueterem B^1 *post* fulta *dist. B* 32 *sq. supplevi* 34 iūgens *B* 35 Europeque *scripsi*: **ropeq· *B* notat (*post.* t *in ras.*) *B* 36 Gaditana *suppl. Hagen* sequentis ortum (se- *et* -ntis or- *in ras.*) *B* 37 Tyrrheni *suppl. Hagen; ego distinxi* 38 Est *scripsi*: Et *Hagen; in B lectio ambigua versuum in fol. 53r scriptorum vix restant initia haec* 49 I-, 50 Q-, 51 A-, 52 A- (*sic;* A *semel Hagen*), 53 C-, 54 P-, 55 Iu-, 56 Tun-, 57 Mul-, 58 Insta- (*in ras.*), 59 *eras.*, 60 Regn-, 61 Agre-, 62 Ister (*in ras.*), 63 Notum, 64 Ciclo (*pertinuisse videtur ad* Cycladas *Mart. Cap. p. 226, 8*), 65 Diver- (*sic*), 66 Iung- (*sic legi videtur*), 67 N- (*sic legi videtur;* Fimo *Hagen falso*), 68 Sic, 69 Cl-; *fol. 53v sqq. nihil extat*

24 *M. C. p. 253, 7.* 27 *M. C. p. 203, 15.* 28 *'für lebende Wesen bewohnbar'.* 33 *M. C. VI 622.* 36 *M. C. p. 210, 3.* 39 *M. C. p. 210, 4.* 40 *sqq. M. C. p. 211, 8. 16—19.*

HUCBALDI CARMINA.

Codices eclogae de calvis in duas classes dividuntur. Prioris, quam interpolatam esse mox apparebit, ii sunt, qui inscriptionem subscriptionemqne metricas exhibent, i. e.

1. *Valentianensis num. 288 (F. 3. 5) saec. XI exeuntis fol. 117'—123 (=V; cf. Mangeart, catal. de Valenciennes p. 303 et 8°-catalogue des départements XXV p. 323), cuius margines scatent lectionibus Barthianis manu saec. XVII ascriptis; quas omnes fere ab Isid. Desilve mira iudicii perversitate receptas esse ex E. Sackuri collatione didici.*
2. *Duacensis num. 219 (olim s. Salvatoris Aquicinctensis) saec. XII fol. 167'—168 (= D; cf. 4°-catal. des departements VI p. 113); Parisiis mihi contulit A. Vidier.*

Alterius classis libri inscriptionem subscriptionemque habent pedestres:

3. *Vaticanus Reginae num. 2080 saec. XI fol. 249 (= R); mihi contulit R. Arnold.*
4. *Trevirensis seminarii clericalis VI 3 saec. X manu paulo recentiore turpiter interpolatus; continet v. 1—101 (= T), cetera foliis exsectis absumpta manus saec. XV supplevit ex exemplari aliquo, quod etiam prooemium continebat (= t, de supplementis vide infra; cf. Sauerland N. A. XVII p. 609, de Fulgentii mythologiarum libris eodem volumine comprehensis v. Hermes vol. XXXIII p. 173); contuli Berolini.*
5. *Maihingensis I 2 fol. 5 saec. XII fol. 7'—8' (= M); contuli Berolini.*
6. *Cantabrigiensis univ. Gg. V. 35 (olim s. Augustini Cantuariensis) saec. XI fol. 367ᵃ (= C; cf. catalogue III p. 203), in quo praecedit* irrisio cuiusdam Scolastici contra calvos[1]; *inspexi Gilesii impressionem (Anecdota Bedae, Lanfranci et aliorum, Lond. 1851 p. 71 sqq.), sed propter notam hominis neglegentiam adhibere nolui, cum nova collatione carerem.*

Recentissimos codices a Duemmlero enumeratos, Monacensem 4408 et Vindobonensem 3192, sprevi, etsi utrumque contuli; codicum vero instar mihi fuerunt

---

1) *Ex codice musei Britannici 15 B XIX, quem descripsit Th. Oehler M. Rh. 1 p. 133 sq., edidit A. Riese A. L. I 2 p. 135 (cf. Phaedr. fab. V 3* calvus et musca*).*

DE CALVO A CULICE OBVIATO.

Stridula musca volans calvum conspexit euntem.
'Calve viator,' ait 'quo tendis? cede parumper,
Perque tuos iuro qui restant retro capillos
Me gratam liceat rostro decerpere sedem'.
Sic ait et trepidum circumvolat inproba calvum.
At contra ille timens solito caput armat amictu.
Quid valet en calvus muscae lassatus ab ictu?

v. 4 sedem decerpere rostro *Giles.* 5 Haec ait *Giles.* *v.* 6 *om. Giles.* 7 alvus *Giles.*

7. *Editio princeps sine loco et anno (= E^I; cf. Hain, repert. bibliogr. 8971) impressa a Friedbergio typographo Moguntino, quam mihi commodavit Traube; continet v. 136; cum ea ita consentiunt Monacensis et Vindobonensis 3192 ut aut pro apographis habendi sint aut pro fratribus, sed deterioribus; passim apta est ostendendae origini lectionum vulgatarum.*
8. *Ed. Erfordiensis a. 1501 (= E^{II}), quam mihi commodavit Duemmler; fluxit ex codice prorsus egregio, ad cuius indolem prope accedit Maihingensis, tamen editione fere deterior. Ceteris editionibus saec. XVI uti non potui, cum bibliotheca regia Berolinensis omnino careat editionibus singularibus huius carminis: quo melius de editione mea meruerunt Duemmler et Traube antiquissimis duabus suppeditatis; Barthianas nugas repetere nolui.*

Perutilis etiam in recensendo prooemio fuit codex

9. *Vindobonensis 4323 (= w; cf. Denis, codd. mss. bibl. palat. II 763—770, Tabulae III p. 241) fol. 36; simillimus est cod. t, nisi quod stropham interpolatam exhibet.*

Quaerendum est, utra inscriptionis subscriptionisque recensio vera sit. Inscribunt DV

Egloga de calvis haec Hucbaldi sapientis
Versus centenos retinens senosque trigenos

et subscribunt

Explicit egregium calvorum nomine metrum;

contra $E^{II}MRT$ inscribunt

Egloga ⟨Hucbaldi *add. T*⟩ de calvis, in qua habetur paranomoeon versuum CXXXIII *(sic $E^{II}MRT$;* CXXXUI *in tituli repetitione marginali M)*[1]

neque vero subscriptionem ullam habent $E^{II}MR$ (de t vide appar. crit.). Atqui valde dubium est, qua ratione ille versuum numerus, sive maior verus est sive minor, explicandus sit; habet enim carmen in neutra recensione versus 136 vel 133, sed in utraque pariter 146. Qua re ne quis moveatur, ut in inscriptione denarium numerum semel periisse dicat, impedimur prooemii authentici, in quo Hucbaldus iterum ponit numerum, v. 38

En tibi centenos, ter denos, bis quoque ternos.

Cum autem non liceat ambigere, quin Hucbaldus utroque loco eundem posuerit numerum, tenendus est in carminis inscriptione numerus maior; et fortasse casu in codicibus $E^{II}MRT$ UI *in* III *abiit, etiamsi tres versus omittuntur, duo sc. inscriptionis et unus subscriptionis; ego certe nolim nihil tribui ei rei, quod Maihingensis codicis margo ceteroquin cum Vaticano, Trevirensi, editione Erfordiensi consentiens maiorem numerum servavit. Tamen inde non consequitur praeferendam esse inscriptionem metricam. Ego certe Hucbaldum hominem modestum ita de se suoque opere scripsisse ut fit in metro,* Hucbaldi sapientis *et* egregium metrum, *non credo. Ita vero de confratre celeberrimo, quo gloriabatur monasterium s. Amandi, monachi aequales vel recentiores apte loqui poterant. Neque inutile erit, ubi de Hucbaldo nepote agitur, in Milonem avunculum inquirere. Cuius duo opera extant, alterum quod ipse Haimino inscriptum edidit de vita s. Amandi, alterum quod eo defuncto ad Carolum Calvum misit Hucbaldus, de sobrietate. In vita Amandi nulli inscriptionum vel subscriptionum sunt versus, sed subscribitur ita (PAC. III p. 609)*

Explicit vita beati Amandi confessoris Christi de prosa oratione in heroicum carmen metrico stilo transfusa habens libellos IIII, in quibus continentur versus MDCCCXUIII;

---

1) *A classe $E^{II}MRT$ etiam Cantabrigiensis staret, si is inscriptionem haberet; sunt in eo v. 141 secundum Gilesium; absunt enim ab eo v. 1—3 (quod memorabile est ob discrimen trium versuum) et (quod mero casu factum est, nisi forte solius editoris culpa) v. 81 et v. 113. In omisso tristicho initiali quin agnoscenda sit manus interpolatrix, vix potest dubitari. Inscriptio editionis E^I numero caret.*

in libris de sobrietate vero praefatio, tituli, textus singulis vel binis versibus distinguuntur, ita tamen, ut ab omni Milonis laudatione abstineatur. Num vero credibile est Hucbaldum qui in edendo avunculi opere postumo facile pietate moveri poterat, ut illum laudaret, id non fecisse in versiculis, quos operi illius ad edendum praeparando addebat, in suo vero carmine propriis laudibus non pepercisse? nil crediderim. Nonne multo est probabilius, ad similitudinem operis Miloniani monachum aliquem s. Amandi post Hucbaldi mortem eius carmini eandem operam dedisse, quam ille dederat avunculo? Idem iudicandum videtur de titulis capitum, quos non ab ipso Hucbaldo additos esse vel inde concluserim, quod is singula verba eorum a littera C *incipientia facturus fuisset; recepi eos, sed uncis inclusos, ut spurios indicarem.*

Sed totiens expulsa denuo recurrit difficultas illa numerorum. Nec umquam ea ignorabatur. In Duacensi libro versui illi prooemii ascripta est manu aequali haec adnotatio

> Versus CARM. CLARISONE non in repetitionibus, sed semel computatur; sic et CARM. CLARICANE. His cum reliquis addito titulo et finali versu fiunt CXXXUI;

quam interpretandam duxi. Et quod de versibus Carmina clarisonae *et* Carmina claricanae *dicitur, id discrimen non est nisi in codicibus DV, in quibus trium extremorum (cf. appar. ad v. 124) capitum versus intercalaris ita mutatur, ut pro* clarisonae *legatur* claricanae; *hoc totum discrimen est. Quid vero ineptius esse poterat quam, ut uno versu numerum augeret, intercalarem versum mutare uno verbo tam leviter deflexo? Si poetae intererat, artificii admirationem augere, certe non in extremis carminibus* claricanas Camenas *invocavisset pro* clarisonis, *sed versum intercalarem semper numeravisset. Tota autem ex adnotatione de Hucbaldi consilio nihil discimus, sed intellegimus saec. XII certe, si non antea, lectores attentos in illa difficultate haesisse. Sed redeo ad computationem illam examinandam. Sunt igitur quattuordecim cola non tam denorum quam, cum intercalares versus numerari noluerit nisi semel, novenorum versuum i. e. versus CXXUI; huc accedunt versus intercalares* Carmina clarisonae *et* Carmina claricanae *i. e. versus II, versus initiales* Carmina convicii *sqq. i. e. versus III, versus clausulae tres praeter intercalarem i. e. versus II, inscriptionis versus II, subscriptionis versus I: sic fiunt versus CXXXUI. Hoc ergo erat conamen hominis docti. Alteram discrepantiam cum maxime memorabilem qua subito fiunt versus CXXXUI sine ullo artificio, exhibent codices recentissimi Monacensis et Vindobonensis 3192 et ed. princeps a Traubio mihi commodata, et antiqui codicis Trevirensis supplementa recentia. Hi enim testes non agnoscunt caput de calvis coenobitis psalmistis grammaticis etc. (v. 34—43): nam etiam Trevirensis codicis supplementa v. 102 incipientia v. 104 praescriptam habent notam* Caplm IX *et sic deinceps; at Vindobonensis 4323 habet eos versus, etsi ceteroquin cum t consentire solet. Hinc iam olim M. Denis et nuper L. Traube in litteris ad me scriptis*[1] *coniecerunt caput illud in $E^I t$ iure omissum esse. Dubitabam initio, quam recte id statueretur, quod E^I non ita bonum textum exhibet, decastichon illud eodem peccandi genere absumptum ratus, quo absumi solent homoeoteleuta: postea vero non sine admiratione sentire coepi verissimo sensu Traubium id dixisse; nam in Denisio id non valde mirandum est, quod is scire non poterat, quot et quam antiqui codices versus illos tuerentur. Nam, quod perraro accidere solet, codices recentissimi prorsus egregii sunt etiam indole lectionum. Patefiet res exemplo. In praefatione non modo* Hattonis *nomen habent tw pro eo, quod DV exhibent* Catonis *(et recte in iis Hattonem dici cognoscitur inde, quod Hucbaldus Hattoni opus musicum dedicavit); sed etiam v. 24 in tw inest elocutio minus recta*

---

1) *'An einen Rechenfehler Hucbalds angesichts der klaren Disposition des Gedichtes und der mit dem Akte der "Dichtung" verbunden gewesenen Quälerei zu glauben fällt wenigstens schwer.' Traube.*

Munere ne vacui calamo trivisse labella
Paeniteant,

nisi quod Paeniteat *exhibet Vindobonensis; in DV versus ita exaratus est*

Munere ne vacuo sese trivisse labellum
Paeniteat.

Dices fort. rectiorem elocutionem ab Hucbaldo scriptam videri: sed rem conficere licet collatis Milonis verbis, quae per totum hoc prooemium ab Hucbaldi Milonis nepote exprimi primus vidit Desplanque:

Vergiliusque suum calamo trivisse labellum
Non doluit,

verbo item personali additoque illo calami *nomine. Nec desunt alia exempla, quae hic persequi longum est.*

Apparet igitur id exemplar (Moguntinum puto), unde $E^l t$ desumpti sunt[1], *ex archetypo nondum interpolato fluxisse, w autem eorum ceteroquin similem ex interpolato. Tum vero reicienda est inscriptio metrica codicum classis prioris.*

Restat ut de versibus ad finem carminis a Barthio et Silvio editis agam. Quod ut faciam, persequenda est ea opinio, qua carmen ad Carolum Calvum missum putabant. Cuius primum indicium extat in inscriptione v. 124 de 'calvo rege', etsi ibi non magis quam v. 51 de Carolo rege cogitavit Hucbaldus; sed inscriptiones spurias videri supra dixi. Secundum vestigium extat apud Sigebertum Gemblacensem, qui capite 107° libri de scriptoribus ecclesiasticis dicit Scripsit etiam ad imperatorem Carolum Calvum librum trecentorum versuum, cuius omnia verba incipiunt ab una littera id est C ut 'Carmina clarisonae calvis cantate Camenae': *nam CXXXXUI versus carminis additis LIV versibus praefationis fiunt CC: pro* CCC *autem emendandum est apud Sigebertum* CC. *Noverat igitur ille exemplar praefatione instructum et interpolatum, qualia sunt Duacense et Valentianense. Sigebertum sequitur Trithemius*[2] *in libro de scriptoribus ecclesiasticis a. 1494 edito et catalogo de illustribus viris Germaniae, a. 1495. Editione illa principe usus est Barthius, cum in Adversariorum libro XLVI cap. 22 col. 2175 sqq. Hucbaldi eclogam, ne periret, repetivit et qua largitate, auxit versibus quindecim, quos codice ex Bohemia accepto sibi suppeditatos mentitus est: neque enim recte Duemmlerus (N. A. IV 561) eos in codice Vindobonensi pal. 3192 legi dicit, quem ipse sine ullo fructu excussi. Noverunt philologi hominem falsarium, cuius codices plerique, etsi non omnes*[3], *Nephelococcygienses fuerunt. Hic manifesto homo fraudulentus tenetur, qui tot codices diversorum generum superesse nesciebat, ex quibus convinci posset. Sufficeret ad versus damnandos, quod in nullo extant manu scripto codice: accedit vero falsa forma* calvare *v. 1, quam Hucbaldus scribere non potuit, qui in carmine recte* calvendi *verbo utitur.*

Eglogae addidi carmina minora, de quorum codicibus v. apparatum criticum. Carmen de s. Landberto exhibui p. 141—159, quod Ios. Demarteau ab Hucbaldo scriptum coniecit argumentis non satis idoneis usus. Nam quod veriloquio nominis Stephani (v. 543) Hucbaldum auctorem prodi dixit, qui veriloquia nominum adamaverit (p. 63 sq.), parum novit morem totius medii aevi[4] *atque adeo veterum*[5]*; neque id genus dicendi omnino*

---

1) *Quod enim in editione praefatio omissa est, non potest inde concludi eam etiam ab eius codice afuisse.* 2) *Memoria dignum est Trithemii libros ab eodem Friedbergio Moguntiae typis repetitos esse, qui primus Hucbaldum prodidit praefixa notitia litteraria Trithemii.* 3) *Velut Patricii epithalamium a Barthio primo editum a suspicione νοθείας vindicavit R. Buente dissertatione Marburgensi a. 1891 edita.* 4) *Ascribo quae ex poetis in promptu sunt; facile multo plura ac paene innumera congeri possunt, si quis paulo attentius circumspexerit. Scribit Avitus de virginitate v. 372* prudenti quondam cecinit Prudentius arte, *Fortunatus in catalogo poetarum Christianorum (V. M. I 17 sqq.)* paucaque perstrinxit florente Orientius ore, martyribusque piis sacra haec donaria mittens prudens prudenter Prudentius

mirabitur siquis sciat nomina hominum propria et cum eorum, quorum sunt, indole artissime coniuncta haberi solere[1]*; quod autem s. Pauli apostoli litteris et Hucbaldum et s. Landberti biographum praecipue studuisse dicit (p. 60), ei rei argumento altero refutato nihil tribuendum est auctoritatis; hoc enim in plures quadrat medii aevi scriptores atque poetas. Quodsiquis nihilo minus mordicus teneat illam coniecturam, quae mihi neque probari neque refutari videtur posse, non magnum erit detrimentum, quoniam duobus eiusdem tomi locis carmina leguntur.*

[VERSUS HUCBALDI CALVORUM LAUDE CANENDI.]

Musa decus vatum, moderato, Polimnia, gressum:
Accelerans laetum Hattonis cernere vultum
Praesulis, officio comple quod nomine signas:
Pangito priscorum memorans monimenta virorum,
Quîs constat vatum non displicuisse Camenas,
Sed multis cumulasse viros pro carmine donis.

De inscriptionibus praef. et eclogae cf. p. 262; v. 1—54 habent DVtw 1 moderato *tw*: moderare *DV ex correctione grammatica (sic etiam Denis coniecerat)* 2 Hattonis *tw*: Catonis *DV* 6 multis *DVw*: multos *t*

immolat actus; ... sortis apostolicae quae gesta vocantur et actus facundo eloquio sulcavit vates Arator. *Milo, Hucbaldi avunculus, in vita s. Amandi I 55* hinc petit Andreas properando virilis Achaiam ac nomen proprium patrando viriliter implet. *Radbodus de s. Lebuino v. 60* nam si vertatur quod Liafwin cuna sonabat, carus amicus erit; *quae non longe differunt ab eis, quae in carmine de s. Landberto leguntur v. 60* patriae defensor ut esset, linguae barbaricae sat praesignante figura. *S. Remigium olim etiam Remedium nominaverunt, ad cuius nominis significationem respicit Sigloardus inscr. v. 12, cum homo quidam claudus ope s. Remigii sanatus prosiluisse dicitur* directis poplitibus, novo gressu abhinc suum prosequens Remedium, *qui locus eo magis huc facit, quod v. 4 usitatiore forma Remigii usus erat. Populus Romanus* ab Iove delegit Iovianum nomine dictum *(carm. de s. Cassiano v. 120), ab eodem poeta laudatur episcopus* nomine Simplicius de simplicitate probatus. *Hucbaldi imitatorem se ostendit laudator s. Quintini v. 33* Valeriusque vigens vasti valetudine verbi, *cum eodem artificio ineptias suas condiverit, quo Hucbaldus calvorum laudes; eidem s. Lucianus v. 29 est* antistitis arce refulgens *et v. 63* praesul pietate coruscus. *In carmine Laudunensi de s. Benedicta occurrunt v. 59* nam quaedam Romae Benedicta erat inclita virgo, nomine tum et merito, *cuius versus acumen totum edendo nos assequi non possumus, qui nomina initiali littera ornamus, et v. 136*[a] Luciani testis domini luculenti; *Waltharius Ekkehardi Haganonem ita lacessit v. 1351* o Paliure, vires foliis, ut pungere possis *iterumque v. 1421* spinosus *dicitur Hagano. Hrotsvit altius spirans se* clamorem validum Gandeshemensem *iactat (p. 137 B.) necnon in sexta comoedia in depingendis moribus sanctarum sororum Fidei, Spei, Caritatis earumque matris Sapientiae nominum vim saepius in usum vocavit. Alia exempla composuit C. Weyman in annalibus historicis societatis Goerresianae XV p. 96. Sed taedet rem latissime patentem amplius persequi.* 5) *Cf. e. g. Valckenaer ad Euripidis Phoenissas v. 639 et Lobeck ad Sophoclis Aiacem v. 430; Hertzog, Namensübersetzungen und Verwandtes (Philologus LVI p. 33 sqq.).*

1) *Quod uberrime exponit Frid. Polle in libello elegantissimo 'Wie denkt das Volk über die Sprache?' (*[2] *Lips. 1898).*

Per totam praefationem Milonis versus ad Karolum (P. A. C. III 612) imitatur. 2 Hattonis *praesulis Moguntini, quem titulum litteris initialibus v. 36 sq. significari probabiliter statuit Isid. Desilve.* 3 *cf. Fulgent. myth. I 14 (p. 643 Staveren)* Polymnia quasi πολυμνήμων i. e. multam memoriam faciens.

Minciadae quid contulerit sua Musa Maroni,
Testis adest orbis vulgans sua famina passim;
Naso quid Ovidius, quid Porphiriusve poetae,
Exilii poenas quorum solvere Camenae.
Augusto metri cum xenia Graeculus olim
Saepius afferret, sed praemia nulla referret,
Non prius audaces voluit compescere Musas,
Disticon eliceret tanto de principe donec,
Redderet et geminos gemino pro carmine nummos,
Se memorans largum: regem sic carpsit avarum
Multiplicemque sibi summam pro foenore sumpsit.
Addatur corvus humana voce salutans
'Caesar, ave'; spretis querulus qui vocibus infit
Inpensas operis proprii periisse magistri:
Augustus pretio quem mox mercatur enormi.
Temporibus priscis summorum more potentum
Musicanis haec lex fuerat servata poetis,
Munere ne vacui calamo trivisse labella
Paeniteant neque se vano sudasse labore.
Eheu! si perit haec forsan, studium perit omne
Discendi, dum nullus honos dependitur arti.
Heu! cadit in quemquam scelus hoc, qui rite vocetur
Princeps atque potens? Taceant si forte Camenae
Dactilicae, calvis quisnam, rogo, carmina laudis
Componet pulchris? quisnam, rogo, plena cachinno
Obstruet ora canum circumlatrantia calvum?
Candiduli calvi, concurrite, ferte iuvamen!
Tuque, decus summum, calvorum gloria, calve,
Nostra ad vota fave perque omnia prospera salve!
Perspice prudenti perlustrans pectore parva
Munera Musarum miris modulata melodis.
En tibi centenos, ter denos, bis quos ternos.
Quae 'centum' signat, quae 'calvis' nomine praestat,
Quae frontes pingit confingens cornua lunae,
Quae theatrum format, comprendit littera versus,
Non modo principia his, sed singula verba regirans.

---

19 qui] q̄ (*i. e.* que) *t* 22 potentum *Vtw*: parentum *D* 23 Hęc lex musicanis *DV* 24 Munere ne vacui calamo trivisse labella Peniteant *tw* (*cf. Milo v. 3* Virgiliusque suum calamo trivisse labellum non doluit): Munere ne vacuo sese trivisse labellum Paeniteat *DV ex correctione grammatica* 27 malus honos inpenditur *t*, onus *w* 30 Dactiloquis *(sic) t*, Doctiloque *w; sic dactylici metri mentionem saepius fecit Hrotsvit* 31 Componit *t* cachinnis *DV; cf. egl. v. 9* 32 Obstruit *t* 34 *sq. sic tw* (*in quo* per qd *i. e.* quod): *unde* caluorum gloria kere, Nobis atque fauens perque omnia prospera salve *D offensus constructione* favere ad —, *et hinc rursus* caluorum gloria kere Nobis atque favens iam secla per omnia salve *V offensus geminata coniunctione* atque *et* que; *homoeoteleuton* calve salve *exquisitum, ut adnominatio v. 36 sq.* 36 prudenter .. pectora *t (hoc casu, illud fort. consilio)* 38 ternos *DVw*: binos *t errore, propter* bis, *ut videtur; cf. praef. p. 264* . 39 nomine *Vt* (*'qui commence le nom des chauves'. Desilve;* prae-stare: *'voran-stehen')*: nomina *Dw* prestet *tw* 40 confringens *D*, constingens *t*

9 *de Ovidio ambigue dixerat Milo v. 5* Naso .. carmine multiplici mulcebat principis aures *(i. e. mulcere studebat?), etsi ne is quidem scivisse videtur, Ovidium neque ab Augusto neque a Tiberio esse revocatum.* 11—21 *utramque historiolam Milo a Macrobio, a Milone sumpsit Hucbaldus.*

En corvus cracitans te, princeps magne, salutat;
Nec tamen effundit querulas pro munere voces,
Inpensas neque causatur periisse laboris.
Nec volo me, carmen studui qui cudere laudis
Calvorum, quisquam privatum munere dicat,
Censeat aut credat; sunt nam mihi praemia quaestus
Maxima: nosse virum cunctis per cuncta verendum
Et quia me tantus dignatur noscere praesul.
Quem, peto, rex regum cum sederit arbiter orbis,
Inter pontifices faciat residere beatos
Aetherei tribuens illi consortia regni.
Sic sit, amen! chorus hoc calvorum personet omnis.

EGLOGA DE CALVIS
IN QUA HABETUR PARANOMOEON VERSUUM CXXXVI.

Carmina convitii cerritus, carpere calvos
Conatus, cecinit: celebrentur carmine calvi
Conspicuo clari; carmen cognoscite cuncti.
Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camenae.

[PROOEMIUM IN QUO INVITANTUR CAMENAE AD LAUDEM CALVORUM.]

Comere condigno conabor carmine calvos,
Contra cirrosi crines confundere colli.
Cantica concelebrent callentes clara Camenae;
Collaudent calvos, concludant crimine cluras
Carpere conantes calvos crispante cachinno.
Conscendat caeli calvorum causa cacumen.
Conticeant cuncti concreto crine comati
Cerrito calvos calventes carmine cunctos.
Consona coniunctim cantentur cantica calvis.
Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camenae.

[QUOD CALVITIES VELUTI QUODAM PRAESAGIO FUTURORUM QUIBUSDAM PROVENIRE VIDEATUR.]

Cum crescit calvi capitis cervice corona,
Consortem cleri consignat confore calvum,
Capturum claram Cristo cedente coronam.
Ceu crines capitis convellens crimina cordis,
Corde creatorem conspectat, corpore caelum.
Caelicolas cives cupiens contingere cultu,
Crimina cum curis condempnat cuncta caducis;

---

43 cracitans *DV (cf. Traube p. 613, 29)*: crocitans *tw* 45 labores *t* 46 qui] q̄ (*i. e.* que) *t* laudes *Dw* 54 personet *DtV*: prestat *w*

|| paronomoeon $E^{II}R^{1}$ || 1 cirratus *T (item v. 12. 81)* 2 celebrantur *T* carmina caluis *R* || in *om.* E^{I}, in quo *om.* $E^{II}M$ cam. inu. E^{I} imitantur *w* || 8 concl.] collaudent E^{I}, *unde* collatrent *vg.* carmine *DV* curas *Dw*, clubas E^{II} 13 coniunctum $E^{II}M$ carmina $E^{I}R$ || veluti] in E^{I} quibusdam *om. D*, quibusque E^{I} || 15 Concrescit *T* calui *om.* E^{I} 17 clarum̃ *T* 21 Carmina $E^{II}MT$ cond.] conculcat *D*, contempnens *w*

51 *sqq. cf. Hucbaldi versus ad Karolum (P. A. C. III p. 612) 55 sq.*

1 *cf. Abbo III 32 cum glossa (supra p. 117).* 8 *cf. Loewe, glossae nominum p. 67.* 9 *cf. Pers. sat. 3, 87; Sedul. I 332.* 12 *cf. Loewe, prodromus p. 366.*

Caeli conscensum, concentum caelicolarum
Concipiens cupide collaudat cuncta creantem.

[CALVOS CANTORES ABBATES DOCTORES ETIAM ET EPISCOPOS ESSE AC SACERDOTES.]

Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camenae.
Coniubilant calvi celso clamore canori
Continuantque choro castas cantare choreas.
Conformes capiti, concordi corpore cuncti
Complacitas cleri contendunt condere caulas,
Correpto cornu caelestia classica clangunt.
Conficiunt carum Cristi cognomine crisma;
Consociant cuneo conspersos crismate coetus.
Concordes caute celebrant convivia cenae;
Consaturant Cristi convivas carne, cruore.

[CALVOS COENOBITAS PSALMISTAS GRAMMATICOS ESSE ET POETAS ATQUE SCRIBAS PLURIMAEQUE ABSTINENTIAE.]

[Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camenae.
Conplures calvos cogunt castissima castra,
Caelica certatim celebrantes cantica Cristo.
Corpore crine carent, collustrant culmina caeli
Caelica concupiunt, cohibent curare caduca.
Componunt cartas, concinnant carmina clara,
Catholicum canon certum conscribere curant.
Conmulcant carnem, congestant corde calorem
Constantem, castum; communi currere cursu
Contendunt celeres caelique capessere culmen.]

[QUOD CALVI REGES SINT ET IMPERATORES CONSULES QUOQUE LEGISLATORES ET IUDICES.]

Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camenae.
Conregnant calvi, conscendunt culmina caeli,
Conspicui, compti crisea cervice corona.
Clementes censu condunt consulta clientum:
Concinnose, cave: condempnant crimina calvi.
Censorem calvum censuram condere constat.
Cordacem calvum cordatum crede cavendum:
Calventem calvos caecari corpore censet.
Calvitium calvi caecatus carpere cessa;
Cessa calvastrum, cessa corrodere, cessa.

[QUOD CALVI SINT DUCES EXERCITUS IPSI ETIAM BELLATORES DOCTISSIMI ET ROBUSTI.]

Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camenae,
Conducunt calvi cuneos certamine claros.
Conpugnant calvi cristati casside coni,
Contorquent, crispant celeres cum caede catervas,

---

23 Cupiens E^{I} (*pro* C̄cipiens), *unde* Concupiens *vg.* || doct. abb. cant. et ep. (*om.* etiam) *M*, cant. doct. abb. et ep. E^{II} cant. abb. doct. et ep. presbiteros ac sac. (*om.* esse) *w* ac] atque E^{I} || 26 Continuanto *in* -nte *corr.* T^{2} choros E^{I} 27 concordes DE^{II} 28 Complicitas *R*, Complacidas E^{I} 30 crisima T^{1} *(pronuntiationis causa?)* 32 concelebrant E^{I} || *totum caput cum inscr. om.* E^{I} *(defuit etiam in archetypo codicis t); sic* $E^{II}TV$ *et (om.* que*) R* esse *om. M* et scribas et plurimę abstinentię *DM* atque poetas, scribas quoque et plurime abstinentie *w* || 36 carmina $E^{II}MT$ 38 concipiunt *R* 41 corde] carne $E^{II}M$ 42 communi .. cursu *in* communem .. cursum *corr.* T^{2} 43 celebres *T* caelique] cęleste T^{2} || reges calui *DTV* quoque *om. M* || 45 caeli] clari $E^{I}R$ 48 Cui cinnose caue conderi (*sic*) cr. c. *w* 50 Cordacem] Censorem *(ex v. 49) M, totum versum in fine capitis ponens* 51 calvos] cecus E^{I} censet] cesset $D^{1}V$ *(ex v. 52 sq.)* 52 cessa] cesset *R* || *v.* 54—63 *et v.* 64—73 *(neque vero inscriptiones capitum) transp. R* docti *w* || 55 cunctos *T* 56 cristato (o *ex corr.*) *T* coni] com T^{1}, compti T^{2}; conum *D* 57 catetas w^{1}

40 canon: hoc *κανόν putavit, non* hanc *κανόνα.* 42 *cf. e. g. Esai. 40, 28.* 50 *cordacem calvum crede cavendum esse; nam cordatus est.* 53 *cf. Loewe, prodromus p. 424.*

Comprendunt cirros, contundunt calce comatos,
Cuspide confodiunt; capulo concisa corusco
Colla cadunt; celebrant calvi clamore celeuma.
Commotus certare catus certamine calvus
Conculcat, caedit, crinitos cedere cogit,
Captivos captat, captos cervice coartat.
Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camenae.

[IN EXPERIENTIA ARTIS MEDICINAE TAM FARMATIAE QUAM CIRURGIAE LAUS CALVORUM.]

Comperies calvos columen conferre cerebro;
Comperies calvos capitis curare catarros;
Comperies calvos caecas curare catervas.
Cronica cum cancro ceditque cacexia calvo;
Cardia cor carpens cassatur, colica cessat.
Contrectans calibem concisa carne cohercet
Corruptum capitis cocta cervice cruorem.
Cur complura cano? clandestina cuncta caduci
Corpore confutat, collapsaque corpora curat.
Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camenae.

[INVECTIO INCREPATIONIS ADVERSUS CAVILLATOREM CALVOS CONVITIANTEM.]

Corde cavus, cirrose, cave certare creanti
Convitiumque creaturae condicere cessa:
Condita cunctipotens causarum cuncta creator
Constituit, curamque cavens conferre creatis
Cetera curvavit, clarum consurgere calvi
Concedens culmen, cui cedere cuncta coegit.
Cerritus cur collatrat clamore canino
'Condiderat calvum collapsa cucurbita caeno'?
Conticeat citius caenosa calumpnia cuius.
Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camenae.

[ITEM ADVERSUS EUNDEM CAVILLATOREM ET LAUS CALVORUM DE HUMILITATE ET CARITATE ATQUE CASTITATE CORDIS ET CORPORIS.]

Complex carnificum, corium convellere calvo
Cur censes? cordis convellit crimina calvus.
Cur censes capiti cineres conspergere calvo?
Cognoscet calvus cineri concrescere corpus.
Cur censes calido carnes carbone cremari?
Corda cremant calvi Cristi concocta calore.
Cur censes calvum castrari corpore castum?
Cordetenus cunctis castratur concito culpis.
Carmine carnificans calvum, compesce cavillum.

---

58 contendunt TV^1 calle T 59 conscissa E^I 61 Commotos T^2 62 Conculcans DTV || *sic* DV, *nisi quod* cirurgae V: laus calvorum (de *add.* C?) experientia (ex peritia R, et pericia w) artis medicinae tam farmatiae (-tine E^I) quam cirurgiae (cirurgae T) (C)$E^I E^{II} MRT$ w || 67 cauernas $E^I w$ (*'Augenhöhlen'?*) 68 Cromica M cancro curata (-ncro *et* -urata *in ras.*) T^2 (ceditque *fuisse nequit*) 70 concisa DTV: concissa $E^{II}MR$, conscissa $E^I w$ 71 Correptum E^{II}, Coreptum T coacta V cruore T 72 Cumplura M cuncta] cura D 73 Corpora T^2 || increpantis E^I || 75 Corde caluus E^I, *unde* Cum caluis *vg.* 76 conducere $E^I Rw$ Conuicium caluo condicere crimine cessa T^2 78 curam capiens T^2 79 Cetam (*i. e.* Ceta) E^I curauit $E^{II}V$ consurgite T^1V^1 caluis DV^2 81 carano R || cauillatorem *om.* $E^I E^{II} MRw$; cauillatorem quem supra T et (*ante* car.) *om.* $E^I E^{II}$, et car. *om.* w castite V corpoR, T, corporis eorum w cordis et corporis *om.* E^I || 86 censens M 87 caluos E^I 88 Cognoscet (*'er* cinere *wird wissen'; quod tu sc. vix noveris vel concedes*) DTV: Cognoscit $E^I E^{II} MRw$ *fort. recte* Cognoscit caluus cinere R (cinere *etiam* E^I) 90 crema R 91 cistrari *et* 92 cistratur T^1 92 castatur D 93 Carmina R carmficans T^1

65 *cf. Loewe, glossae nominum p. 208.* 69 *cf. glossam Abbonis III 65.* 71 *Aderlass bei Sonnenstich?* 80 *culmen.*

Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camenae.

[EXPROBRATIO CARMINIS EIUS ET PARADIGMA ILLIUS DE HELISEO PROPHETA CALVO ET PUERIS ILLI INSULTANTIBUS.]

Carminibus caveo claris coniungere caeca;
Calcetur caeno calcanda calumpnia calce.
Caenosus caenosa canens concludito cannam.
Censetur certe censorem codice cautum
Clarividum calvum, cui conscia caelica cuncta.
Commotum calvum circumlatrante cachinno
Clamantes 'conscende citus, conscendito, calve'
Condempnasse cacos: confestim crimina clarent
Convitii, corrosa cadunt cum corpora carptim.

Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camenae.

[DE EGREGIO CALVO PAULO APOSTOLO QUOD A CRISTO VOCATUS SIT CAECATUS RAPTUSQUE IN TERTIUM CAELUM.]

Carmina calvorum cumulentur carmine calvi
Conspicui, cuius crudelis cautio caedis
Constiterat Cristi cultores carnificare.
Coniubilent circumfulgente carismate calvo
Caecato cuncti! Cristi clamore citatus
Corruerat cito, confossus ceu cuspide conti;
Confestimque capit conscensum culmine caeli;
Clarivido cernens conspectu cunctipotentem,
Confore cor cuius claret caeleste catinum.

Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camenae.

[QUOD EX PERSECUTORE FACTUS SIT PRAEDICATOR ET QUOD COMAM NUTRIRE ET TURPEM VETAT PROFERRE SERMONEM.]

Conglomerate choros, calvo celebrate choreas.
Censuram celebrem calvum cambisse colendum
Comperimus: caeli consul consulta cauendi
Crimina consultat, caenosi cuncta cohercet
Colloquii, cunctis communia commoda censet.
Confundit cirros, collegia civica condit;
Conciliando, consponsorum Cristicolarum
Corda ciet, capiti corpus coniungere certans
Cerritus celebres cesset contempnere calvos.

Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camenae.

[ALLOQUITUR POETA CAMENAS DE CAVILLATORE INSINUANS EUM CALVI REGIS IUDICIO CAECATUM.]

Crudelem calvos casso conamine cunctos,
Carpere conantem compescite crimine captum;
Convitii commentantem commenta caduca

|| eius] euis *T* illius *TV*: *om. (C)D$E^{I}E^{II}$MRw fort. recte* || 95 coniungere caeco T^{1}, committere c. T^{2} 96 Calcentur $E^{I}w$ culmina E^{I} 98 censorum $E^{I}Rw$, censori .. cauto D^{2} 99 caelica cuncta] cuncta colenda w^{1} consecutura $E^{I}w^{2}$ 100 catulum $E^{I}w$ (*propter* circumlatrante) circum latrare *R* 101 conscendet T^{1} *v.* 101 *finitur T, v.* 102 *rursum incipit t* 103 corpore *t*; *in M* corpora, *sed* a *in ras.* M^{1} carptim (C)D$E^{II}RtV^{2}w$: captim $E^{I}MV^{1}$ || de egregio praedicatore calvo Paulo apostolo et doctore gentium, quod a Cristo vocatus, in via sit caecatus raptusque usque in tertium caelum *DV*, *cum quibus $E^{I}tw$ in ea una re consentiunt, quod* caluo Paulo apostolo *exhibent (sed proximo demum capite de Pauli praedicatione agitur; cf. ibi etiam inscript.), cum $E^{II}MR$, quos ceteroquin testes secutus sum,* Paulo apostolo caluo *ponant* sit caecatus $E^{II}M$ (*cf. DV*): caecatus sit $E^{I}Rt$, et cec. sit *w* || 105 carmina *R* 107 Constituit *R* 108 Coniubilant V^{1} crismate $E^{II}M$ 109 citatis *R* 110 conta E^{I} 113 catinum (*cf. actus apost.* 9, 15 vas electionis)] cacumen R^{2} || Quod factus sit ex persecutore *(sic etiam w)* predicator et quod uetat comam nutrire *t (nihil amplius)* persetore *V* sermonem *DV*: sermonem proferre $E^{II}MR$, proferre sermonem $E^{I}w$|| 115 Conglomerare *t* choros caluos *V* 116 combisse $E^{I}w^{2}$ (*hinc* compsisse *vg.*) 117 cauendum *D* 123 contempnere] coniungere *(ex v. 122) DV* || camenas poeta *t* regis *om. t* iudicio cecatum *add.* w^{2} || 124. 134. 144 claricanae *DV* 127 commenda *R*

94 *cf. Regum IV* 2, 23. 98 *cf. Loewe, glossae nominum p.* 81[1]. 99 *cf. v.* 112. 124 *sqq. cf. praef. p.* 264.

Concito convictum caecis concludite claustris:
Calvaster censor caecari crimine captum
Censet — caece canis cessa contempnere calvum!
Conquinisce, canis conpingens crimina calvis!
Conquinisce, canis collatrans carmine calvos!
Conquinisce, canis, cessans corrodere calvos!
Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camenae. [EPITOMA LAUDIS CALVORUM A CORPORIS SITU ET PULCHRITUDINE ET QUOD CALVUS MICROCOSMOS SIT.]
Concilium clarum calvorum cogere coetum
Cum cernis, calvum caeli comprendito ciclum;
Calvitii culmen caeli cognoscito centrum.
Circuitum cosmi commendant cetera calvi.
Calvos consocia, candentes congere calvos,
Cinthia cessabit criseos conferre colores;
Cornua contenebrans cedet concrescere calvis.
Collucent calvi; calvorum cassida candet,
Conrutilans caeli ceu copia clara coruscat.
Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camenae. [CLAUSURA CARMINIS ET LAUDIS CALVORUM.]
Conveniet claras claustris componere cannas.
Completur claris carmen cantabile calvis.

[Carmine, clara, cave calvos calvare, Camena;
Crispa cadat contra caudata calumnia cirro.
Calvorum charites cantatae carmine claro
Conticeant, cum clangenti concita canore
Conciderint caeli cum Christi culmina cultu.
Caesareae capides, cauti cata cista Catonis
Concludant cleri captantia carmina culpas.
Carmina, calvorum comtrix, conclude, Camena.
Carole, cum calvis, Caesar clarissime, canta
Crucifero Christo clari conamina cleri.
Clausa Camena capit cum Caesare congrua curam.
Comta corona cave; cum Caesare condita calvo
Caroleos comunt celebrantia carmina calvos.
Christe, caput calvum cum comto contueare,
Crux cuius cunctis condonat crimina calvis.]

---

128 concludere *w* 130 *sq. inverso ordine habent DV, sic:*
Conquinesce canis, conpingens crimina caluis.
Cessa *(sic)* caece canis, cessa contempnere calvum (calvos *D ex v. 132 sq.*);
sed necesse est Censet *cum superioribus cohaerere* 131 *sq. inverso ordine habet t* 132 crimine *M* || microcosmus $DE^{I}V$, sit microcosmos $E^{II}M$ || 135 cōgere $R^{2}t$ 139 cogere *w* 141 concedet crescere *DV* 143 choruscat $DE^{II}t$: choruscet $E^{I}MRVw$ || *sic DV, nisi quod* laus *V*: Clausula carminis $E^{I}Rt$, Terminatur laus caluorum $E^{II}M$ || 145 Conuiet E^{I} caras *R* || Explicit egregium calvorum nomine metrum *subscribunt DV, om. cett.*: Hoc scriptum carmen complet dulcedine mentem *(hunc versum om. E^{I})*. Explicit carmen Hugbaldi monachi ad Karolum de laude calvorum *add.* $E^{I}t$

Cf. praef. p. 264. Hic addo versus Hubaldi ad Carolum imperatorem *commemoratos in catalogo Atrebatensi saec. XII (Becker, catalogi antiqui 125, 18 p. 254) aut versus a Traubio in tomo III p. 610 sqq. editos esse aut eclogam de calvis similiter atque a Sigeberto et in codice Duacensi (cf. supra p. 264) factum est ad Carolum Calvum relatam; Barthii figmenta illius catalogi testimonio fidem non accipiunt* 2 candata *Barthii ed.* 14 *Barthius fort. voluit* comtu

145 cannas: *cf. Wattenbach, Schriftwesen³ p. 222. 224.*

HUCBALDI VERSUS DE DIEBUS AEGYPTIACIS.

I. Prima diem primam Iani frons aspicit atram; *Ian. 1*
Posterior quoque septenam de calce revisit. *Ian. 25*
II. *A* Februo mensis detorso nomine quartam *Febr. 4*
Ac finis ternam dat, ut inferat Orcus in orcam. *Febr. 26*
III. Martius exacuit primę mox spicula † martis; *Mart. 1*
Utque ruant plures, huic quarta a fine iugatur. *Mart. 28*
IV. Hinc aperit decimae Aprilis fera limina mortis, *April. 10*
A*nte* sui metas undenam nectit et illi. *April. 20*
V. Tercia principio Maii, tum septima fini *Mai. 3. 25*
Proxima, quîs sęvi metuuntur cornua Tauri.
VI. Iunius at Geminis geminos dicat ordine soles:
In decimum, Castor, quindenum *ver*gito, Pollux. *Iun. 10. 16*
VII. Loetales sic tredecimo fert Iulius aestus; *Iul. 13*
Cui decimum socians mensis nox terminat orbem. *Iul. 22*
VIII. Absorbet primam Augusti faux saeva Leonis, *Aug. 1*
Accrescens numerum rapit et de fine priorem. *Aug. 30*
IX. *Ecce* tibi quid cum fuscis, o Virgo, diebus?
September tuus hinc ternam capit, hinc quoque denam. *Sept. 3. 21*
X. Librat in Octobri pariles quae temporis horas,
Libra diem ternam, parilem facit a pede denam. *Oct. 3. 22*
XI. Scor*pios* in quinta loetum parat inde Novembris; *Nov. 5*
Ipsius in cauda ternam caudę ferit ictu. *Nov. 28*
XII. Arcitenens volucri septenam mense Decemb*ri* *Dec. 7*
Incursans telo ferit, articuli quoque denam. *Dec. 22*

Bis denos et bis binos tibi collige, lector
Caute, dies nnmero, retinent quos ordine menses
Iam dicto; nec in his penas tibi forte //uores
Inc/// medicamque caelis consuescere dextram.
Namque ferunt isti spatio non temporis amplo
Mortis inesse citam miseris mortalibus horam;
Et quia mors visus hominum tenebrescere cog*it*
Ac tenebrae Aegyptus greci sunt famine verbi,
Hos 'Aegyptiacos' placuit de more vocare;
Quos *o*culo, lector, vigili tu prospice sollers,
Mors tenebris ne saeva suis tibi lumin*a* claudat.

HUCBALDI VERSUS DE DIEBUS AEGYPTIACIS *ex cod. Paris. bibl. nat. nov. acquis. 1525 (cf. L. Delisle, mscrs. latins et français ajoutés aux fonds des nouvelles acquisitions pendant les années 1875—1891, I p. 254) fol. 4*[1] *paene evanido mihi diligentissime descripsit et cum meis supplementis archetypon iterum contulit A. Vidier; obliquis litteris supplementa mea impressa sunt* 4 orcam *sic P ('Lostopf'? cf. schol. Lucani V 394)* 5 *fort.* lucis 8 Ante *suppl. Vidier* 13 ferti ulius *P* 27 *sq. emendare et supplere nescio* 29 'istis *a un nouvel examen me parait presque certain'. Vidier: correxi* 30 citat *P: correxi*

De diebus Aegyptiacis (i. e. fatalibus) egerunt Cl. Salmasius (de annis climactericis, Lugd. Batav. 1648, p. 815 sqq.), Th. Mommsen (C. I. L. I[1] *p. 374 =* [2]*p. 297;* [1]*p. 411), W. Schmitz (Rh. M. XXII p. 303; XXIII p. 520). Hucbaldus non cum diebus Philocalianis (C. I. L. I*[1] *p. 374) consentit, sed cum Beda (eius enim feruntur esse versus a Mommseno C. I. L. I*[1] *p. 411 editi; cf. Bedae ed. Colon. I p. 394) cetérisque medii aevi testibus a Mommseno et Schmitzio citatis.* 32 *cf. e. g. Augustin. in psalm. 77 (ed. Bened.*[3] *VI 38)* Egyptus in Hebraea lingua tenebras vel tribulationes significat.

YMNUS DE SANCTO THEODERICO.

I.

1. Festiva Christo cantica
Nunc turma fratrum concinat,
Qui semper in sanctis suis
Mirandus et laudabilis;

2. Theodericum terrea
Et carnis oblectamina
Qui corde fecit spernere
In seque mentem figere.

3. Is ergo spernens seculum
Christoque sponsam conferens
Caelestis aulae praevium
Sibi petit Remigium;

4. A quo salubri dogmate
Cum doctus esset optime,
Datur pater coenobio,
Fundat poli quod nuntio.

5. Praeclarus hic in dogmate
Et actibus sublimior
Multis parabat perviam
Artam polorum semitam.

6. Divina mox clementia
Miraculis hunc radiat,
Ut verba vitae seminans
Et sanitatem conferat.

7. Nam suscitavit unicam
Theoderici filiam
Ipsique regi postea
Lumen restaurant turbidum.

8. Oremus ergo supplices,
Nos huius ut precatibus
A vitiis Christus levet
Illustret et virtutibus.

9. Sit laus, decus, virtus, honor
Patri, proli, paraclito;
Sit trinitati gloria,
Uni deo, per secula. Amen.

II.

1. Exultet domino mente serena
Laudes ac iubilos contio nostra
Solvens almifluis atque colendis
Festis eximii Theoderici.

2. Qui tactus radiis spiritus almi
Dum transire videt gaudia mundi,
Sprevit, clara figens lumina mentis,
Quo nos certa vocant munera Christi.

3. Hic nam Remigii dogma magistri
Sectans postposuit noxia secli;
Cui mox coenobii creditur ordo,
Quem digne coluit dogmate claro.

4. In quo mira nitens caelica virtus
Infirmos varia clade levavit
Et regis sobolem ordine miro
Orando revocat mortis ab antro.

5. Tu nos ergo, pie Christe redemptor,
Istius meritis solve (precamur)
Cunctis criminibus atque beatis
Iungas agminibus lumine regni.

6. Sit laus ingenito, gloria, patri;
Virtus atque decus sit genitoque,
Maiestas similis paraclytoque
Unus qui deus est tempore secli. Amen.

HYMNI. *Hucbaldi* (Hucboldi *Vat. Reg. 466) epistulam* dilectis in Christo patribus et fratribus congregationis almi confessoris Christi Theoderici *scriptam de responsoriis s. Theoderici eorum rogatu compositis et de capitulis ab illis pro ipso tam vivo quam defuncto canendis, et hymnos duos ediderunt Mabillon (Annal. III p. 692) 'ex manuscr. cod. Ottoboniano' et Bollandiani (A. S. Iul. I p. 81) 'ex ms. reginae Sueciae in 4° n. 1456'. Mihi codicem Vatic. Regin. 466 (sic) fol. 25 contulit I. Schwalm (= V), cod. Remensem 314 (olim 191—207: sic Chevalier, repertor. hymnolog. n. 6175. 5851) fol. 231 descripsit L. Demaison (= R). Epistulam habet V, omittit R; ego eam exclusi, quod de* r e s p o n s o r i i s *Hucbaldus scribit, non de hymnis.*

I *inscriptionem om. R;* |YMNUS *V (eras.* H) 3, 1 I/s *V* 3 preuium *R*, preuū (mīū above) *V* 6, 4 conferens *R* II 2, 3 lumina (a *in ras.) V* 3, 2 postposuit (post *ss.) V* 4 coluit *V*: claruit *R* 4, 3 subolem *V*[1]

APPENDIX.

VERSUS IUDIONIS IN CONFIRMATIONE OPERUM MAGISTRI SUI HUCBALDI BALDRICO PRAESULI DESTINATI.

In primis, Baldrice, vale, clarissime praesul,
Nomine reque decus, nobilitatis opus.
Hoc opus est actus Lebuini patris amandi,
Hucbaldus doctor quod decorat calamo.
Hinc caelis dignus, terris memorandus habetur;
Sed tu laude sua dignior exsuperas,
Cuius ob auspicium fecit, quod fecit, id ipsum:
Hinc consors operis laudibus erigeris.
Haec ita de reliquo vobis liceat mihi coram
Lectori vestro dicere, quae cupio.
Lector erit vester Nitgerus carus adelphus;
Ipse adeo studuit, ut legeretur opus,
Dum verbis crebro scriptorem mulsit amicum
Et tandem obtinuit, quod bene concupiit.
Hoc ego post lectum mihi praecipiente magistro
Carmen subsigno, tum simul haec iubilo.
Nil melius, fateor, legi, mi lector amice,
His, quae Hucbaldus scripsit et edocuit.
Quod dixi, potes in vitae rescire libello
Liafwini sancti magnanimique patris.
Hunc bene si recitas, offendis seria plura,
Quae rethor serit hic grammaticusque simul;
Et si iudicio calles discernere docte,
Sermo evangelicus currit et historicus.
Omne etenim spatium sic regula dirigit artis,
Ne quem fallat iter aut via decipiat.
Et similis Ciceronis inest constructio docta,
Augustinus et hic ut docet invenies.
Dummodo cordatus, non invidus atque detractor
Hunc recitans volvat atque legens replicet.
Quocirca quisquis legis haec non corde sinistro,
Cum Iudione simul ex animo rogita:

VERSUS IUDIONIS *et hymnum* Votorum deus arbiter *edd. Martène-Durand (Coll. ampliss. I p. 267) 'ex ms. Verdinensi'. Contuli cod. Berol. theol. Q. 142 (cf. p. 161) fol. 197 (= B).* operum *in mg. add.* B^1 Hucbaldˀ B. *B* 2 reque *Martène-Durand: om. B* nobilita² (*i. e.* -tatur) *B* 9 H^c (= Hec) *B; item v. 16* h^c 12 adeo] multis *(glossa) ss. B; fort.* multum 13 uı̄s (*i. e.* verbis) *B fort.* amicis 16 tū B^2: tu B^1, tunc *Martène-Durand* 20 Liaffwini *B*

Iudio, Hucbaldi discipulus, Baldrico episcopo Ultraiectensi (901—920) commendat Hucbaldi vitam s. Lebuini ad carmen Radbodi (supra p. 169) expressam, quam legat fratribus Ultraiectensibus lector Nitgerus (idem nomen e. g. monachi Mettensis c. a. 830; cf. Piper, confratern. I p. 339, 3). 9 de reliquo: *'des weiteren', d. h. im Folgenden.* 16 *carmen subicio vitae a magistro scriptae.* 19 *'erproben'.* 29 *'der das Herz auf dem rechten Fleck hat'.*

'Hucbaldum, deus, hunc dona durare per annos;
Post mortem carnis iunge dehinc superis,
Ut te cum sanctis laudet per secula cuncta,
Qui deus unus ades, trinus et ipse manes'. Amen.
Deo gratias.

---

1. Votorum, deus, arbiter,
Quae dant fideles pariter,
Rogamus, nostris vocibus
Ut annuas propitius,

2. Per Lebuini merita
Quo nostra solvas crimina,
Quibus quasi compedibus
Illaqueati cernimur.

3. Sed, quod nequimus consequi
Reatu multo saucii,
Id Lebuino tribuas,
Qui sanctis tuis nil negas.

4. Hic nobis dux et praevius
Sit in periclis omnibus,
Huius precatu territus
Facessat hostis invidus.

5. Hic nos purgatos sordibus
Restituat caelestibus,
Ubi felici gaudio
Fruamur aevo intermino. Amen.

Cf. Chevalier, rep. hymn. n. 22190 4, 4 facescat B^1 *Sequuntur in B haec, quae ex officio s. Lebuini petita videntur, hic propter etymologiam nominis edenda:*

O beate confessor domini Lebuine, quem sibi carum amicum *(cf. p. 171 adn. ad v. 56)* in sacerdotem magnum ipse dignatus est eligere, vota (quaesumus) nostra pia intercessione prosequere, ut et hic delictorum omnium veniam et in futuro tecum vitam consequi mereamur aeternam.

O felicem sanctae ecclesiae sacerdotem, cuius conscientia gratum deo habitaculum praebuit, cuius anima cum sanctissimis civibus Christum incessabili voce conlaudat, cuius patrocinio delictorum vincula relaxantur et periculorum remedia *('Heilmittel der Prüfungen')* divinitus conferuntur.

LIOS MONOCUS.

De Lio monoco libelluli sacerdotalis auctore mentionem fecit primus Ducange[1], *qui sub nomine illo Heliam quendam monachum ceteroquin prorsus ignotum latere coniecit. Continetur illud carmen extrema parte codicis Parisini 13386*[2] *madore vitiata, quem codicem dum inter thesauros bibliothecae nationalis describit, L. Delisle*[3] *etiam hoc opus breviter, ut ratio catalogi poscebat, commemoravit. Specimina carminis inediti olim descripserunt Viri Clarissimi L. Delisle et H. Lebègue, ille Traubii, hic Duemmleri rogatu. Traubii ex praefatione ad Iohannem Scottum verbis*[4] *commotus cum carmen poetis aevi Carolini inserere constituissem, impetravi, ut codex unicus Berolinum mitteretur, idque in litteris ad Traubium datis commemoravi (neque enim sciebam eum ipsum editionem Liu parare): triduo post integrum ab eo accepi apographon, quod interim non multo antea in suum ipse usum ab H. Lebègue V. Cl. faciendum curaverat; cessit opere edendo atque adeo observationes exquisitas, quas de Lio monoco in schedas coniecerat, addidit. Traubii igitur merito, quis Lios fuerit, exponere mihi licet; Traubio mecum gratias habebunt, qui ex libellulo sacerdotali de Bretonum studiis et de faminibus Hispericis aliquid disci posse existimaverint, quae a Lio compilata esse ille cognovit: ego nihil aliud praestare potui, quam ut Traubii inventis usus apographon cum archetypo Parisino denuo conferrem et explicarem, satis superque contentus, dum ne illum visa editione mea beneficii exhibiti paenituerit.*

Lios monocus ille praeter codicem Parisinum semel videtur commemorari; contulit enim Traubius subscriptionem codicis Vaticani Regin. 296 a Reifferscheidio[5] *editam*
Expł. septeni[6] libri sancti Orosii, q̄uos Lios monocus iussit pingi diaconus.
Idcirco, fratres karissimi, qui istos scrutemini, orate, rogo, pro illo, ut deus ei longaevam felicemque tribuat vitam et post in die ultimo eius animae in caelo requiem concedat cum sanctis et sedem regni perennis. Amen. *Codex a Reifferscheidio saec. IX vel X, a Zangemeistero*[7] *saec. X adscriptus, siquidem subscriptio ab ipso Lio subscribi iussa est neque ex codice Liu iussu scripto transsumpta, recentior esse vix potest saec. IX, quo scriptus est Parisinus 13386; glossas, quae multae adiectae sunt bretonicae*[8], *Reifferscheidius dicit saec. XII adiectas esse: at glossarum litterae*

---

1) *In indice auctorum ad Glossarium, ed. noviss. vol. X p. XLIX*ᵃ. 2) *Codex ille fuit s. Germani a Pratis, prior pars olim s. Petri Corbeiensis. Ad s. Germanum pervenit pars codicum Floriacensium (cf. Hagen, catal. codd. Bern. p. X sqq.), quorum multi ad res Bretonicas spectant (cf. Zimmer, neue Fragm. von Hisper. fam.: Nachr. v. d. k. Ges. d. Wiss. zu Göttingen 1895 p. 161 sq.).* 3) *Inventaire fasc. II p. 100.* 4) *P. A. C. III p. 523*[1]*: 'eius carmen, quamvis corruptum extet in codice, dignum videtur esse, quod edatur.'* 5) *Bibl. patrum latin. Ital. I p. 388 sq.; cola distinxi.* 6) *Sic Reifferscheidius; an* septem*?* 7) *In Orosii editione Vindobonensi p. XXI.* 8) *The Academy 18. Jan. 1890 XXXVII p. 46; Zimmer, l. l. p. 162.*

minutae saepe characteras ferunt longe diversos, etiamsi sunt prorsus aequales. Sed, utcumque ea res se habet, Lion Bretonem fuisse certum est, quippe qui famina Hisperica habeat astia *(= copia),* dusmus *(= diabolus),* heros *(= deus),* orgia *(= obsequia),* ostreus *(= purpureus),* pantes *(= omnes),* perna *(= membrum),* pessa *(= via),* senna *(= dens),* tonstrum *(= gehenna). Quo loco scripserit, dicere nequeo; ex v. 52—83, quibus in laudanda beata Virgine luxuriatur, facile conicias, eum monachum eius fuisse, neque veri est dissimile, monoci nomine monachum significari.*

Restat ut de carmine ipso et de codice paucis dicam. Si enim poetae exordium accuratius expendas, nescio an dubitatio suboritura sit, num suam Lios doctrinam lectoribus proponat:

Ecce sacerdotalis in arte libellulus esse
Metrali positus veraci karmine gaudet,
Ridet et ingenti, clarum fore, quod fuit atrum;
Quodque diu plures finxerunt falsidicorum,
Dogmate clarifici manifesto scribere temptant.
En veris dicant, quod falsis ánte sonabant.

Videamus, quid id sit: 'der Libellulus sacerdotalis freut sich in metrischer Kunst durch ein christliches Gedicht dargestellt zu sein und jubelt laut, dass, während sonst Gedichte ein Vorrecht der Heiden waren, jetzt das Metrum christlichem Stoffe dienen muss.' Suum igitur meritum Lios inde videtur quaesivisse, quod libellum sacerdotalem versibus *composuerit, quibus Christiani uti fere non solerent: id quoque Bretonem hominem scribere tenendum est; nam Gallus certe post litteras Karoli Magni studio suscitatas in tanta noviciorum carminum christianorum copia id scribere non potuit. Sed etiam plus ex illis versibus consequi videtur: nempe ita non dicere opinor nisi eum qui alienum*[1] *opus pedestre versibus explicuerit, quod genus opusculorum latissime patet; sufficit hic praeter vitas sanctorum metricas ex antiquitatis temporibus extremis producere exempla Avieni* qui totum Livium iambis scripsit *(p. 175 ed. Holder), Iuvenci*[2]*, Cypriani Galli, Claudii Marii Victoris qui Genesin interpretatus est Alethias libris tribus, Aratoris, Paulini Nolani qui psalmos 1. 2. 136 et Lucae c. 1 versibus persecutus est, eius qui Tertulliani ad Marcionem libros carmine induit, Poetae Saxonis, interpretis leonini Gestorum Apollonii saec. X ineunte non antiquioris. Breto igitur Lios si libellum quendam sacerdotalem prosa oratione scriptum versibus expressit, nihil aliud fecit, quam quod saepe factum est. Opus autem illud, etiamsi certis argumentis res evinci non potest praeter v. 246, unde scriptorem de peccato originali sententiam sectatum esse concluserim haereticam, videant dogmatum periti num forte fuerit Pelagianum: mihi certe inter operam saepius ita visum est, etsi archetypon inter ea monumenta Pelagianae haereseos, quae a Mignio atque Caspario*[3] *edita sunt, non inveni. Quod si recte suspicor, nescio an inde satis explicetur, quod nonnumquam scripturae sacrae loci allati non inveniuntur aut certe dubitari potest num vere ad eos testimonia referantur, quo coactus eram ea referre: fieri enim potuisse opinor, ut Lios operis pedestris verba inscius pro scripturae testimoniis venditaret. Semel aperte* doctor quidam *dicitur v. 481; neque est veri dissimile operis expressi auctorem saepius ambigua in afferendis testimoniis usum esse elocutione.*

---

1) *Alia ratione pendendi sunt, qui ipsi eandem materiam duplici ratione persecuti sunt, velut Sedulius praeter carmen paschale notissimum scripsit etiam opus paschale; Alchvine vitam Wilibrordi prosa et metro enarravit, Agius bis planxit obitum Hathumodae.* 2) *Eius inter legendum libellulum sacerdotalem saepe memini, certa exempli non inveni.* 3) *Kirchenhistorische Anecdota, Christiania 1883; Briefe, Abhandlungen und Predigten ... Christiania 1890.*

Codicis Parisini apographon a V. Cl. H. Lebègue factum non sine fructu cum codice Berolinum misso contuli et supplevi. Timendum fuerat ex apographo ne nimius coniecturali arti campus pateret, cum multorum versuum vel initia vel exitus non iam legi posse viderentur. Codicis autem ipsius copia facta rem aliter se habere non sine gaudio cognovi. Quamquam enim codex madore tantopere corruptus est, ut primo obtutu de lectionibus recuperandis saepe desperes, tamen, dum animadverteris, quem librarius in litterarum formis compendiisque pingendis morem sequatur, omnia fere certo expediri possunt. Praeterea nonnumquam folium vix adhaeret folio atque ter in foliorum confiniis deficiunt partes carminis, post v. 238. 430. 526: interciderunt igitur ibi singula certe folia. Et haec quidem iactura in hoc ipso demum codice facta est; altera, siquidem recte suspicor, ad archetypon pertinet: caret enim carmen breviloquentia minime insigne iusta peroratione, quamquam in medio folio verso carmen terminatur; quam cum probabile non sit a Lio, si modo ipse opus edidit, neglectam esse, aut imperfectum carmen putaverim aut extremam partem desiderari. Etiam dispositione in parum consilii agnoscitur: id vero nolim ad turbatum foliorum archetypi ordinem referre, sed Liu inscitiae vel libri expressi indoli imputare.

INCIPIT LIBELLULUS SACERDOTALIS QUEM LIOS MONOCUS HEROICO METRO COMPOSUIT. LEGE IN PACE.

fol. 208r

Ecce sacerdotalis in arte libellulus esse
Metrali positus veraci karmine gaudet,
Ridet et ingenti, clarum fore, quod fuit atru*m*;
Quodque diu plures finxerunt falsid*icorum*,
Dogmate clarifici manifesto scrib*ere temptant.*
En veris dicant, quod falsis ante so*n*abant.

Alme tuis qui sceptra pari ditione *tu*eris
Tu mihi cunctorum poscenti gratia Christe
Elingui typicis te donis auxiliare
Arcanique tui superas largire loquelas,
Ut tibi precipuę dictamina clara relatu
Semper ab ore meo pollentia laudis abundent,

---

2 *sic semper fere* ka- *(v. Traube, Karol. Dicht. p. 110, 10, 1)* 3 ingenti risu *P glossa prima in textum inlapsa (cf. v. 6) in textu quae obliquis litteris edidi, madore evanida vel fissuris hausta sunt* 4 falsid- *vel* falsicl- *P* 5 *suppl. Traube*

Glossae. 3 (ingenti] risu) *(hanc glossam addidi; cf. appar.)* clarum] i. verum atrum] i. falsum *(legi* ls; *cetera supplevi)* 6 veris] i. dictis falsis] i. dictis 7 sceptra] i. celi et terrę ditione] i. potestate *(legi* pote; *cetera supplevi)* 10 loquelas] i. doctrinas

'LEGE IN PACE: *cf. cod. Lugdun. ed. Robert p. IX* explicit genesis, incipit exodus; lege cum pace *i. e. lege feliciter.' Traube.* 2 *cf. glossam Abbonis II 617 (p. 115)* positor] poeta. 4 *paganorum poetarum.* 7 *sqq.* alme Christe, gratia cunctorum, qui ... tueris, tu mihi elingui te poscenti typicis donis tuis *(cf. Matth. 9, 32. 12, 22. 15, 30)* auxiliare arcanique tui loquelas superas *(i. e. γλωσσολαλίαν) mihi* largire, ut tibi clara dictamina pollentia laudis praecipuae relatu ab ore meo semper abundent ergo *(i. e. id est)* quo *(i. e. ut, v. 11) ego,* cupidus domino *omnibus (cf. gloss. v. 13)* fibrarum viribus *cithara* sonans psaltes pangere *(cf. appar. crit.),* orgia *(i. e. obsequia; cf. ad v. 417)* cantus praecelsi debita Christo declamans resonare valeam concrescantque servitio meo carmina sublimis regis Olimphi *(i. e. carmina christiana)* stridentia voce superna.

Viribus ergo sonans fibrarum pandere psaltes
Quo cupidus domino declamans orgia cantus
Debita precelsi Christo valeam resonare
Servitioque meo sublimis regis Olimphi
Carmina concrescant stridentia voce superna.
  Vos ipsos ornate, ministri, moribus ęquis
Actibus in cunctis summo conamine mentis;
Pacis amatores semper suntote colentes
Temporibus Christo vobis miserante supremis,
Ne vestros violans astutia demonis ingens *fol. 208v*
Funerei penetret sensus in pectore vestro.
Nam monitis trinis securum lividus esse
Decipiens hortatur homonem dusmus iniquus,
Perque malas fallax haec fraudes admonet aiens:
'Heia age, non cessans, adolescens, crimen adopta;
Peccantes alii per tempora longa fuerunt. —
Longanimis dominus culpas ignoscit ineptas,
Qui te, ne pereas, sustentans curat ubique. —
Fac, quod vis; noli timidus, sed fretus et audax:
Impia facta piat miseratio summa tonantis.'
Hęc dicens animam captivam mergit in imo
Spissis inferni tenebris tetricante profundo
Luminis expertem cunctique dei paradisi,
In quo felices animę sanctęque piorum
Sedibus in celsis gaudent sine fine manentes
Caetibus aetherei conpactę patris onestis.
  Alta canora dei veracibus ęditionis
Lenibus ex dictis sincerę prex ciet aiens:
'Belligeri domini mansueti corde fideli
Arcontem dominum procerum clamate patronum,
Mundanas curas tempnentes mente polita.
Semper amate deum, dementes pellite lites;
Carmina cogentes cuncto vos carnis amore
Ut sitis nati genitoris clara potentis *fol. 209r*
Optima magnifici qui cęli regnat in arce.
Decantate simul concordes voce sonora'.

---

13 *fort.* pangere 18 *novum colon distinxi; cf. adn. v. 7* 26 ħ (*i. e.* haec) *P; cf. ad v. 320* 30 sustendans *P; cf. ad v. 126* 32 piat (t *in ras.*) *P* summa (a *ex* o *corr.*) *P*

Glossae. 13 viribus] i. cunctis *(cf. v. 226)* psaltes] i. cythara *(glossa ad* sonans *pertinere videtur)* 18 ministri] i. dei 26 haec] i. monita 29 culpas] i. tuas 31 noli timidus] i. esse 32 facta] i. tua piat] i. sanctificat 33 hęc] i. monita 35 expertem] i. animam 38 aetherei] caelestis *(in marg.)* 39 ęditionis] i. scripturę 40 prex] i. vox

19 *cf. Aldhelm. laud. virg. 89* toto conamine mentis. 20 *i. e. estote.* 25 *cf. v. 358. 393.* 27 *non inveni.* 29 ineptas: *'böse'; cf. v. 115. 181.* 33 *cf. Guiselgardi versus (spicil. Casin. I p. 395)* ne scelerum moles baratri me mergat in imum *(sic legendum ex codice).* 38 *cf. appar. ad v. 155.* 38 arcontam: *cf. Zimmer, Gött. Nachr. 1895 p. 120, 1r, 4.* 41 *sqq. sententiam non inveni.* 46 ut sitis nati genitoris *(Matth. 5, 45)* potentis magnifici, qui caeli regnat in arce, decantate carmina clara optima, cuncto vos carnis amore cogentes *(absondernd?).*

Altaris pantes sacri livore ministri
Servitii tetro mercedem fire supernam
Mente sui debent sperantes absque perennem.
O felix benedicta tonantis virgo ministra,
Femina dote dei summa dotata creantis,
Inclita tum coniux sęclis et amabilis astris,
Quę prior es cunctis custos virtutis amatę,
Virtutes pantes alias quę laude revincit.
Ymnorum cunctis laus ingens ore prophetę
Preclaris ex te dictis hęc famina fantis
Admiranda sonat quę constat pulcrior odis.
Stelligeri nutrix domini dicaris Olimphi,
Casta puella dei, labis pecaminis exsors
Aeclesięque deo famulantis adelpa potenti
Atque dei coniux regalis in arce polorum
A dextris picta ⟨re⟩sides circumdata veste;
Tuque dei templum, postis pretiosus et ingens
Partibus ornatus cunctis gemmis spetiosis,
Concaque margaritę radio Titanis aperta,
Arca sacrę legis contecta venusta fidelis
Flavescente foris resplendens, intus et, auro
Ac decoris tecti sacratio presulis alti *fol. 209v*
Oblatumque dei libum de dote parentum,
Seclorum vivens in secla perennia semper
Caro cum sponso gignente decente sodalis
Delitiis veneraris in altis, virgo perennis.
Nunc ergo prebens aurem submissa coruscam
Ac linquens altam plebem karamque parentis
Nata memento sacri scripturę vatis onestę,
Aethereum laudans qui dicit valde triumphum
'Lumine non ullus crevit nec hauserit aure,
In cor nec hominis scandit', cęleste tropheum
Ut valeat cuius reserari voce magistri,
Quod deus altitonans in cęli sede locavit
His, qui cordis amant illum penetralibus altis.

---

50 Seruitu *P* 58 P̄claris *praeter* P̄ *in ras.* *P* 61 pecaminis *sic P; cf. v. 390* 64 sides *P* 66 spetiosis *in ras.* *P* 69 *post* intus *dist.* *P* 74 in *ss.* *P*

Glossae. 55 virtutis amatae] i. virginitatis 65 postis] i. columna 68 arca] i. et — 73 sponso] i. tuo 74 delitiis] i. paradisi 75 submissa] i. tu 76 karam] i. domum parentis] i. tui

49 *sqq.* *πάντες (cf. v. 56. 91 et Zimmer, Nennius vindicatus p. 301)* sacri altaris ministri absque tetro livore fire *(i. e. suffire)* debent mente, sperantes servitii sui mercedem perennem. 52 *cf. Salzer, die Sinnbilder und Beiworte Mariens p. 353, 100.* 54 *Salzer p. 101, 1.* 57 *sqq.* praeclaris dictis ex *(i. e. de)* te *ex* ore prophetae haec admiranda famina fantis ingens laus sonat, quae pulchrior cunctis hymnorum odis constat; *cantici canticorum 'sponsam' Mariam intellexit Lios (cf. Salzer p. 133. 358).* 60 *Salzer p. 97.* 62 *ἀδελφή* ecclesiae famulantis deo *omni*potenti. 65 *Salzer p. 36. 328.* 67 *Salzer p. 543.* 68 *Salzer p. 10.* 69 foris et intus. 70 *'des Hohenpriesters'.* 71 *'ein durch Darbringung (?) von Seiten der Eltern geweihtes Opfer' (cf. e. g. Ps.-Matth. cap. 4 = Evang. apocr. p. 61 Tisch.²)* 75 *cf. psalm. 44, 11.*

Haera creatoris, quae sanctis alta colonis
Pervia, ceu candela micans gemmis spetiosis
Astra velut cęli fulgentibus ignea visu
Floribus et niveis caelestis sędis honestis
Fructibus ac variis non deficientibus una,
Montibus aethereis ut nix radiantibus altis
Lucida perseverans instans indeficiensque;
Gaudia quę retinet communia pantibus ęquis,
Quattuor et fluvios ingentes continuosque
Magnificos cursus salientes atque feraces
Nectaris et bachi *guttas et* lactis, olivi *fol. 210r*
Per specimen clarum fulgentes ac rutulantes
Eructat sotiis gaudentibus vivere de se.
Qui post non sitient nec egebunt, nec timor angens
Illis adveniet senii, luctus nec amarus,
Nec nimius stridor dentum, fletus nec oclorum;
Ast non odibilis nec tristis imago doloris
Nec quicquam casus turbabit gaudia quorum,
Qui regni fuerint consortes rite futuri:
Quin pater ęthereus solatia larga coeva
Semper eis dedet, quę numquam fine peribunt,
Tumque manens presul heros guttas remanentum
Solis egentibus haut oculis et luce lucernae
Quorum perpetuus presensque simul lacrimarum
In graduum serie consolans abluet illos
Et secum statuens in cęli sede superna.
Absque timore manebunt dirę mortis amaro
Ac tetrę terrore caliginis adveniente.
Scriptio namque dei castissima semper eisdem
Assiduis dictis tyrones consulit, aiens:
'Antletę domini, molimine mentis inormi

---

87 onestis *cum spiritu aspero P* 94 *cf. v. 515* 95 spetim̄ *P* (*ut* speties) 96 *lege* gaudentibu' (*itemque v. 199* ibimu'); *cf. Traube ad Iohann. Scott. II III 62 (P. A. C. III p. 533)* 106 Lucinae *corrigere non licet, quod nomen Lios recte mensus est v. 405. 495* 110 *sic P* 112 eosdem *P: corr. Traube* 114 Antletę *sic P; cf. Zimmer 1895 p. 159*

Glossae. 84 Haera] i. terra 90 lucida] i. est 105 manens] i. habitans remanentum] i. habitantium *(sic)*

84 *sqq.* hera creatoris *(i. e. paradisus)*, quae *a* sanctis colonis alta *(i. e. culta) iisque* pervia *est*, micans ceu candela gemmis speciosis visu *(vol. III p. 695 v. 57)* fulgentibus velut ignea caeli astra et niveis honestis*que* floribus caelestis sedis ac una fructibus variis non deficientibus *et* altis montibus aethereis radiantibus ut nix, lucida perseverans instans indeficiensque *est (i. e. esse non desinit).* 84 hera: terra, unde heroes *gloss. Amplon. I (Corp. glossar. lat. V 364, 33).* 90 *cf. v. 438.* 92 *genes. 2, 10.* 94 guttas *ἀπὸ κοινοῦ positum.* 97 *Iohann. ev. 4, 13.* 99 *Matth. 8, 12 (= 13, 42. 22, 13. 25, 30)* ibi erit fletus et stridor dentium. 101 *i. e. eorum qui . . .; cf. 204. 205(?). 206 sq. 354. 523.* 102 regni futuri. 105 tumque heros *(i. e. erus, dominus)* manens praesul perpetuus simulque praesens remanentum *(verbo eodem repetito aeterna coniunctio indicatur)* oculis quorum *(i. e. eorum)* haut egentibus solis et lucernae *(nocturnae sc., i. e. lunae)* lacrimarum guttas abluet, consolans illos in graduum serie *(deus animas ad caelum ascendentes ex summo gradu salutans fingitur)* et secum statuens in caeli sede superna. 114 *sqq. Matth. 15, 19; Marc. 7, 21; Paul. ad Gal. 5, 21.*

Sępe cavete pii ritu, ne sitis inepti,
Falsiloqui, iracundi, homicide satque dolosi,
Demonis instinctu mentacis vos rapientis
Vipereo tactu patrantes lurida gesta'. *fol. 210v*
Nunc modo doctiloqui sapientes ergo duelles
Squalida stringentes peccamina rite maligna
Dictaque sectantes sobolis potiora tonantis
Atque trucem sęvumque ministrum tonstra regentem
Iuditiique diem monstrantem sordida facta
Infernique feras diras gutturque maligni
(Quippe famis pariterque sitis, sonitus quoque dentum
Plorantum in variis poenis) horrente timore
Per nimias lacrimas oclorum valde paventes
Exorate deum patronum corde precandum
Qui tribuet cunctis mala castaque gesta laboris.
Christicolę, rursus scripturę famina vobis
Auscultate sacrae prumptissime clara cientis:
'Gressibus ęthereę septenis scanditur aulę:
Sanctificatio primus inest ulla sine labe;
Inde sequens heret dilectio iure secundus;
Tertius adsistens operatio cernitur esse;
Copia sancta crucis preclarę quartus habetur;
Nam clementia casta nitens est ordine quintus;
Sextus enim paret discussio maxima veri;
Septimus adridet pietas altudine summa. —
Ante pavor domini niteat superans ea cuncta
Et post permaneat Christi dilectio semper;
Est hilari felix oper*atio ter*tia corde; *fol. 211r*
Ordine consimili sistit dilectio quarta;
Quinta remissio par aliis pignusque futurae;
Culmine perlucet stolidi conversio sexta;
Astia corde crucis devoto septima sors est.
Partibus his etiam mundantur crimina septem
Atque deo placeat, qui complet cordis amore'.
Det deus altithronus has vobis optime partes.
Esse decet Pauli dicto legi morientes;
Debemus semper durantes vivere Christo,

---

117 mentacis *sic P (itemque v. 561 gl.; cf. Schuchardt, der Vocalismus des Vulgärlateins I p. 124. III p. 63)* 126 horrende *P (cf. v. 30* sustendans*)* 127 *cf. adn. ad v. 419* 142 *suppl. Lebègue* 147 his *ss. P*

Glossae. 139 pietas] i. humilitas 146 astia] i. copia 150 decet] i. nos Pauli dicto] iuxta dictum Pauli *(in marg.)* legi] i. mundi

122 *sqq. pavete diabolum tonstra (Hisperica famina p. 4, 2 ed. Stowasser) regentem, diem iudicii peccatoribus sordida facta quae vivi fecerunt monstrantem, inferni bestias (quae saepe in 'visionibus' commemorantur), faucem maligni ('des Bösen'); ideoque deum cum lacrimis exorate.* 129 *retribuet.* 130 *sqq. fortasse duas eiusdem loci recensiones iuxtaponuntur; cf. etiam v. 235 sqq.* 139 *i. e. altitudine.* 144 *Matth. 6, 12* et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. 146 *copia crucis i. e. cruciamenta multa?* 147 crimina septem *capitalia;* septem ἀπὸ κοινοῦ. 148 complet *eas septem partes.* 150 *sqq. Paul. ad Gal. 2, 19* ego enim per legem legi mortuus sum, ut deo vivam; Christo confixus sum cruci.

Mente crucifixi secum seroque sepulti,
Corpore quo pariter surgamus nos apud illum
Regnaque consortes penetrantes ampla polorum
Heredes semper maneamus sędis onestae.
 Idem doctor ait veraci famine notus:
'Vile quidem dominus deformeque iudicat esse,
Nobile quod rentur mortales rite decensque.
159 Ignarum stolidumque deo patet omnipotenti,
166 Quod gnarum sapiensque putant homines manifeste;
Infirmum, invalidum tepidumque deo reputatur,
Quod laudant stulti tanta vi denique forte;
Quiddam dispectum ac foedum reprobumque tonantem
Maius apud dominum quadam dulcedine claret,
Proicitur quamvis dilysum, spernitur atque'.
 Fantis item sacrę scripturę summite dicta,
167 Quae vos castigat, dicens, ceu mater onesta: *fol. 211v*
'Maius habere deum quam quid, turpe stolidumque,
Aut karos qui non genitores morte karebunt
Seu quos vicinos dormire videtis amicos. —
Perpes enim dominus, qui trinus constat et unus,
Atque fide credens in eum gaudebit in ęthra'.
Idcirco fraudes vitantes corde malignas
Mentis amare deum semper debetis amore,
Ut secum requiem regno teneatis in alto
Consortes sedis cęlestis caelicolarum.
 Eloquii rursus kastissima verba tenete,
Quę domini famulo veraci precipit, aiens:
'Promtius indulge vicino mente nocenti;
Et tunc congaudens dominus tua verba resumet
Ac tibi dimittet peccamina karnis inepta,
Qui cunctis dicens indixit famina certa:
Indulgetis enim si non mala fratribus acta,
Nec vobis dominus dimittet crimina vestra'.
Quisquis enim Christum recolens peccata relaxat
Vicino, poscens delicti labe maligna
Securus fiet domino solvente fideli;

153 Corpora P^1 155 onustae *P; cf. v. 38. 87.* 158 mortales rite *in ras. P* 159 deo patet omnipotenti *in ras. P* 166 *transpositionis signo addito in imo folio 211r* P^1 163 dn̄m (n *ex* m *corr.*) *P* 164 Proiicitur P^1 dilisum *in* dilysum *(= διαλυτόν?) corr. P;* dirisum *(= derisum) Traube* 179 Ꝑomtius *P (et sic v. 195* ꝑorsus; *postea non amplius)* 184 dominus *ss. P*

156 *sqq. Paul. ad Cor. I 3, 19* sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum. 165 *sqq. Matth. 10, 37* qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus; *8, 21 sqq.* Alius autem de discipulis eius ait illi: 'Domine, permitte, me primum ire et sepelire patrem meum'. Iesus autem ait illi: 'Sequere me et dimitte mortuos sepelire mortuos suos'; *Ioh. ev. 3, 15* ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. 177 *sqq. Matth. 5, 23 sq.* Si ergo offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare et vade prius reconciliari fratri tuo et tunc veniens offeres munus tuum. 182 *sqq. Matth. 6, 14 sq.* Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis pater vester caelestis delicta vestra; si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.

Non prudens alii sordem quicumque stuprosam
Peccati parcit, non ullam quippe salutem
Culparum quęrat domino dedente suarum.
Fantis item missi dictum scitote fideles, *fol. 212r*
Quod cunctis clara dicens adnuntiat oda:
'Hic utero siquidem matris gimni sumus orti:
Hinc etiam rursus gimni rediemus euntes;
Et nudos foedosque iterum prorsus reditura
Accipiet tellus, cum finis venerit orbis,
Censori secli post huius tempora multa.
Mortalis non est, quod tempore deficit olli,
Hic quia quod capimus, linquentes ibimus terrę'.
Pręcipio vobis quapropter denique dicens:
Quaerite nunc, mores renovantes mente fideli,
Quod semper sistens numquam mutabile fiet;
Hoc est cunctorum dilectio vera suprema,
Quam, quia, quisquis habet, non quęrit, quę sibi prosint,
Nec sua molitur, sed, quęquę sunt aliorum,
Tam quorum, qui mesticiam plorant patientes
Quam quorum, qui leticia gaudere videntur.
Sępius idcirco properemus eum satagentes
Poscere, qui largitur eam quęrentibus apte,
Ut nobis donet manifestans atque timorem,
Quo pavor ante dei, post sit dilectio Christi;
Iuxta quod cecinit declamans more propheta:
'Horrenti altithronum nil defit divitiarum;
Dives avarus eget, sitiens arescit et ardet.
Huius enim secli dites sitient et egebunt; *fol. 212v*
Qui repetunt dominum, numquam movebuntur in ęvo.
Cumque rei dites culparum labe peribunt
Infernoque tetro propter sua facta trahentur
Plorantes sotii dirorum demoniorum,
Christi veraces in perpete sede sedentes
Gaudebunt animo sęuas evadere poenas,
Quas ipsi nimio luctu patientur iniqui'.
In domino quare toto confidite corde,
Sicut ait psalmista kanens devotus amore:

---

195 *i. e. redditura* (_ ◡ _ ◡) *censori cf. ad v. 179* 199 *cf. ad v. 96* 204 quę] q:· *sic P saepius; 'sic cod. Vatic. Valerii Flacci, cf. Chatelain, paléogr. des classiques latins pl. 165'. Traube* 205 *fort.* sed quę, quę *(i. e. ea, quae); cf. ad v. 101* 206 mesticiam plorant pati *in ras. P; non dubito, quin ad v. 207 aberratum fuerit* 209 aptę *P*[1] 212 cecinit] cer *coeperat P* /declamans *P* 213 desit *P: correxi* 216 numquam *ss. P* movĕbuntur: *cf. v. 393* preparatę 218 facta (cta *in ras.*) *P* 224 psalmisca kanens *P*

Glossae. 191 missi] i. apostoli

191 *sqq. Paul. ad Timoth. I 6, 7 (= Iob 1, 21; eccles. 5, 14)* nihil enim intulimus in hunc mundum; haud dubium, quod nec auferre quid possumus. 198 *'dem Sterblichen gehört nicht, was er einmal verliert'.* 204 *sq. Paul. ad Corinth. I 13, 5 (caritas)* non quaerit, quae sua sunt. 206 *sq. cf. v. 101 sq.* 210 nobis donet *dilectionem* atque timorem *ea ratione, ut prius detur timor domini (qui est* initium sapientiae, *psalm. 110, 10), postea dilectio.* 213 *eccles. 32, 28 (cf. 40, 27; psalm. 23, 1)* timenti dominum non occurrent mala *(?)* 214 *e. g. proverb. 13, 7; ecclesiastes 5, 9 sqq.; psalm. 33, 11* divites eguerunt et esurierunt, inquirentes autem dominum non minuentur omni bono *(imperfecti et futuri hebraici permutatio).*

'Ditius in Christo nisu confidere summo,
Viribus in cuiusque fidem quam ponere totam;
In domino potius semper spem mittere firmam,
In dominis quam mente salutem credere certam'.
Vatis item vobis clamans audite quod inquit:
'Mentis opes vanas spernentes sensibus imis
Atque deo toto propiantes cordis amore
Pręsidium sublime tonantis poscite nati,
Ipsius ut requiem dono teneatis in ęthra
Absque famis terrore sitisque timore futuro'.
Inquit item vatis contestans voce decenti:
'Crimina laxantur septenis maxime causis:
Principio fulgens benedictio prima notatur,
Altera post ęqualis adheret passio sancta,
. . . .
. . . .
Debita delicti; misero qui parcit egeno, *fol. 213r*
Criminis aequalem veniam domini miseratu
Accipiet, regni gaudens in sede beata,
Agminibus caeli cernentibus utpote cunctis'.
Filius arce dei descendens patris ab alta
In gremio, sobolis miranda recens et inormis,
Virgineę vulvae castę miręque parentis
Sanctificans Adę veterem clarissime noxam
Diluit ac secum regnis transvexit in altis.
Rursus enim Pauli dictamina mente sequamur,
Qui nobis semper non cessans clamat amore:
'Exterius siquidem quanquam foedaverit hic vas,
Interior sensus semper consistere vivit.'
Inde ciens scriptura sacra cunctos monet apte:
'Non decet in seoli nos huius fidere pompa,
Pompa cadens cosmi quod ceu flos deficit herbę;
Gloria namque dei firmissima perviget ultra.'

---

230 spernentes P^1 235 decente P^1 *post v. 238, quo clauditur fol. 212v, defectum statui; similiter post v. 430 et v. 526* 243 descens *P* 247 regnis (nis *in ras.*) traxuex̄ *(sic) P; fort.* travexit 248 dictamina *ss. P* 250 quanquam *sic P praeter consuetudinem* 253 vos *corrigere dubitavi (cf. psalm. 89 passim)*

Glossae. 237 benedictio] i. baptismus 238 passio] i. martyrium

225 *sqq. psalm. 117, 8* bonum est confidere in domino *(Christum substituit Lios)* quam confidere in homine; bonum est sperare in domino quam sperare in principibus; *psalm. 146, 3.* 225 ditius *i. e. satius, melius.* 230 *mentis sensibus imis.* 230 *sqq. psalm. 62, 11* divitiae si affluant, nolite cor apponere *(?)* 232 *'den Beistand des Sohnes des Höchsten vom Himmel her'.* 235 *cum loco manco compares, quae de septenario numero leguntur v. 130 sqq.* 244 sobolem mirandam *et* parentem miram *insolita elocutione dixit, cum recte dicendus esset 'mirus partus virginis'.* 246 *haeretici Pelagiani negant originale peccatum.* 247 secum transvexit *in caelum Adam et ceteros mortuos (Petr. I 3, 19)? an omnes homines, quibus morte sua caelum rursus reseravit?* 250 *Paul. ad Corinth. I 15?* 250 *'auch wenn er* (hic *sc. sensus interior) sein äusseres Gefäss beschädigt hat' (?)* 253 *Ioh. epist. I 2, 17 et Petr. epist. I 1, 24; cf. v. 225 sqq.*

Veridicus vatis psalmista prophetat et inquit:
'Res nimiae quamvis gliscunt, asstringite sensum.'
Ihesus item dicit luguberrima verba sequenter:
'Ve vobis, dites, qui gazas nectitis amplas,
Fulgida temporeę quę sunt solatia vitae;
Nam post solamen non quibunt dedere vobis,
Sed letamen abest perpes vestris animabus';
Ut psalmista prius praesaga voce kanebat: *fol. 213v*
'Nullus enim gaza tenebrarum claustra tetrarum
Cum nimia quibit penetrare profunda gehennę;
Quin inopes gazę semper durabitis ultra',
Hoc quia vox sacrę pronuntiat ęditionis:
'Qui non dediderit res mundanas, nil habebit'.
Rursus ait doctor clamans; 'Qui non serit apte,
Non capiet fructus ęternae messis opimos;
Et quicunque sator laete serit ore nitente,
Messor erit hilaris mercedis dote perennis.'
Idcirco vobis iterum pronuntio dicens:
Quisquis enim pandens mundanis brachia gazis
Non fuerit miseris et egenis largus in orbe,
Illa nec extendet censori premia poscens
Praestanti cunctis seclo promissa futuro;
Quin vario meriti verecundus discolor ore,
Vanus, iners, reprobus, mancus, miser, aridus, inpar,
Nudus, inops, pauper, vecors, egrotus et expers,
Luridus et vacuus, nil opis possessor in altis,
Longa trahens gemitu suspiria pectoris alto
Parebit donante deo sua premia iustis.
Inquit item Christus veraci famine Iesus:
'Ceu per acus exire foramen quippe kamelus
Pernarum supera pro mole nequit vehementum,
Ob nimiam dives rerum sic fertilitatem *fol. 214r*

---

257 asstringite *sic P* 278 ∴ Quin *et* 283 ∴ Parebit *P (transpositio male indicata)* 280 uecor *P* 287 /// (*eras.* sic) diues sic *P*

Glossae. 268 q. n. d. r. m.] i. qui non dat elemosinam nil habebit] i. in aeternum

257 *psalm. 61, 11* divitiae si affluant, nolite cor apponere; *psalm. 48, 7* qui confidunt in virtute sua et in multitudine divitiarum suarum gloriantur. 259 *Luc. ev. 6, 24* ve vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram. 264 *cf. ad v. 214.* 268 *cf. Matth. 19, 21 (?)* 269 *Paul. ad Corinth. II 9, 6* qui parce seminat, parce et metet; et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet. 276 *illa (brachia) nec ('auch nicht') extendet censori in regno caelorum cunctis promissa praestanti, ut praemia poscat.* 278 *vario (bald rot bald blass?) ore discolor, cum meriti verecundus sit (sich seiner Thaten schämt).* 279 mancus: *der es an sich fehlen lässt;* aridus *ut ficus reproba (Matth. 21, 19).* 280 expers: *sc. regni caelorum; cf. v. 391.* 281 luridus: *discolor; nihil opis (i. e. auxilii) in altis possidens (ideoque ad infernum deiectus).* 283 *apparebit eum* .... 285 *Matth. 19, 24* facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare in regnum caelorum. 286 *cf. nova fragm. Hisper. fam. fol. 4r, 11 (Zimmer 1895 p. 125)* pernas: membra, *et Stowasser ad Hisper. fam. p. 21;* supera: *übergross.*

Mente tumens alte strictam non possit adire
Ducentem vitae caelestis ad atria pessam'.
Quapropter vatis memorans veraciter inquit:
'Numina qui secli sectantur mente capaci,
Non recolunt dominum, sitiunt nec regna polorum;
Dilectuque deum qui cordis rite sequntur,
Lubrica non quęrunt istius regmina sęcli'.
Hoc iterum scriptura ciet sermone fideli:
'Quisquis amore dei mundanos tempnit honores,
Caelestis consors vitę sine fine beabit;
Non ideo sperare, decet non fidere quicquam
In vanis sęcli pompis odisque supernis
Versutaque sua, quae citur stulta, sophia'.
Scriptio sacra ciens testatur quod manifeste:
'Est apud altithronum sęcli sapientia stulta,
Vipereae per quam curae fraudesque coluntur'.
Falsiloquos inter homines animoque dolosos,
Sicut ait psalmista prophetans voce decenti,
Viribus in procerum confidere mente cavete;
Nec natis hominum, quîs desit prospera virtus.
Aio quidem vobis, quod, certam quique salutem
In magnis opibus conponunt speque fideque,
Demone vexantur diro zablique cohortes
Huius in extremo sunt lucis fine paresque. *fol. 214v*
In scriptis alibi legitur, quod dis violentus
Pauperis in mercede futura cęlite lance
In poenis Herebi manibus nodabitur altis.
Vocis apostolicae sic dictis dicitur aptis:
'Interitus felix casu salvabitur omni,
Infelix solvet cruciatus in vice cuius'.
Hoc alibi scriptura refert sermone polito:
'Inflati, tumidi, discordes atque superbi,
Fallaces, pravi — hi sunt animalia dusmi,
Corpus et illorum requies est demoniorum'.

---

291 secli *bis* P[1] 293 cordi P 301 Scripsio P 303 Viperae P 306 cauęte P[1] 307 *fort.* defit; *cf. v. 213* 320 hi (*inferior pars litterae* i *erasa; neque vero* h. *i. e.* hoc *videtur legi posse*) P

289 pessa: *Hisper. fam. p. 7, 15* pecoreus vasta lustrat coetus pascua, calastreas meant calcibus pessas; *coll. Matth. 7, 14 apparet Stowasserum neque olim recte βήσσας ascivisse (Arch. f. Lexicogr. III 174) neque nuper ad Diezium (E. W.[5] p. 243) recte lectorem delegasse; oportet intellegi viam (Fussweg): cf. p. 10, 16* calastreas meant ageas (*i. e. ἀγυιάς*). 290 *sqq. et* 295 *sqq. cf. e. g. Matth. 6, 24. 16, 24.* 297 *i. e. beabitur.* 299 *'hochtrabende Redensarten'.* 302 *Paul. ad Corinth. I 3, 19* sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum. 303 *Hisp. fam. p. 4, 5* vipereosque litteraturae plasmant syllogismos *et p. 6, 27. 8, 35.* 304 *sqq. psalm. 117, 8. 9 (= v. 225 sqq.).* 308 *quicumque.* 310 *i. e. zabuli, diaboli.* 311 *in extremo fine huius lucis (= saeculi).* 312 *sqq. Ierem. 22, 13; eccles. 34, 27; Iacob. ep. 5, 4.* 312 dis: *dives.* 313 *cf. v. 343.* 316 *sq. Paul. ad Thessal. II 1, 5 sqq. (?); is, qui felix (selig) est, salvabitur omni interitus casu; et in eius vice (zur Vergeltung für ihn, d. h. für das, was er ihm gethan hat? an seiner Statt?) is, qui infelix (verdammt) est, solvet cruciatus.* 318 *sqq. Paul. ad Rom. 1, 29 sqq.*

Hoc Salomon sapiens sophia doctissimus inquit:
'Dira dei grandis kastigat plaga superbos;
Inmitesque lues et ineptos percutit ingens'.
Autenten fratres et amici sumite dicti,
Quoque modo claras doceat psalmista per odas:
'Quisquis opus pravum repetens exercet amanter,
Tunc dominam spernit, quae patris constat imago.
Idcirco plorans plangensque perenniter atque
Tartara passurus sęvissima mente lugubri
Karcere prostratus tortusque lugebit in imo,
Sennarum strepitus quo clangens percrepat ingens,
Fletus et horribilis luctus tenebręque profundę,
Quo gemitus resonat, ploratus et horridus in par,
Ac seritur nec congeritur, messis nec opimae *fol. 215r*
Fructus habetur ibi, solamina nec qua favoris,
Quo spes nulla cibi potusque, misertio numquam
(Quin ipsi miseri solatia sunt zabulorum),
At lar perpes eis urens ob crimina fiet'.
Ihesus ait promens veratia famina cunctis:
'Heu, modo qui letantur, ei quod nempe dolebunt';
Qui nuper plorant, felices atque beati,
Quod pia sumentes solatia lance futura
Gaudebunt pariter conspectu regis Olimphi
Considentque super sedes in culmine regni,
Ostendente deo veris dicenteque dictis:
'Qui mihi displiceant, sibi faxunt impietatem';
Ihesus item dicit, verissima dicta revelans:
'Qui me dispiciunt, quęrunt sibi perditionem,
Et necis adventus dirę dominabitur illis,
Horridus ac strepitus dentum gemitusque dolorum
Ac victus potusque simul penuria vestisque
Omneque poenarum nutrimen conteret illos'.

---

324 Immites P[1] 325 summite *P; cf. v. 343. 374* 328 *fort.* Hic patri P[1] 329 *novum caput incipit in P* 337 Qua *P* potusq· miser.tio *P* (q. *ss. man. 2 ant.; punctum post* r *erasum: corrector primum voluerat ut v. 413* miseratio *scribere, deinde animadverso asyndeto copulativam potius particulam probabili emendatione addidit)* 338 ips/ P[1] 339 perp P[1] 341 eis *P (an* eis ... dolebit?*)* nemphe *P* (*i. e.* nempe; *deletio aspirationis Wattenbachio ignota, cf. palaeogr. lat.*[4] *p. 51)* 349 dispiciunt *sic P* 351 at *P* 352 *(versus hypermeter)* peçunuria *P*

Glossae. 325 autenten] i. autoritatem 328 dominam] i. animam

322 *sqq. prov. 16, 18* contritionem praecedit superbia, et ante ruinam exaltatur spiritus. 327 *sqq. psalm. 10, 6* qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam; pluet super peccatores laqueos; ignis et sulfur et spiritus procellarum pars calicis eorum. 332 *cf. v. 99.* 335 ac *(neque; cf. carmen de s. Quintino v. 80 p. 201)* seritur neque congeritur; *cf. v. 395.* 336 *per* ibi *ex oratione relativa ad demonstrativam transitur;* nec *(ali)*qua = *nec ulla.* 337 *cf. Luc. ev. 16, 24.* 338 quin *immo: 'vielmehr' (cf. v. 355); solacia non habent, sed ipsi sunt solacia diabolorum, qui eorum cruciatibus gaudent.* 339 lar: *ignis.* 340 *cf. v. 381.* 341 *Luc. ev. 6, 25* ve vobis qui videtis nunc, quia lugebitis et flebitis. 342 *Matth. 5, 5* beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. 343 *cf. v. 313.* 346 *ut deus ostendit (locum non inveni).* 349 *Ioh. ev. 12, 48* qui spernit me et non accipit verba mea, habet, qui iudicet eum: sermo, quem locutus sum, ille iudicabit eum in die novissimo. 352 *cf. v. 419.*

Heu quibus, adnectunt qui crimina pravaque gesta;
Altus enim non est pravus, quin arbiter aequus,
Omnia qui dedet cunctis sua facta priora,
Qui sterilis vobis prestabit germina vitae.
Dusmus enim raptor penetrans precordia vestra
Vestratisque silens in cripta pectoris alta *fol. 215v*
Versuta subito molimina discipat arte,
Ne paveatis herum veraci cordis amore.
Vos ideo sollers inimicus fraude doloque
Funereae tetro torquebit vallis in antro,
  Exin enim Ihesus dilecta voce fideles,
Qui modo mente sua sitiunt avidissime tota
Cuncta dei precepta patris complere, vocabit
Ac pia dicta loquetur eis dilectaque, dicens:
'Vos omnes, quicumque meum fecistis honorem
Atque mei patris curamine mentis inormi,
Nunc cicius mecum sceptro properate venire,
Ut post servitii pondus honus atque laboris
. . . .
Dilitiis patriae satiem caelestibus altę.
Ferte suave iugum vos supra iuris, et ex me
Sumite totius vestrae paradigmata vitae,
Quod pius et pronus consisto corde benigno:
Mentibus et vestris sedem capietis opimam;
Namque meum regimen dilectum constat honusque.'
Edite veraces templum sedemque quietam,
Quo mansor fiam vobiscum mitis et heres:
Ara dei fanumque pii mens, cor sine labe.
  Ihesus item dicens veratia dicta revelat:
'Lumen ego splendens: non spissę quippe tenebrę
Inpedient illi, qui me sectatur adherens; *fol. 216r*
Sed lux perpes ei rutilans indeficiensque
Aethereae semper vitae lucebit amenae'.

---

360 discipat *sic P* 370 meū *P ex v. 368* *post v.* 371 *vel post v. 372 versus periit verbum continens; v. 373, a quo novum caput incipere initiali littera indicavit librarius, cum sententia v. 371 cohaeret: cf. Matth. 11, 28* venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos; tollite iugum meum super vos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris; iugum enim meum suave est et onus meum leve 379 mittis *P* 383 Inpedi/nt *P*[1] illi *sic P* 385 se per *P: corr. Lebègue* ameneae *P; et similiter saepius in proximis versibus (cf. appar.)*

Glossae. 367 pia] i. benigna 374 paradigmata] i. exempla

355 *altissimus (= deus) non est pravus arbiter, sed aequus.* 356 *'vergelten wird'.* 357 *de sterili fico (cf. e. g. Matth. 21, 19)* 358 dusmus: *cf. v. 25.* 359 silens: *'ohne dass ihr es merkt'.* 359 antrum pectoris *Iuvencus, Prudentius, alii.* 361 *cf. nov. frgm. Hisper. fam. fol. 4v, 16 (Zimmer 1895 p. 128)* herus: deus. 368 *honorem meum atque mei patris; cf. Matth. 25, 34:* tunc *(i. e. in iudicio)* dicet rex his qui a dexteris eius erunt: 'Venite, benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. 373 *sqq. cf. appar. ad v. 371.* 378 *Paul. ad Corinth. I 3, 17; 6, 19. II 6, 16 (?)* 382 *sqq. Ioh. ev. 8, 12* ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae. 385 *cf. v. 397.*

Vos sentire decet, fratres, quod scriptio promens
De tonstro narrat torvo, pro mole malorum
Quod partum pravis damnandis atque nefandis,
Qui normam veri spernentes mente procaci
Loetea dilectant pecamina fraudis inique.
Expertes ideo deflentes voce lugubri
Funereae poenis trudentur perditionis,
Quę sunt preparatę dusmis quorumque ministris,
Ac degent illis aequales consotiique,
Quo nullus conviva parat convivia mensae
Et pacis desunt suffragia laeticiaeque,
At nullus radius clarescit lucis amoenae
Ac numquam tribuit solamen quisquis amoris,
Non genitor nato nec quis natus genitori,
Nec germana dabit germano quid pietatis,
Qui miser ac pauper lugubrisque moratur et expers
Carceris in tetri tenebris dirique profundis,
In quo nulla dies umquam lucere videtur
Nec rutilus Titan radios aspergit amoenos
Purpurea Lucina sua nec luce coruscat
Ac sine fine pirę tonstro vastante perennis
Continuo mortis somno dormire rogatur *fol. 216v*
Et nece spiramen vitę finire nequit quis,
Vivere quin habeat sine vivendi ratione
(Mortis nempe mori casu mortis sine meta),
Scilicet et nemo directo tramite cursus
Glorificans cum stipe sua descendere possit,
Perdita quo venię miseratio spesque salutis;
Quo nihil expectatur ali nisi Tartara saeva,
Ast operę spatium nulli conceditur umquam,
Quo rus mesticię necnon chaos impietatis;
Quo sceptri speties non est, ulla orgia regum,
Sennarum strepitus sed dirus personat illic
Ac papli poclique, simul vestis, sit egestas;

---

390 pecamina *sic P; cf. v. 61* 393 preparătę: *cf. v. 216* movĕbuntur 395 c̄//ua parat c̄uuu menseae *P: corr. Lebègue* 396 laeticieaeque *P* 399 nato *ss. P*[1] 402 Carceris *sic P; cf. v. 433. 512* dirisque *P* 404 radius *P*[1] 406 ton(s)tro *P* 410 Mortisq. *P*[1] 412 stipe (ti *in ras.*) *P* 419 papli (*posterior* p *ex corr.*) *P*

388 *i. e. paratum; certum locum si forte intellegi voluit Lios, non possumus ostendere.* 390 *i. e. diligunt.* 391 *cf. v. 280.* 393 *Matth. 25, 41* tunc dicet et his, qui a sinistris erunt: 'Discedite a me maledicti, in ignem aeternum qui paratus est diabolo et angelis eius. 393 *diabolis (v. 25) eorumque ministris.* 395 *cf. v. 335.* 397 *cf. v. 385.* 402 *in tenebris profundis carceris tetri dirique.* 405 Lucina *i. e. Luna.* 406 pyrae *(i. e. rogi = ignis)* tonstro *(v. 425. 480).* 407 *rogatur (a damnatis sc.), ut liceat dormire somno mortis perennis (cf. v. 408).* 409 *'dass er nicht das Leben habe'; habet βίον ἀβίωτον.* 410 *vivere illud est mori mortis casu (figura etymologica est), sed sine meta (i. e. fine), quam ceteroquin mors habere solet.* 413 perdita: *'für immer dahin'.* 414 ali: *i. e. continuari.* 415 spatium: *i. e. intermissio.* 416 *terra tristitiae.* 417 *cf. nov. fragm. Hisper. fam. fol. 4v, 8 (Zimmer 1895 p. 127)* orgiis: obsequiis. 418 *cf. ad. v. 99.* 419 *videntur cibus et potus dici* (paplum = *pabulum, cf. app.;* poclum = *poculum; sic* oclorum *v. 127), cf. v. 352.*

Quo sunt magnanimi cuncti faustique mariti
Participes similesque suorum mancipiorum,
Nullius famuli fulti pietate faventis
Neque ministrorum properantum more fideli
Prȩsulis in casu iuti solamine prompto,
Sed iugiter plorant inmania tonstra luentes
In tenebris altis trusi cum demone tetro;
Quo nullus splendor lucessere cernitur ultra;
Quo miserȩ lugent animȩ gemitu vehemente
Suppliciis Erebi submersȩ pondere noxȩ,
Questibus et vanis luguberrime vociferantes
. . . .
. . . .
Qui vivit regnatque regens per secula cuncta'. *fol. 217r*
Bis resonant animalia bina canentia laudem
Bisque pii deni seniores atque quaterni
Voce pari psallunt imnos laudesque canentes
Eiusdem numeri in soliis sublime sedentes
Subque dei basses statuentes rite coronas:
'Alma patris natique simul flatus quoque sancti
Perseverans instans indeficiensque potestas
Est et semper ubique manebit fine nec ullo,
Quo lux ac species personȩ denique trinȩ,
Ad quam nemo accedere vel contingere possit.
Magnaque sanctorum manifeste gloria paret,
Gaudia pro meritis qui regni participantes,
Seclorum quîs utuntur per secla futura,
Angelici coetus aequantur congeriei'.
  Idem rursus ait vates in codice vatum:
'O miseri stolidique homines mala semper agentes,
Fortunati etiam non, digni iure nec estis,
Quîs modo namque cupidine venditionis inique
Spectra poli placeat pro sceptris vendere mundi,
Lucis et expertes, inopes laetaminis at nunc
Caelestique dei cultu ac pietate carentes
Instabilis colitis fastus et numina saecli
Omneque quod vobis spernentes debet haberi.

---

421 Partip- *coeperat P* 422 piete *P*[1] 425 iugi$^{\bar{\imath}}$ (gi$^{\bar{\imath}}$ *in ras.*) *P* ton^{s}tra *P; cf. v. 406* 428 Qua *P* 430 *cf. ad v. 238* 443 Gaugia *P* 444 scl͞a (*i. e.* secula) *P; item v. 453. 467* 445 coetus *bis P*[1] 452 dei *ss. P*

420 fausti mariti: *'Günstlinge des Glückes'; simili elocutione vulgo Fortunam inconstantem meretricem dicunt.* 421 *una cum servis suis condemnati.* 424 praesulis in casu: *'wenn es dem Herrn (d. h. ihnen selbst) schlecht geht'.* 429 *'zu den Höllenstrafen hinabgestossen'.* 432 quattuor animalia *ex apocal. 4, 6.* 433 viginti quattuor seniores *ex apocal. 4, 4; psalmus eorum v. 437—445 = apocal. 4, 11.* 435 *sq. de thronis et coronis seniorum dicitur apocal. 4, 4.* 438 *cf. v. 90.* 444 *quibus (gaudiis) utuntur per futura saeculorum saecula.* 446 *sqq. videtur dicere Iohannis evang. 3, 19, ut* vatis *sit pro apostolo dictus, et* codex *pro evangeliorum libris.* 448 non *tam mire positum, ut nesciam, num recte poetae mentem ceperim.* 450 *luditur in nominibus* spectri *et* sceptri, *ideoque* spectrum *omnino dictum est.* 454 *spernentes omne, quod (a) vobis debet haberi ('in Ehren gehalten werden').*

Nunc placuit vobis hoc, quod non prosit, amare; *fol. 217v*
Vosque inter semper constantes invidiosi
Invidiam retinetis amara mente maligna.'
Verus item vatis contestans clangat aperte:
'Cuncti quippe deo violenti iurgia sęva
Vi prava famulantibus impietatis agentes
Gaudia cęlestis nequeunt regni penetrare.'
Conditor idcirco lucis sęvissima gesta
Illorum cernens animique secreta maligna
Cognoscens plagasque colens longe prius illis
Vaticinans dicit manifeste voce cavenda:
'Illos, qui mea contempnunt precepta, futuro
Scilicet in seclo satiatos impietate
Tormentis Erebi tetris nimiumque profundis
Cocitique simul tradam cruciatibus actos,
Ut semper pereant qui semper hic nocuerunt'.
  Tartara, mortales, cur non horretis amara,
Quę ventura vovent vos supra dicta prophetę,
Cordeque contrito ploratis crimina vestra?
Quae modo ne veniant audistis hęc mala vobis
Omnipotens dominus cunctis hęc famina promens
Criminis indultor, venię largitor et ultor
Rite mali largusque boni retributor abunde
Admonet, ut caveant, quę sunt conpluria tonstra,
Utpote pro geminis poenis sęvisque gehenne; *fol. 218r*
In quo mos semper tonstro torrere gemello,
Ut doctor quidam depromens dicit aperte:
'Poena reis duplex consistit in igne perenni,
Mesticiae quorum mentes et corpora flammę
Lance vicem simili solventes criminis urunt,
Ut, qui tractarunt sensu, quod carne replerunt,
Puniti fiant animis pernisque perustis'.
  Christicolis sęcli per vastas ęditionis
Huius conpages sincerę vox pia cunctis
Archanis dictis manifeste clangat ubique,
Splendida caelestis referens habitacula regni

---

457 *fort.* amaram   458 clangat *sic P; cf. v. 489*   460 famulantis P^1 467 secło *P*   472 supra- (uos *above*) dicta *P* (uos *ss. man. 2 ant.,* = *die über euch kommen sollen?*); *fort.* supra dictata *(cf. v. 337)*   475 Omnipotens dominus cunctis *praeter* O *in ras. P*

459 *nescio an male acceperit Pauli verba ad Timoth. II 2, 24* servum autem domini *(cf.* deo famulantibus*)* non oportet litigare.   464 *sc. iam in vetere testamento.*   466 *deuteron. 7, 9 sq.* et scies quia dominus deus tuus ipse est deus fortis et fidelis .... reddens odientibus se statim ita, ut disperdat eos et ultra non differat, protinus eis restituens, quod merentur.   472 vovent: *'in sichere Aussicht stellen'.*   474 *coniunge* ne vobis *(super)*veniant haec mala, quae modo audistis.   475 *sqq. deuteron. 7, 8 sqq. (cf. ad v. 466).*   481 *patris alicuius* (doctor: *'Kirchenlehrer') locum dicit secuti verba Christi (Matth. 10, 28; Luc. 12, 5).*   484 lance simili *i. e. aequa, iusta.*   485 *ne anima, qui culpae particeps fuit, poenae expers maneat.*   486 *cf. v. 286.*   487 *Christicolis vox sincerae scripturae (gl. ad v. 39) per vastas mundi compages clangat (i. e. sonat) dictis arcanis (i. e. mysticis);* compages *dictae ut saepius* mundi machina.   489 *Lion non certum locum expressisse apparet ex* ubique.

Dilit*ia*sque suas ęternas divitiasque
Inm*a*rcessibiles, quę nullo fine senescunt,
Agm*ina* caelestum quo lucida cęlicolarum
In soliis variis considunt ore corusco,
Quę non solis egent nec lunae, nullius astri,
Lumine praeclaro renitentis quippe perennis,
In splendore dei degentia semper honesto;
Urbsque perennis inest, quę clara luce refulget
Semper habens sine nocte diem splendore micantem,
Perpetuas gazas, quę numquam erugine squalent,
In qua pacifici mitesque chori requiescunt
Felices, humiles, nullo livore sodales,
Participes regni stantis sine fine supremi; *fol. 218v*
Rusque perenne decens preclara luce coruscat,
Quo detentio iustorum requiesque piorum,
Quod semper renitens nimio splendore metalli
Purpurei rutilat gemmisque micantibus atque
Lucifluis concis roseum sicut iubar ingens,
Defectu sine quę vibrant Tytanis ad instar,
Inmarcessibiles mercedes quo paradisi
Continuo sine fine die cum luce perenni
Insistente patent pro milibus istius annis.
Illo namque beant psallentes carmine sancti
Angelicique chori degentes inter opimos
Nectaris et Bachi, lactis latices oleique
Et dulces inter fruges, quîs mansor in i*ll*o
Omnis abunde loco fruitur necis absque pa*vor*e
Atque choors antiqua patrum vatumque piorum,
Qui primi fidei nascentis in orbe fuerunt.
Illic quippe chorus laetatur discipulorum,
Spernentes curas qui Christi dicta sequti,
Audax et coetus cesorum, sanguinis ostro
Martyrium Christi testes qui sunt imitati,
Grexque omnis quorum, dominum qui mente professi,
Exultat trinum venerans unumque tonantem
Ethereoque throno regi sublime potenti
. . . .
. . . .

491—493 *litteras fissura absumptas suppl. Lebègue* 497 honusto *P; cf. ad v. 155* 503 sin/e *P* 506 speldore *P: corr. Lebègue* 509 $\overset{u}{q}$ę *P* 516 *sq. suppl. Lebègue*

492 immarcessibiles *ex Petri ep. I 1, 4. 5, 4; cf. v. 510.* 495 *cf. v. 106. 405.* 500 *Matth. 6, 19* nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi aerugo et tinea demolitur. 505 detentio: *'Aufenthalt'.* 506 metalli purpurei *(= flavi, rutili) i. e. auri.* 508 *de nominativi in comparatione usu cf. adn. ad v. 84 sqq.* 509 *'ohne Aufhören'.* 510 *cf. v. 492.* 512 *'entsprechend (sc. in ihrer ewigen Dauer) den Jahrtausenden, die dasselbe (sc. das Paradies) währt'.* 513 illo carmine *coniungi num voluerit, dubito, quod v. 493 sqq. de carmine non fuerit dictum, quod commemoraverat v. 433.* 515 *cf. v. 94.* 516 *qui in illo loco manet.* 519 primi: *cf. apocal. 14, 4* hi empti sunt ex hominibus primitiae deo et agno. 522 *cf. Hisper. famina p. 4, 11* ostrei cruoris rivis *(= purpurei).*

Furque cubile sua vestrum inquinet arte dolosa; *fol. 219r*
Sed patientia et indulgentia paxque benigna,
Insons ac pietas, concors dilectio, quae sunt
Virtutum stirpes aliarum spesque bonarum,
Sint animi vigilis spiramine semper apud vos,
Fortius atrocem superare queatis ut hostem,
Quem deus expellens et damnans vincxit in imo,
Ut, sicut scriptura refert, splendore nitere
Tytanis sceptro valeatis patris in alto,
Accidat et vobis, alibi quod scriptio fatur:
'In regno meritis iusti sublimibus alto
Cum domino de*g*ent; quorum sunt praemia pl*ura*',
Ih*esus item nobis* doctissima dogmata *fatur*:
'Fel*ices mi*seri flatu, quod nempe su*premum*
I*psorum est* sceptrum, dum degunt iure po*tentes*.
Felices stabiles, quoniam telluris ab ore
Divino promissa sibi possessio longa.
Felices, qui nunc plorant ac flent patienter,
Laeticiae quod erunt semper solamine digni.
Felices, qui mente volunt cupiuntque tenaci
Iusticii normam, quoniam fient satiati.
Felices, opibus qui nunc miserentur egenis,
Quod dives presul large miserebitur illis
Ac miserante illi ditissima dona sequentur.
Felices et ei, qui pura mente resistunt, *fol. 219v*
Perpetuę quoniam spetiem cercent deitatis.
Felices, qui semper amant moderamina pacis,
Quod deus in numero prolis desiderat illos
Atque sui nati dicentur iure perenni.
Felices, qui pressuras tolerant sequi*er*que
Tramitis ob recti legalia iura fidelis,
Illorum quoniam sceptrum celeste polorum est.
Felices eritis, cum probris ridiculisque

---

538 *suppl. Lebègue* 539 Ihesus item nobis d. d. fatur *conieci* 540 supremum *suppl. Traube* 547 Iusticii *sic P* 552 *fort.* cernent; *an vox Hisperica est? δέρκεσθαι comparat Traube* 556 *suppl. Lebègue*

Glossae. 529 concors] i. et — 542 telluris] i. terrę 543 promissa] ÷ *(i. e.* est; *sed* i. *ante* ÷ *omissum est)* 550 miserante] i. eo

527 *cf. e. g. Ioh. ev. 10, 1; Paul. ad Thess. I 5, 2. 4; Petri ep. II 3, 10.* 528 *cf. e. g. Paul. ad Ephes. 6, 11 sqq.* 529 *sq.* dilectio spesque. 533 *cf. apocal. 20, 2.* 534 *Matth. 13, 43* tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum; *cf. sap. 3, 7 et Dan. 12, 3.* 537 *Luc. ev. 6, 23* ecce enim merces vestra multa est in caelo; *Ioh. ev. 14, 2* in domo patris mei mansiones multae sunt. 540 *sqq. Matth. 5, 3—12:* *3* Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. *4* Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. *5* Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. *6* Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. *7* Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. *8* Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. *9* Beati pacifici, quoniam filii dei vocabuntur. *10* Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. *11* Beati estis, cum maledixerint vobis et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me; *12* gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis ....
556 saquierque: *'das Verfolgtwerden'*.

Irruerint vobis mortales insidiantes
Expulerintque foras ut ineptos atque bilingues,
Mor*talis* natum spernentes vos ob *u*bique;
Lę*ticia tu*m letari debetis inormi,
Me*rcedis* vestrae quoniam vestrique triumphi
Co*pia* magna poli secretis *condi*t*a* *constat*'.

---

563 Lęticia *Lebègue* tum *supplevi*] //I *P* 564 *suppl. Lebègue* 565 condita *Lebègue*

Glossae. 560 irruerint vobis] i. oderint vos (vos *incertum*) 561 bilingues] i. mentaces *(sic; cf. v. 117)*

Data occasione aliquid addendi ita utar ut de testimonio quodam agam, quod nescio an fieri possit ut ad Liu libelli sacerdotalis partes deperditas quispiam perperam referat. In Keilii Grammaticis Latinis tomo V p. 575, 16 is qui de dubiis nominibus scripsit, s. v. cancer *haec refert:*

> Cancer bubo generis neutri, ut Livius *(sic codex Laudunensis 463 saec. XII:* li§ *Monacensis 14252 saec. IX)*: malum latere *(sic L:* latet *M)* solet immedicabile cancer *e. q. s.*

Livium vix esse historicum adnotaverat Otto in editione peculiari p. 31 adn. 108, cum locus quasi versus numerum habeat. Et sic versum effecit Hertzius a Keilio laudatus in commentatione priore de Livii fragmentis (Vratislaviae a. 1864) p. 12 hunc

> — ◡ latere malum solet immedicabile cancer,

Keilius ipse etiam poetae nomen invenisse sibi visus proposuit

> ut Macer Aemilius:
> latet immedicabile cancer.

Sed neque Livius haec scripsit neque Aemilius Macer neque, cuius alicui in mentem venire potest ob codicis Monacensis lectionem, Lios; sed philologos fugere non debebat, Ovidii haec esse ex metamorphoseon II v. 825

> utque malum late solet immedicabile cancer
> serpere*;*

idque, dum plagulam corrigo, animadvertisse video R. Ehwaldum in symbolis ad historiam carminum Ovidianorum recensionemque p. 2 (Gothae a. 1889). Hoc autem non prorsus inutiliter animadverti potest in grammatici loco codicumque illa discrepantia, interdum in versus fine subsistere eum qui non sententiae causa, sed rem grammaticam demonstraturus locum aliquem afferat, etiamsi sententia sic evadat non integra; deinceps autem a librariis speciem quandam effici solere integritatis interpolando, praesertim si archetypum invenerint iam menda corruptum. Sic grammaticus ille scripsit

> ut Ovidius:
> malum late solet immedicabile cancer,

tamquam ibi non esset coniungendum malum immedicabile *appositionis loco. Inde, ut fere fit, propter vicinitatem verbi* solet, *natum est* latet, *quod vix dubito quin etiam in eo codice fuerit unde descriptus est Laudunensis; eius autem librarius cum a* solet *pendere constructionem infinitivam vellet neque magis quam editores doctissimi de Ovidii loco recordaretur, ex* latet *effecit, et id satis ingeniose,* latere.

SALOMONIS ET WALDRAMMI CARMINA.

Salomonis vitam cum post Duemmlerum[1] *enarrare inutile videatur, de carminibus solis ei adscriptis disputabo. Neque enim constat hodie, utrum Salomonem eorum poetam ducere liceat an cogamur ea a Waldrammo monacho S. Galli iussu Salomonis scripta putare. In libro igitur Sangallensi 197*[2]*, qui unus haec de quibus agitur carmina servavit, pag. 301 incipit prologus ad primum carmen, quo describuntur tempora regis Ludovici. Inter prologum vero et ipsum carmen interposita sunt verba haec:* VERSUS WALDRAMMI AD DADONEM EPISCOPUM A SALOMONE EPISCOPO MISSI. *Inde autem primo obtutu consequi videtur, prologum ab alio atque ipsum carmen compositum esse, hoc sc. a Waldrammo, illum a Salomone. Neque vero huius rei ullum extat indicium neque quicquam discriminis agnoscitur inter prologum et carmen. Quodsi ut Wattenbachius*[3] *coniecit, totum carmen Waldrammi esset, certe in initio illa verba poni debebant. Hoc autem carmine publica se infortunia questum esse testatur is qui alterum carmen composuit, v. 7 sq. Ex initio vero eius carminis Salomonem poetam esse discimus. Qui ubi ipse Waldonis fratris coniunctissimi mortem deploravit, subiungere se statim profitetur v. 125 scripturam aliquam, qua quidam ipsius damna lugeat. Sequuntur deinceps excerpta ex Venantii Fortunati ad Chilpericum regem et Fredegundem reginam carmine IX 2, admixtis uno de Gelesuintha versu Fortunati quattuorque primis Boetii. Ea potissima carminis pars est; prologum autem et epilogum de suo addidit quisquis excerpta composuit. Sequitur altera consolatio item ex Fortunati carmine IX 2 deprompta, cui praemissa sunt haec*

Rursus, sancte pater, tua me dilectio cogit
Scribere doctiloqui verba perita viri,

quod distichon Duemmlerus a Salomone scriptum putabat. Duobus autem hisce consolationibus in codice inscriptum est VERSUS. *Iam videtur res confecta esse. Neque enim licet seductis inscriptione carminis primi omnia Waldrammi putare, sed carmen primum cum prologo et carmen alterum Salomonis sunt; alteri autem Salomo subiecit versus Waldrammi; neque versus supra descripti* Rursus, sancte pater *Salomonis sunt Waldrammum* doctiloquum virum *dicentis, sed Waldrammi ipsius, qui ita Venantium Fortunatum significavit; et recte profecto abbas a monacho suo* sanctus pater *dicitur. Inscriptio autem illa* VERSUS WALDRAMMI *ante consolationes a Salomone Dadoni*

1) *Formelbuch des Bischofs Salomo III. von Konstanz p. 103 sqq.; S. Galler Denkmale aus Karol. Zeit (= Mitth. der antiq. Ges. zu Zürich XII 6) p. 262 sqq.* 2) *Cf. (Scherrer,) Verzeichniss der Hss. der Stiftsbibliothek von St. Gallen p. 72 sq.; codicem ad Duemmleri editionem Berolini contuli.* 3) *D. G.-Q. I*[6] *275 adn.*

missas ponenda est. Et id iam vidit Canisius, cui in praefatione recte adsentitur Duemmlerus; cum tamen in eo libro, qui in omnium manibus est, Wattenbachius recesserit a vulgata sententia, eam nova inquisitione stabiliendam duxi. Ego igitur praeterquam quod de doctiloquo viro *aliter iudico atque fieri solebat, prorsus in Canisii et Duemmleri sententia standum censeo.*

Adiecimus carmina a Duemmlero ex eodem codice Sangallensi 197 edita; ex quibus verbo tangenda sunt epistolia duo monachi cuiusdam ad episcopum absentem (p. 245 D.). Dubitari enim potest, num recte duae epistulae segregentur. Nam prior nimis exilis et tenuis est, si per se eam contemplamur: 'Si nare vel volitare possem, nulla re impedirer quominus ad te venirem; nunc vero ii, quibus navis suppetit, proficiscantur: ego domi maneo'. Malui igitur hos extremos prioris epistulae, quae est apud Duemmlerum, versus ironice dictos ratus coniungere epistulas; poeta sc. se ad episcopum dilectum venire posse desperans ad Musam conversus quid sibi faciendum sit interrogat.

I.

INCIPIT PROLOGUS SEQUENTIS OPERIS.

Simplex trine deus, genitor, sate, spiritus alme,
Quem trinum simple, quem simplum regula trine
Credendum monstrat fideique expostulat ordo,
In quo personę triplant, substantia simplat,
Da votum cordi, sermonibus instrue linguam;
Cymbala labrorum concede ut recta loquantur,
Fac me velle bonum iusteque implere cupitum;
Imbue corda fide, spem dona, confer amorem:
Quę tria cui dederis, nil habet hic non probitatis.
Sed quod postremum ponit catalogus horum,
Hoc maius reliquis testatur apostolus esse,
Utpote qua cassus non participaverit ullus
Caenam, quam nato regi rex fecit opimam,
Et qua multimodi sceleris commissa teguntur,
Qua sine vel largitor opum, vel passio si quem
Insignem reddit, frustratus merce carebit.
Astipulatur huic Christi sententia verbo,
Qua de mandato scribę dans dogmata primo
'Si precepti' inquit 'magni vis pondera nosse,
Affectu toto dominum devotus amato,
Viribus ex cunctis animaque hunc dilige tota;
Dilige cognatum procurans temet ut ipsum,
Iussio quę conpar cognoscitur esse priori:
His in mandatis pendet lex atque prophetae'.

PROLOGUS 6 labrorum (o *ex* u *corr.*) *S* 9 *fort.* nil non habet hic 13 Caena. qua *S*: *corr. Canisius* natus S^1 15 passioni si S^1 17 huuic *S*

PROLOGUS 11 *Cor. I 13, 13.* 12 qua: *sc. caritate, quod nomen furtim surrepit poetae Pauli memori pro amore; cf. Vahlen, ind. lect. Berol. 1886 hib. p. 12 et meas 'schedas criticas' (Berol. 1895) p. 9 sqq.* 13 *Luc. 14, 24.* 14 *Petr. I 4, 8.* 15 *Cor. I 13, 3.* 17 *Matth. 22, 37 sqq.*

En ratione dei nihil est, quod sit par amori
Et pia virtutes dilectio possidet omnes.
Quid plus? possidet omne bonum possessor amoris,
Nec locus est meriti, si deest dilectio cordi.
Dicere iamque decet, quid prologus iste figuret,
Qui nunc claudatur, quia plura loquendo sequuntur.

Dado pater celebris, speculum, via, lumen et orbis,
Discrete antistes, presul venerande vicarie Christi,
Nauta, gubernator, populorum pastio, pastor,
Qui mihi causa manes huiusque occasio scripti,
Per quem coepit opus, cuius dulcedine ductus
Virtutum species et nomina trina notavi,
Cuius amore quidem prefatio latat amorem,
Bina parum tangens: plus concionabar amorem,
Nec contentus eram semel hoc literare vocamen:
Crebrius id libuit vinclo constringere versus,
Ut quod mortales aptat iungitque tonanti,
Alterutrum societ sincero foedere nosmet.
Iunge tuum cor sancte mihi mentemque sacerdos;
Quod cupiam precor ipse velis, mea concipe vota,
Corpore si nondum, sensu coeamus in unum.
Quamquam si fieret, si se . . ta hora potestas,
Utque a me facies nebulas tua – ⏑ ⏑ – ⏑:
Credo quidem, nec vana fides, cum complice vultu
Nos contemplamur, cum mutua famina famur,
Plurima pars aestus, quę cor obnubilat intus,
Exturbata fugit mentique aurora redibit.
Paranthesis ut haec subito surrepserit orsa,
Crede, mei sensus non hoc incuria gessit,
Sed divisa tui causa est sententia, frater.
Namque pedem refero; quae cępi dicere, dico:
Si nos omnipotens aliquando acciret in unum
(Sepe quod optavi, nunc opto, optavero certe),

---

25 *fort.* par sit 29 quod prologus ista *S: correxi* 30 sequnt̃ *S*

Inter prologum et ipsum carmen leguntur haec VERSVS VVALDRĀMI AD DADONEM EP̃M A SAŁ EP̄O MISSI, *cf. praef. p. 296* 2 antistes. p̄sul uenerande. uicarie xp̄i (vicarie) *S:* presul *del. Canisius; propter distinctionem codicis* Discrete antistes, Christi presul venerande *conieci, ut* vicarie *glossa sit nominis* antistes *male ab ἀντὶ et* stare *derivati* (vicarius Christi *proprie papa est)* 7 latat *(i. e. late exponit, opp.* parum tangens *v. 8) S*; iactat *Bergk.* 8 amore *S: correxi* 9 literare *S (cf. II 75; recte prima producitur II 31)*; iterare *Canisius (et Wattenbach, D.G.-Q. I[6] 275), neque vero semel quicquam iteramus* 11 mortales (r *in ras.*) *S* 13 s̄cae *S* 14 uot/// *S* 16 si se∗∗∗ta hora potestas *S (trium fere litt. spatio vacuo)*; si spectare ora potestas *Bergk* 17 Atque *Duemmler, sed* ut *a* fieret *pendere potest* 18 *clausula erasa vel detrita est; priorem tamen vocem in* ι *exisse etiam nunc apparet, unde Bergkium* cara fugaret *addentem errare consequitur; temptaveram* pelleret omnes, *sed tertia prioris vocis littera infra versum descendebat* 20 *fort.* qui 21 requibit *S: corr. Duemmler* (resurgit *Canisius*) 23 meis ensis *S: correxi distinctione mutata* 24 sentia *S* 25 //refero *S*

25 ratione dei: *i. e. apud deum.*

I 18 *Verg. Aen. IV 12, ubi legitur* equidem. 22 paranthesis *illa incipit, ni fallor, a v. 16.*

Dulcius hoc cunctis argenti aurique talentis,
Bombice vel gemma, blatis eborique fuisset,
Ut solareris, varia est cui causa doloris;
Et quę litterulis virtutum nomina finxi,
Edoctus de te possem cognoscere plane,
Qualiter alta fides valeat divellere montes
Atque maris medio pelagique immittere fundo,
Quid divina velit vel quid dilectio fratris,
Qua spe suspensus semper cęlestia sperem,
Casibus in mundi quę me patientia firmet,
Libra qua pendam veniant si prospera forsan.
Quisquis tecta sui concivis viderit uri,
Ipse modo simili credat sua posse cremari.
Est opus, est, inquam, caute perpendere causam,
Si domini coniuncta domo primordia sumpsit
Litera Tau nobis impingens signa salutis,
Ne desit fronti quod nos Θ subtrahat hosti.
Linea quem cingunt, medium pertransiit urbis
Hjerusalem dans signa gementi sive dolenti:
Qui gemit atque dolet domino signatus adhęret.
Sic in monte sedens salvator dixerat ipse:
'Felices, qui nunc lugent, quia gaudia luctum,
Qui citius transit, post hęc ęterna sequentur'.
  Si risus fletu mercandus creditur esse,
Est nobis flendi nimium concessa facultas.
Hinc atque ⟨inde⟩ satis subrepunt aspera nobis,
Nec simplex mortis facies nec singula damna,
Sed sicut sapiens seseque sequentia cernens,
Contra insensatos orbem pugnare fatetur;
Doctor Gregorius quod tangit taliter orsus:
'Corda prius hominum turbantur, post elementa'.
Iure igitur restat, nos ut simul omnia cędant,
Quę male sunt vitiis nostris servire coacta.
Iuste pro domino vitiatus dimicat orbis,
Ut, peccando homines quia se lęsere priores,
Ulciscens semet contra illos ipse duellet.
Cęlum, lympha, solum necnon et cętera rerum
Ordine cum proprio temerata lege recedunt,
Pro domino pugnant, qui nos hoc more flagellat.
An non peccatis paganę natio gentis,
Quę mundus fecit vastus mortalia, vincit?

---

28 Dulcus S^1 30 solareris (l *in ras.*) *S* 31 *fort.* qui *et* fixi 35 quod *S: corr. Wattenbach* 38 fonsan *S* 40 posse (p *in ras.*) *S* 42 uincta *(sic) S: corr. Wattenbach, qui quae postea proposuit D.G.-Q. I⁶ 275, non concinunt cum Ezech. 9, 6;* depicta *Canisius* 44 Nec *S: correxi* (si *v. 42* = *siquidem*) Θ *scripsi* (theta = *θανάτῳ*) *coll. Isidor. orig. I 38* secunda *θ*, quae mortem significat *(cf. Huemer, Wiener Studien II 305 sq.)*: ó *S* 47 signat/ *S* 49 luctum (c *ex* r *corr.*) *S* 51 flentu *S* 53 inde *om. S: add. Canisius* 58 pius *S* 62 *distinxi* 67 pęccatis *S* 68 fecit. uastans *S: correxi*

39 *Hor. epp. I 18, 84.* 42 *sqq. Ezech. 9, 3 sqq.* 47 *cf. v. 215.* 48 *Matth. 5, 4.* 54 *Verg. Georg. III, 482.* 55 *sapient. 5, 21.* 57 *Gregorii Magni hom. 35 § 1 (ed. Benedict. I 1613):* prius corda hominum et post elementa turbantur.

Hostibus ecce, dei qui censebamur amici,
Tradimur in predam, Ioseph fera pessima mandit,
Israel allophilus, Iacobos gens ethnica mactat,
Ingenuos maledicta choors Chananea triumphat,
Libertos olim servilis factio caedit.
Ferre canis pretium templo lex prisca refutat:
Nunc canis ipse domum Christi spurcissimus intrat,
Dat necibus plebem, vulgo res, ignibus ędem.
A! mensam domini sacram manus impia scindit,
Tractat pollutus sanctorum pignera tactus
Eclesięque pecus peregre transducit abactum.
Non miseret patris, nulla est miseratio matris;
Transfigit natum feritas ante ora parentum,
Nec natam redimit quod mater funera plangit.
Iunior atque senex, lactans puer atque puella
Alter in alterius moribundi cęde volutant.
Instant Italides spoliatę civibus urbes
Ac desolati demptis cultoribus agri;
Campi cęsorum siccatis ossibus albent.
Iam puto tot vivi non sunt, quot Marte perempti,
Illorum; vatis dicamus congrue verbis:
'Ante quidem summa de re statuisse Latinos,
Si vellent, fuerat melius, non tempore tali
Cogere concilium, cum muros obsidet hostis.'
En quo perduxit miseros discordia cives.
Sępe malum hoc illis, si mens non lęva fuisset,
Intestina loqui populorum proelia possent;
Dicunt quippe sues sese mordere solentes
Ad se mordendum dentes excire luporum.
Pascua nunc gregibus vix porrigit inclyta tellus,
Lascivire prius de cuius et ubere pauper
Consuevit, sano dum res stetit integra regno.
Novimus electum vas Christi scribere Paulum:
'Mandere delectat vel si mordere vicissim
Alterutrum, vobis ne fors consumptio sitis,
Corporis intuitu tunc mentis cernite visu'.
Claret apostolicus Laurentum sermo ruinis:
Inter se primum civili lite furentes
Barbarico obiecti solvunt commissa furori.

---

69 *post* dei *dist. S* 70 Tradimus *S* 79 trasducit *S* 80 maseratio *S* 83 lactans *sic S* 85 *fort.* Constant 88 uini (*non* uini) *S* quod *S* 92 obsida *S* 98 porrigit *(post.* r *in ras.) S* 99 cuius (us *in ras.*) *S; locus lacunosus, cum neque* cuius *ad pluralem* gregibus *referri possit neque verbum adsit, quod per* et *cum* porrigit *coniungatur, neque qui pecudes alunt, sed ipsae pecudes* lascivire *(mutwillig hüpfen) soleant* 102 *sq. distinxi*

74—88 *vertit Duemmler, Ostfr. III 509 sq.* 74 *deuter. 23, 18.* 84 *Verg. Aen. II 663* et *VI 308.* 86 *Verg. Aen. VIII 8.* 87 *Verg. Aen. XII 36.* 88 *v. 163.* 89 illorum *fort. ad* Italidas *urbes (v. 85) respicit.* 90 *sqq. Verg. Aen. XI 302—304, ubi* equidem; Latinos; si vellent, fuerat; obsidet *M,* adsidet *PR.* 94 *Verg. ecl. 1, 16. 71 sq.* 96 *similiter certe carmen Compendiense III 8 (supra p. 241)* impios ad pietatem exorando revoca et rapaces doce sua largiri pauperibus, ne se invicem mordendo consumantur ocius. 101 *acta apost. 9, 15 et Galat. 5, 15.*

Omne quidem regnum contra se scismate scissum
Destruitur domuique domus superimminet ultro.
Cęlum, terra meant, sed firma hęc famina perstant. —
Dic frater, dic antistes, dic sancte sacerdos,
Si constare nequit regnum per dissona separ,
Quę sint divisis metuenda pericula nobis.
Unanimes habitare domum, psalmista notavit;
Sed (te Sulpici, ne Gallus id audiat, affor)
Rari sint nostrum quorum mens tendat in unum:
Discordant omnes, pręsul, comes atque phalanges,
Pugnant inter se concives contribulesque,
Urbica turba strepit, machinantur et oppida bellum;
Quid ni cognatos etiam discordia pungit:
Provocat in Martem frater concurrere fratrem;
Infremitat sęvitque animis ignobile vulgus,
Omnia legirupis certant mortalia pugnis;
Maiores aliis faciunt nil rectius illis:
Qui defensores patrię populique fuisse
Debebant, aliis constant occasio litis:
Nam quorum patres sedabant seditiones,
Horum posteritas acuens exaggerat iras.
Unius populi cum sit disiectio talis,
Num sic divisum credis consistere regnum?
Reddimus ęternas indulgentissime rector
Grates Christe tibi meritosque sacramus honores,
Quod non, ut meruit, voluisti perdere mundum
(Olim quippe reis deberes sumere poenam),
Sed nos portando vis ad meliora reverti,
Atque ut poeniteat, quę quis peccata patrarat.
Namque diu, res si qua diu mortalibus ulla est,
Viximus atque datum mire transegimus evum.
Contigit an umquam, vel hoc contingere quisquam
Audierat, num tale aliquid aut fama susurrat,
Ut totidem populi, tam multę denique gentes
Lustrorum multis tot discurrentibus annis
Immunes regis habuissent tempora pacis?
Israel una tribus, quam trivit fusca Canopus,
Cum † prés lacte solum manans et melle teneret,
Undique per girum ducens ex hoste tropheum,
Illos occidens, ast illos censibus urgens,
Postquam divinę contempsit foedera legis
Irritatque deum manuum per facta suarum,

112 se par *edd.* 116 sunt *Canisius* 118 conciues (ci *in ras.*) *S* 119 stepit *S*[1] 120 pungit (ngit *in ras.*) *S* 121 mastem *S*[1] 130 diuisis *in* diuisum *corr.* *S*[1] 134 *parenthesin significavi;* olim *est 'iam pridem'* 145 prés *S (ut* res *ubique); post Wattenbach; fort.* pre 146 per (e *in ras.*) *S*

108 *Luc. 11, 17.* 110 *Matth. 24, 35; Marc. 13, 31; Luc. 21, 33.* 114 *psalm. 132, 1.* 115 *Sulp. Sev. dial. I 20, 4 p. 172, 22 H:* tibi, Sulpici, in aurem loquar, ne Gallus hoc audiat. 116—130 *vertit Duemmler, Ostfr. III 527 sq.* 122 *Verg. Aen. I 149.* 128 *Verg. Aen. IV 197.* 137 *Verg. Aen. X 861 sq.*

Accidit interdum domino plectente reatum,
Ut rex defuerit, dux illi nemo fuisset:
Nec mora, quos vincens subiecęrat ante tributis,
Vincitur ex illis, servivit et ipsa tributis.
Tunc Ammon, Madian, Moab, Amalechita, Philistim
Illius audaces culpa vel crimine fortes
Cędentes cędunt, spoliantes se spoliarunt.
Insuper et dextrę stirps ⟨pungit⟩ vulnere Iudam:
Fulminat hinc Iudas Beniamin fortiter instans,
Fratribus excisis dum trudit flumina sanguis.
Non mirere, pater, si concuciamur acerbis
Litibus et pugnis, si motus ferveat orbis,
Sed mage mira putes, quod non sint funditus omnes
Et tribus et populi funesto Marte perempti,
Ah! cum non habeant, qui 'fac' vel 'desine' dicat.
Regia si turmis esset prelata potestas,
Non adeo temere fluitaret mobilis ordo,
Discola nec tantum struxisset factio cladis,
Nec mala conantes eadem factisque replentes
Pręmia sive thronum sinerentur adire proborum.
Plura quid his dicam? desunt ubicumque regentes,
Disciplina cadit, huic et contraria surgit.
Absque timore quidem nihil esse loquuntur honorem.
Barbaries quęsita domi censuque coacta
Christicolum populis, cum rex mandaverit illis,
Coetus catholicos, quia rex non dirigit ipsos,
Infra tecta capit censumque cruore reposcit.
Principe destituit multo nos tempore languor
Infantilis adhuc perfungens nomine regis;
Aetas nec pugnę est habilis nec legibus apta,
Cui genus indulget regnis sceptroque potiri,
Sed tenerum corpus sereque ad fortia vires
Despectum propriis generant et hostibus ausum,
Quam vereor, mi dulce caput, quam sepe revolvo
Illius eulogium, qui vae portendere genti,
Supra quam iuvenis staret dominatio regis,
Asseruit; quod summa salus avertat ab illa
Gente, salutari quę fonte renascitur illi,
Qui rex et dominus, qui scitur et esse sacerdos,

---

151 dux] d// S^1 152 tribunis *S: corr. Canisius (cf.* et ipsa *v. 153)* 157 dextrę stirps. uulnere iudam *S*: pungit *inserui coll. v. 120; fugit Duemmlerum* dextrae stirpem *esse tribum Beniamin (cf. genes. 35, 18) a tribu Iuda pro levitae pellice constuprata paene extinctam (cf. iudicum cap. 20 sq.)* 162 funditur *S* 166 Non/d// S^1 169 thonum *S (corr. m. 1)* 170 qd *S* (= quod) 172 quide/ *S* 174 madauerit *S* 177 languos *S* 180 geus *S: correxi, cum viribus regno gubernando aptis opponi videatur ius hereditatis* (deus *Canisius)* 181 Sedne tenerum *S* 182 generant *(post.* n *in ras.) S*

160—186 *vertit Duemmler, Ostfr. III 528.* 163 *cf. v. 88.* 167 discola: *cf. E. Voigt, ecbas. capt. p. 144.* 177 *die Schwäche (non recte Duemmler 'das Siechtum') des Kindes, i. e. das schwache Kind; non licet abuti hoc loco ad confirmandam K. Lamprechti opinionem de Karolorum morbo hereditario.* 181 *Verg. Aen. VIII 509.* 183 *Verg. Aen. IV, 493.* 184 *eccles. 10, 16.*

Qui nec principium nec finem percipit ullum,
Cuius regna chao precellunt, iura diebus.
Si non absurdum cuiquam vel forte molestum
Esset, in hoc sapido vellem sermone morari
Et novus interpres quiddam merore levando,
Quod nusquam legi, de me proferre legenti.
Omnis, in antiquum qui credit ⟨rite⟩ dierum,
Subditur haud iuveni talis devotio regi;
At vero gentes stulte simulacra colentes,
Cum sibi constituunt alicuius imaginis ikon,
Subdunt se iuveni per inania figmina regi:
Regem vae genti noviter sic constituenti;
Nobis per iuvenem veniat benedictio regem.
Hęc ego commentus scriptis non derogo sacris;
Sit rata quam sapiens prodit narratio codex:
Exemplum nobis authentica scriptio ponit,
Monstrans non nimium iuvenili ętate dolendum.
Strenuus annorum Iosias rex fuit octo,
Cum primum regno fungi cępisset avito;
Firmatus vero sensu, solidatus et aevo,
Indeptus plenis maturum robur ab annis,
Zelo ferventi studuit servire tonanti:
Instaurat templum comitque ornatibus ipsum,
Ordinat officium divinatione dicatum,
Lege monet populum, instigat flere reatum,
Scandala dimovit, lucos excidere iussit,
David iter vadit, domino constanter adhęsit.
En quo profecit, qui pusio regna capescit.
Quis rogo nunc iuveni debet diffidere regi,
Dummodo cuncta regens rex regem dirigat ipse?
Sinceres certe Samuel Danihelque prophetę
Essent ętatis pueri cum forte minoris,
Iudicium senibus decernunt iusque gerontis.
  Quędam verba metu posui, solamine quędam.
Ut, quem sollicitet formido, spes animaret.
Aestus hi tales, quos profert pagina presens,
Turboque commiscens diversis casibus omnes
Ossa mihi siccant, sensum merentis obumbrant.

---

192 sapidi *S* 194 legendi *S: corr. Canisius* 195 rite *om. S spatio relicto: add. Wattenbach* 200 Regem ůguenti *S: corr. Duemmler (cf. v. 184)* 205 montrans *S*[1] 219 Sinceres *S forma heteroclita:* Sincerus *Canisius,* Sinceri *Wattenbach* 220 pueri (ri *in ras.*) *S* 226 merentis (ent *in ras.*) *S*

190 *fort. ita accipienda verba: 'cuius regna iam ante chaos erant, cuius iura etiam post dierum finem erunt'; cf. v. 189.* 191 *sqq. sententia perobscura.* 193 merore *i. e. maerori; cf. v. 212 et L. Traube, Karol. Dicht. p. 28 et Hrotsv. Mar. 891, Gong. 60. 87. 222, Pelag. 245.* 195 *sq. fort. haec vult: quicunque in deum (cf. Dan. 7, 9) credit, talis (i. e. eius) devotio non subicitur iuveni regi, cum antiquus ipse dierum illius rex sit.'* 203 *i. e. sit rata narratio, quam sapiens codex prodit (sc. eccl. 10, 16).* 204 *reg. IV 22, 1; 23, 3 sqq.* 209 *Verg. Aen. XI, 174.* 212 *cf. ad v. 193.* 215 *cf. v. 47.* 219 *reg. I 3, 1 et Dan. 13, 45.*

Accidit et crebro, stupidus cum talia tracto,
Ut sicut nonnos scripsit felixque sacerdos
Hieronimus, noster sanctus sapiensque magister,
Interdum proprium fiat mihi nomen oboltum
Et mens fusa foras ipsum me deserat intus.
Tunc postliminio deserta cubilia longo
Regrediens visit proprii nova domatis hospes.
'Quid tu? panis abest eguę nec pocula pręsto,
Nec focus ardet ibi, nec lectus sternitur aegrae'.
Esurit atque sitit, suffert et nudula frigus —
Quid faciat? quo se vertat? quis pauset egenam?
Flet, gemit et lacrimat, singultat, mussat et heret.
Omnia temptanti compunctio subvenit ipsi,
Tali suggestu compellans sana dolentem:
'Nocte fores media tandem pulsentur amici;
Si sit dormitum, vox pernix excitet illum,
Ut lassus terno recreetur pane viator.
Nec tibi (crede) negat, tantum prex sedula poscat,
Insuper et lympham largus tibi porrigit ultro,
Qua quis potata sitiens non sitiet ultra.
Hic facit, ut tantum formides frigora, quantum
Aut numerum lupus aut torrentia flumina ripas,
Nec petit argentum, pretium nec postulat ullum.
Qui dare sponte docet, gratis quod poscitur offert'.
Hęc pia mens tristis librans consulta sororis,
Mel super atque favum hunc talem retur amicum
Et pulsare fores, aditus iam quęrere fervet,
Eius et eloquiis aures aperire fruendis.
'Eia age, rumpe moras, delectat pergere' dicit,
Sed quia non proprio satis est confisa paratu,
Astruit ecce palam sese ductoris egenam,
Pergere nec quoquam per semet posse fatetur.
Ergo vię ignaram sustenta presul alumnam,
Lapsantique manum ductricem porrige, quęso.
Teste loquor domino, potis est quem fallere nemo,
Quod non pictoris ludo nec more poetę,
Fuco fallendi quorum lex traditur uni,
Alter habet iuris poesim componere mendis;
Sed quod verba notant, illud precordia clamant,

---

228 nonnos *S forma graeca:* nonnus *edd.* 229 *distinxi* 230 obollum *S: correxi (cf. Loewe, prodrom. p. 343);* aboltum *Duemmler* 233 dogmatis *S: correxi (cf. 'de Avieni metaphr. Arat.' p. 9)* 234 *sqq. distinxi* eguę nec *sic S* (*cf. v. 295;* eguum *ab* egendo *fecit ut* indiguus *fit ab* indigendo); aeque *Canisius,* aquae *prosodia neglecta Bergk* 243 tenero *Wattenbach; cf. Lucas ev.* 11, 5 commoda mihi tres panes 246 sitiens *Canisius:* sitiē *S* 247 frigora (o *ex* r *corr.*) *S* 253 seruet *S: corr. Wattenbach* 256 Se *S: corr. Canisius* 260 porrie *S (cf. v. 98)*

229 *sc. epist. 126, 2* ut iuxta vulgare proverbium proprium quoque ignorarem vocabulum *(cf. Otto, Sprichw. p. 244 sq.).* 231 *sqq. cf. Spartiani vitam Hadriani 25, 9:* animula vagula blandula hospes comesque corporis, quae nunc abibis in loca pallidula rigida nudula neque ut soles dabis iocos! 239 *Verg. Georg. IV, 328.* 241 *sqq. Luc. 11, 5 sqq.* 242 *i. e. pertinax?* 245 *Ioh. ev. 4, 13.* 246 sitiet _ ◡ ◡; *cf.* voluit *II 50.* 247 *sq. Verg. ecl. 7, 51 sq. (Otto p. 199).* 255 *Verg. Aen. IV 569.* 264 *i. e. mendaciis.*

Scribit quodque manus, scriptum mens obtinet intus.
Quęstibus internis suffragia quęrito patris,
Pandens quanta premunt, manifestans quanta lacessunt;
Ut, pondus proprium quem lassans mergit in imum,
Erectum statuat, cui standi robur abundat.
Cęlipeta intonuit sancto quod apostolus ore,
De me profiteor: revera nescius error
Obnubit mentem crebro fallitque videntem.
Nonne videns fallor, cernens et visibus orbor?
Pauli voce loquor: quid agam non sentio plane,
Ignorans operor, quod non intelligo factor;
Verser ut in mundo fragili, nunc utile duco,
Ut quiddam sedem, quod fessum concutit orbem.
Cogit et officium me iungi plebibus almum
Et fratrum propriam curis postponere curam.
At plerumque subit quę sic intentio dicit:
'Mundum linque, vaca domino, sectare quietem,
Tecum disce habites, inimicas desere lites;
Nutat enim mundus fallax et labitur orbis.
Si tu mundanas vis sustentare ruinas,
Involvunt rapidis fors te ruinosa ruinis.
Nititur in vacuum, qui perdit ad ultima nisum.
Ambo salvari si tu mundusque nequitis,
Erue vel temet; nam solum evadere refert
Quam periisse duos ęque discrimina passos.
Huc ades antistes, his interponere iudex;
Hęc est summa quidem, quod cepi scribere pridem:
Pontifices, regem quamvis populosque dolerem,
Acrior hec memet semper mea cura remordet.
Nam me plus eguum quam quemlibet arbitror horum;
Vulnera plura gerens medicinas expeto plures.
Ocia sectari strepitumque relinquere mundi
Me lex illa monet laribus quę mentis inheret;
Hanc contra pugnat, quę membris indita constat.
Ei mihi quam duro solet hęc superare triumpho,
Captivans miserum peccati lege ligatum.
Invalidę legi sis o patrone favori,
Per te devincat, per se quę victa laborat.
Et simul ambiguum de binis effice certum,
Consilium ut sapiens dubitans Susanna capescens

---

268 manifestant S^1 269 lassant S^1 270 /abundat *S (erasa* h*?)* 274 fallorum S^1 *(*r *cum interrogationis signo pro compendio syllabae* rum *accipiens)* 293 quamuis populosque (uis popul *in ras.*) dolorem *S* 295 aegrum *Duemmler; sed cf. v. 234* 304 ambiguū (iguū *in ras.*) *S*

269 quem: *i. e. eum, quem;* cui *i. e. is, cui.* 271 *Ioh. epist. I 2, 11 (Iohanni aquilam dant).* 275 *Rom. 7, 15.* 277 *Philipp. 1, 24.* 283 habitare *scripsisset poeta, nisi leoninum versum efficere voluisset.* 287 ad ultima: *usque ad interitum; donec acta res sit.* 289 refert: *praestat, adnominationis causa.* 292 pridem: *cf. v. 222 sqq.* 294 *Verg. Aen. I, 261; VII, 402.* 299 *Rom. 7, 23.* 304 de binis: *sc. utrum praestet saeculum dimittere an in pugna mundi pergere.* 305 *sq. Dan. 13, 45.*

Evadat mortem iam libera per Danielem.
Vis, potes et nosti conservis auxiliari,
Cui pater ille domus peregre frumenta profectus
Dispensanda dedit nec gazas condere iussit,
Ubertim binis quas contulit ipse talentis.
Divide, dispensa, profer, largire, ministra,
Quod tibi divina chorban descendit ab aula.
Hoc hęros mandat, data dans dare dapsilis optat.
Quanto plus dederis tanto plus danda mereris;
Arca cluit dando, vacuatur et ipsa negando;
Qui sua derivat soli sibi flumina servat.
Hęc exhortando, non te sunt dicta docendo;
Quippe, theoreticę quem spiritus imbuit arte,
Arvum iam siciens de te desiderat imbres:
Eloquii pluvia squalentia conplue rura.
Disciplina patris mihi sis, conpassio matris,
Mathitę fido presens didascalus esto.
Annuat omnipotens, qui cęli sustulit arces ORATIO
Atque gravem vasto terram sustentat abysso,
Ipse tua ut suppar virtute diutius utar,
Vivere sitque meum, quod te scio vivere sanum.
Funde preces domino pro me, mi frater, adoro,
Et plebi totę sit prex tua fultio vitę.
Dum fruor hac vita, vitali vescor et aura,
Dum sensus sapiunt, dum linguae verba manebunt,
Te meditor semper, te rumino voce frequenter,
Iugibus et votis habitare palatia lucis
Te tibi me iuncto Ihesum precor ipse. Valeto.
Hic in calce rogo claudens hoc verba sigillo,
Ut vinclo fidei, quo vos me stringere novi,
Nostrum Hathonem vestrumque ligetis eodem,
Et, qualem vobis me corde manere velitis,
Talis ei sitis et plus, quia plura valetis.
Quos vobis fidos et quos habeatis amicos,
Ad nostram oro fidem per vos ducantur iidem.
Nos vobis equidem ritu faciemus eodem,
Nobis concordes ad vos convertimus omnes,
Servantes fidei legem nihilominus ipsi.

FINIT.

---

330 linguam *S: correxi* (lingua ac *Duemmler*) umba *S (i. e.* ūba, *ut v. 334 scribitur): corr. Duemmler (cf. v. 334)* 334 umba *S: corr. Duemmler* 339 -is fidos *in ras. S* 342 convertimur *Canisius; cf. tamen v. 339 sq.*

308 *Matth. 25, 14.* 312 *Marc. 7, 11* chorban, quod est donum. 315 *cf. E. Voigt; Egbert von Lüttich p. 82.* 316 *qui flumina derivat, soli sibi (ipsi) sua servat.* 328 totę *leonini versus causa.* 329 *fort. legit Lucretium ipsum V 857* vesci vitalibus auris, *cuius codicem Poggius in itinere Constantiensi indagavit (cf. Lachmanni comm. p. 5; G. Voigt, 'Wiederbelebung des class. Alt. I³ 241); Vergilius enim etsi tam* vesci aura *dixit (Aen. I 546; III 339) quam* vitalem auram *(Aen. I 388), tamen non coniunxit utrumque.*

II[a].

Eximie antistes has accipe Dado salutes
  Conscriptas tristi a Salomone tibi.
Sicut laetorum fueras pars ante meorum,
  Sic nunc tristitię pars, pater, esto meae.
Gaudenti congaudere et cum flente dolere,
  Scriptio, quam dictat Tarsigena, imperitat.
Tempore transacto damnum generale querendo
  Quaedam conscripsi, pręsul amande, tibi.
Obliquo dolui mundum vertigine ferri,
  Mixtim diversa explicuique mala;
Poscens consilium de te, mi care, malorum
  Singula disserui, quę fuerant oneri:
Casus multorum sed me nunc obsidet unum
  Et diversorum me puto fasce premi.
Dum frater vixit, quicquid me durius ursit,
  Insinuans illi hoc levius habui.
Hic mihi portus erat, mens huc mea se referebat,
  Cum mare iactaret meque salum quateret.
Hic baculus lasso, fuit hic medicamen et ęgro;
  Istich dum viguit, nil mihi triste fuit.
Esto, iam fuerit: sed cum fuit ille, subegit,
  Cum perpessus eram, nil patiens fueram.
Quis dat aquam capiti, cui presto est causa dolendi,
  Cui plorare quidem multaque flere libet?
Dicite, quîs lacrimis dolitum sit funus Abelis,
  Cum protoplasti hunc gemuere mori;
Quos luctus Adam vel quam das Ęva querelam,
  Cum, qui plus placuit, fratre necatus obit!
Amplius ipse quidem defunctum lugeo fratrem;
  Nam vice suscipitis progeniem subolis,
Seth vobis veniens fletus deterserat omnes —
  Ad semel amissus non venit ille meus.
Ipse Iacob luxit, quod Ioseph obisse putavit,
  Quamlibet undena stirpe cluat genitor:
Ast mihi quîs lacrimis est flenda ereptio fratris,
  Beniamin nullus cui superest alius!
Rachel docta, doce mea me contraria flere,
  Quę consolantes spernere mesta soles;

II[a] 5 dolore *S: corr. Canisius* 6 *distinxi* 8 Quidem *S: corr. Canisius (dicitur carmen I)* 9 Obliqua *Canisius* 20 *fort.* Isthic 21 *post* Esto *dist. S* 25 qûis *(itemque v. 35) S* 27 quam das *praeter* qu *in ras. S* 28 frate *S*[1] 29 Mmplius *S* desunctum *S* 34 *fort.* genita, *cum Salomo studiosissimus sit homoeoteleuti, quod effecturus vel* totę *admisit I 328, quamquam in priore carmine liberius admisit versus homoeoteleuto carentes* 36 Beniamim *S*

II[a] 6 *Rom. 12, 15.* 11 malorum singula *i. e. singula mala; inde distinxi.* 19 lasso *et* aegro: *sc. mihi.* 21 subegit: *er hatte mich in seiner Gewalt (?)* 23 *Ierem. 9, 1.* 28 fratre *i. e. a fratre; vix coniungendum* plus fratre placuit. 31 *genes. 4, 25.* 33 *genes. 37, 34.* 37 *Ierem. 31, 15 et Matth. 2, 18.*

Eligo lege tua solamina sumere nulla,
  Hoc ululatu omnem continuare diem.
Rex David planxit, pulcher quia natus obivit,
  Seque insectantem flet genitor subolem.
Hic, nisi quod libuit, numquam mihi funditus egit,
  Et, quamvis bini, mansimus unus homo.
Quę volui, voluit; quę non, hęc ipse reiecit;
  Quo mihi huic similis inveniendus erit?
Si, pater, hunc flesti, qui sceptrum tollere regni
  Cum vita tibimet sępe ferox cupiit:
Istum quo planctu, digne quo perstrepo luctu,
  Qui plane omne suum maluit esse meum,
Pro me sponte suam qui vellet ponere vitam
  Se morti tradens, me superesse volens.
Ut legitur literis animalibus esse beatis,
  Si starent, oculi ante retroque mihi,
Tot non sufficerent, quantum mihi flere liberet,
  Quamlibet intra me flumen et esset aquę.
Hjeremię sancti me deploratio libri
  Corde tenus tangit, utque propheta gemit.
Ecce querelosis sit fas mihi dicere verbis,
  Dixit ut artatus, Christe, sophista tuus:
'De me magnificos tuleras, sanctissime, cunctos
  Et teris electos cum dicione meos.
Ipse ideo plorans lacrimarum duxero lymphas,
  Solator longe quod mihi factus abest'.
Sum vir ego certe, qui iam contemplor abunde
  Cernens erumnam pauperiemque meam.
Hic volo, quem scribit quemque ipse theologus addit,
  Ad me solandum ponere versiculum.
O tua sancte satis domine est miseratio grandis,
  Quod non consumpti falce metente sumus.
Rethoris eximii sed fabor voce Severi:
  Imperitare mihi quin doleam nequeo;
Hęc eadem posuit predictus famina scriptor
  Martini sacrum commemorans obitum.
Discipuli Paulum narrantur plangere vivum,
  Ex his disiunctus cum petiit pelagus:
Plangitur anne magis disiunctus vortice mortis,
  Qui pelagus petiit, quo ⟨homo⟩ non rediit?
Qui revocare valet te, pro te Lazare deflet:
  Ergone iure gemit, qui revocare nequit?

---

49 planctum *(sic) S: corr. Duemmler* 50 maluit *sic S* 53 animabus *S* 65 uir *ss. S*[1] 66 pauperiemque (i *in ras. m. 2*) *S* 69 sc̃e *sic S* 70 metente/ *S* 78 homo *om. S:* quod ⟨homo⟩ *Bergk*

41 *reg. II 18, 33.* 53 *si, ut in litteris beatis (sc. Ezech. 1, 10. 18) legitur animalibus esse (oculos sc. ante et retro), ita mihi oculi ante retroque starent.* 56 *quamlibet i. e. quantum.* 60 sophista: *sapiens, sc. thren. 1, 15 sq.* 67 *apocal. 14, 15.* 69 *coniunge* o sancte domine. 71 *Sulp. Sev. ep. 2, 7 p. 143, 19 H.:* sed tamen ego non possum mihi imperare, quin doleam. 75 *act. apost. 20, 37.* 79 *Ioh. ev. 11, 35.*

Turba beatorum Messię discipulorum,
  Cum se predixit vadere, mesta fuit.
Hęc inquit dicens: 'Scio vos existere tristes;
  Sed vobis multum proderit ire meum'.
Si sic discipuli Ihesu sunt mestificati,
  Cum sibi profuerat his quod ad alta meat,
Cui multum periit, quod frater carus abivit,
  Creditur his lacrimis posse carere genis?
Iam solare pater me, te precor indigus, ęger;
  Lassum ut sustentes, vox iubet alma tibi;
In sortem cecidit tibimet plaga climatis austri,
  Debes qui fugiet pane cibare tuo;
Ad te confugio, pastum partire misello,
  Panis egestate ne moriatur inops.
Causa mihi restat, quę cor turbine sanat,
  Funere fraterno qua relevabor ego:
Illud cum ⟨memoro⟩ recolens, animequior exto,
  Quod cum migrarat, pontifices aderant,
Cum quibus ipse suum pertractans sępe recessum
  Res discessuri ordinat ipse sibi.
In mundum ut venit, sic nudus pene recessit,
  Qui pre sę misit omne, quod hic habuit.
Cumque diuturno coquerentur membra camino,
  Ultime vix tenuis hęserat osse cutis;
Tunc igitur veterem deponens martyr homonem,
  Cęlo reddiderat, quod deus inde dabat.
Hanc dixi causam mesti lenire querelam,
  Quam me fraternus cogit habere obitus.
Insuper hoc certe quod patres constituere,
  Quos dominus iunxit, quando beatus iit:
Denique commoti tractare pericula mundi
  Casu quem cernunt cautius incipiunt;
Tunc sanxere diem, fieret quę septima fratris,
  Omnes perficere cum prece si⟨ve⟩ agape;
Sic cum veniret quę lux tricena maneret,
  Ritu consimili hanc statuere coli;

---

85 indignus *S: corr. Canisius* 92 pane cibar- *in ras. S* 95 *sic S:* quę ⟨aegrum⟩ cor turbine sanat *Bergk (quod displicet ob synaloepham et ordinem verborum latinum quidem, sed praesertim Salomonis temporibus rarum; coniungendum nimirum esset* cor aegrum turbine), quę cor⟨dis⟩ turbina sanat *(nam etiam* turben *dicitur) vel* quę cor ⟨de⟩ turbine sanat *vel* turb⟨am⟩ine sanat *conieci* 97 I/llud *S (erasa* i) memoro *om. S: add. Duemmler* 98 migrarat (rat *in ras.*) *S; fort.* migrabat 103 coquerentur (tur *in ras.*) *S* 104 ultime *(i. e. postremo) S;* ultima *Canisius* 114 si⟨ve⟩ *scripsi (i. e. et):* si *S* (cum precibus agapen *Canisius,* cum precibus agapes *Wattenbach*)

83 *Ioh. ev. 16, 6 sq.* 86 *et* 88 his *pro* is *positum.* 90 *Isai. 50, 4.* 92 *reg. I 21, 3 sqq. (non alluditur ad reg. I 30, 11); sed v. 91 non intellego.* 98 *sqq. cf. Duemmler, Ostfr. III* [2] *539* [1]. 101 *cf. Iob 1, 21.* 103 *i. e. febre.* 104 ultime *(i. e. denique) correpta syllaba extrema: cf. v. 122.* 105 homonis *formam novit ex Prisciano inst. VI 15, non ex Plauto.* 110 *quos dominus beato morienti iunxit.* 111 *sq. denique commoti casu, quem cernunt, pericula mundi cautius tractare incipiunt.* 115 vĕniret.

Annuus utque diem circus revocabit eundem,
  Rursus agunt precibus hoc pietatis opus.
Prȩsul, cum reliquis et tu reminiscere fratris,
  Cui vivens fidit, fisus et ille fuit.
Pectore sincero nos temet amavimus ambo,
  Unice confisi extitimusque tibi;
Ambo germani te poscimus auxiliari:
  Hoc mihi succurris, si memor eius eris.

Hic tibi scripturam presul subiungo legendam,
  Quidam suspirans qua mea damna gemat,
Qui, cum merorem ferret mihi plaga recentem,
  Primum condoluit cumque gemente strepit;
Post hȩc humanȩ proponens debita vitȩ
  Me sufferre monet, quȩ toleranda manent.
Tu quoque sic facito, mihi par per utrumque maneto;
  Post fletum tandem me, rogo, fac hilarem.

II^b.

⟨VERSUS WALDRAMMI AD DADONEM EPISCOPUM A SALOMONE EPISCOPO MISSI.⟩

I.

Planctu Rachelis plebs mecum lugeat omnis
  Et velut ob Ioseph Israel ipse dolet.
In campo Magedon fuerat ceu luctus Adremmon
  'Iosias migrat', sic modo flere iuvat.
Convenit ecce mihi cuiusdam voce profari,
  Cui dolor, anxietas, meror et intus erat:
'Carmina qui quondam studio florente peregi,
  Flebilis, heu, mestos cogor inire modos,
Ecce mihi lacerȩ dictant scribenda Camenȩ
  Et veris elegi fletibus ora rigant'.
Quis rogo non luget, quis se plangore coercet,
  Cum qui lȩtitiam amplificavit abest?
Quis faciem placidam reminisci quiverit illam,
  Non lacrimas fundens nonque dolore madens?
Nobilis, ingenuus, primas, mediocris, egenus
  Luctu communi hunc flet ab orbe rapi.

---

118 *fort.* agent   126 quidam *S:* Waldram *Grandidier*
II^b *cf. prooem. p. 296 sq.*   I 4 *verba lugentium distinxi*

120 cui vivens fidit *sc. ego.*   126 gemat, *non* gemit *adnominationis causa.*
II^b I 1 *Ierem. 31, 15; Matth. 2, 18.*   2 *genes. 37, 34.*   3 *paralip. II 35, 22; Zach. 12, 11.*
5 *sc. Boetii de consol. Philos. I 1, 1 sqq.*

Vera manent certe, quę scribit kanna poetae,
Qui cum perspexit acria mortis, ait:
'Aspera condicio et sors inrevocabilis horę,
Quam generi humano tristis origo tulit.'
Cuius quod sequitur lauta ratione politum,
Ut relegas, domine, hic libet inserere:
'Ecce hoc triste nefas nobis genuere parentes,
Coeperat unde pius, hinc ruit omne genus.
Primus Abel cecidit miserando vulnere cęsus
Ac fraterna sibi sarcula membra fodent.
Post quoque Seth obiit sub Abel vice redditus isdem
Et, quamvis rediit, non sine fine fuit.
Quid Noe memorem laudatum voce tonantis,
Quem gravis arca tulit, nunc gravis arca premit?
Sic quoque Sem et Iafeth iustissima proles,
Sancta et progenies tale cucurrit iter.
Quid patriarcha Abraham vel Isaac, Iacob quoque dignos,
Cum de lege necis nemo solutus adest?
Melchisedech etiam domini sacer ore sacerdos,
Iob quoque seu nati sic abiere sui.
Legifer ipse iacet Moyses Aaronque sacerdos
Alloquioque dei dignus amicus obit;
Successorque suus populi dux inclitus Ihesus,
Quos legitis libris, occubuere patres.
Quid Gedeon, Samson vel quisquis in ordine iudex?
Mortem sub domino iudice nemo fugit.
Israhelita potens David rex atque propheta
Est situs in tumulo cum Salomone suo.
Esaias, Danihel, Samuhel Ionasque beatus
Vivens sub pelago, stat modo pressus humo.
Princeps clave Petrus, primus quoque dogmate Paulus,
Quamvis celsę animę, corpora terra tegit.
Semine ab humano cui nullus maior habetur,
Vir baptista potens ipse Iohannes obit.
Enoc Heliasque hoc adhuc spectat uterque,
Qui satus ex homine est et moriturus erit.
Ipse creator ovans cito surgens Christus ab umbris,
Hic quia natus homo est, carne sepultus humo.
Quis, rogo, non moritur, mortem gustante salute,
Dum pro me voluit hic mea vita mori?
Ergo quid hinc facimus, quod declinare nequimus,
Cum nihil auxilii possumus esse rei?

---

19 condio *S;·cf. F(ortun. ed. Leo p. 206, cui Waldrammus est δ)* 20 genero *S* tulit *S:* dedit *F* 24 pius *S (potest Waldrammus pium Abelem intellexisse, qui primus mortuus est):* prius *F* 26 sacula *S* menbra S^1 30 quem levis arca tulit *F* 31 *sic SF* 34 neces S^1 solutus *(prior* s *ex* l *corr.) S* 36 nati *S (et sic Grandidier):* geniti *Canisius ex F* 38 alloquioque *S et Fort. cod. Paris. 4887:* alloquiisque *cett. F* 39 populi (o *ex* u *corr.*) *S* 51 Enoc. heliasque *sic S* 54 *post* est *dist. S*

17 *cf. Wattenbach, Schriftwesen³ p. 222. 224.* 19 *sq. Fortun. IX 2, 1 sq.* 23—56 *Fortun. IX 2, 11—44.* 39 *Iosuam dicit Fortunatus* 49 *Matth. 11, 11; Luc. 7, 28.* 57—64 *Fortun. IX 2, 53—60.*

Ploramus, gemimus, sed nec prodesse valemus,
  Luctus adest oculis, est neque fructus opis.
Viscera torquentur, lacerantur corda tumultu,
  Sunt cari extincti, flendo cadunt oculi.
Ecce vocatur amor, nec iam revocatur amator,
  Nos neque iam repetit, quem petra mersa tegit.
Ibimus ergo omnes alia regione locandi,
  Ibimus ad patriam, quos peregrina tenent.
Ne cru⟨ci⟩ere pater, ne casu † laberis esto;
  Non hunc flere decet, quem paradisus habet.
Quod iubet omnipotens, non possumus esse rebelles;
  Forte deum contra est illius acta dolens.
Illius ecce sumus figmentum et spiritus inde est:
  Cum iubet, hinc imus, qui sumus eius opus.'
Accipe solamen, quod scis spondere creantem:
  'In me qui credit, non morietur' ait.
Spondet adhuc etiam, nullus cui detrahat umquam,
  Quę duo deposcant, ut sibi danda sciant:
'Si duo de vobis votis concordibus' aiens
  'Implorant aliquid, hoc pater ipse dabit'.
Si possunt rari domino prestante mereri,
  Quę precibus poscunt, quid numerosa queunt?
Turba sacerdotum, monachorum corpus inerme,
  Nonnę cum viduis, pauper inopsque phalanx,
Clerus cum vulgo, vilis cum divite summo,
  Cum maiore minor, cum puero senior
Commendant animam Ihesu cum questibus ipsam
  Fratris germani, domne beate, tui.

II.

Rursus, sancte pater, tua me dilectio cogit,
  Scribere doctiloqui verba perita viri.
'Esto virile decus, patienter vince dolores;
  Quod non vitatur, vel toleretur onus.
Talis erit populus, qualem te viderit esse,
  Deque tua facie plebs sua vota metit.
Denique Iob natos septem uno triste sub ictu
  Amittens laudes rettulit ore deo.
Femina bis felix pia mater Machabeorum
  Natos septem uno funere leta tulit.

---

62 flęndo *S* 67 Nec ruere *S: corr. Duemmler* (Ne cruciere igitur, pie rex, fortissime princeps *F*) casu laetaberis isto *Bergk; fort.* ne casu labere maesto 75 etiam (i *in ras.*) *S*
II 10 ·VII· *S*

65—67 *Fortun. IX 2, 69—71.* 68 *Fortun. VI 5, 370* (hanc *et* quam, *sc. Gelesuintham*). 69 *Fortun. IX 2, 75.* 71 *sq. Fortun. IX 2, 79 sq.* 74 *Ioh. ev. 8, 51.* 77 *Matth. 18, 19.* 79 rari *i. e. pauci.*
II 2 *cf. praef.* 3 *sq. Fortun. IX 2, 85 sq.* 5—8 *Fortun. IX 2, 97—100.* 9 *sq. Fortun. IX 2, 103 sq.*

David psalmigraphus cum natum amisit amatum,
  Mox tumulo posuit, prandia festa dedit'.
Hęc girata manu necnon percensita censu
  Fors merore tuum, domne, levant animum.

III.

Si vel nare quidem vel si volitare valerem,
Venissem certe remex aut ęripes ad te,
Seu lymphis vectus seu penniger aëre ductus;
Quęsissem dominum, fuerit quocumque locorum,
Nec motus pelagi nec me violentia venti
Tardaret gressum sic sic celerare cupitum.
Nunc vadant cedo, quîs sunt navalia presto,
Ipse domi sedeat, quem nulla stipendia ditant;
Hi sectentur apros, ast hic stans retia servet. —
  O soror Euterpe, responsa fidelia prębe,
Dona consilium, quid ob hoc mihi nunc sit agendum:
Vellem lętificum senioris cernere vultum,
Si, quod vota tenent, effectibus acta dedissent;
Sed sonipes nullus nec adest mihi vilis asellus,
Quîs ego pontificis deporter visibus almis.
MUSA   Eia age fige gradum, per litus vadito circum;
Si nequeas aliter, propera transire pedester;
Est sacius plane nudis te gressibus ire,
Quam vultu optato cassari tempore tanto.
Aut, tibi si placeat, germana Polymnia pergat,
Quę narret patri, quicquid mandaveris illi.
Nam decet ut noris, quod te tegit unica vestis,
Qua tu contectus vestiris noctis ad usus.
Hoc vetus induvium tibimet non sufficit unum,
Quo fungaris iens pariterque intrinsecus essens;
Idcirco certe reor illud honestius esse,
In claustro ut latites, quam nudus ad extera migres.
POETA   Ex his, virgo, tace, habeo quia vestis abunde:
Domnus, quem memoro, cultu me comit opimo;
Sufficit omne mihi, dum sospes vita sit illi.
Panis hic et piscis, lac, mel, butyr atque legumen,
Hic mihi vestitus, manet hic cervisa, lyeus;
Hic medicina vigens, medicali et dogmate pollens
Corpore depellit, quicquid languoris adesit.

---

11 cum *Duemmler:* cu *S*

III 2 remex *Duemmler:* rem ex *S*   4 locorum *(post.* o *ex* r *corr.) S*   13 tenent *(post.* n *ex* o *corr.) S*   16 ualito *S: corr. Duemmler*   22 quod tetigit *S: corr. Duemmler*   23 Qua tu *Duemmler:* Quantu *S*   26 bonestius *S*   33 dogmata *S: corr. Duemmler*

11 *sq. Fortun. IX 2, 101 sq.*

III 9 *cf. Verg. ecl. 3, 75* si, dum tu sectaris apros, ego retia servo.   10 *cf. Walahfr. 3, 104 (PAC. II 307) et 75, 1 (PAC. II 412)* Musa soror   25 *quo et in itinere utaris et dum es in claustro.*   30 *ich hab alles zur Genüge, solang er lebt.*   31 *cf. Ermenrici epist. p. 36 D. (v. 31); inde, quod carnem non commemorat, sed piscem, carmen ieiuniorum tempore scriptum consequi videtur.*   34 *i. e. adhaesit.*

Quid morer in multis? iste est mihi summa salutis,
Cuius dante deo vitam munimine duco.
MUSA Pró cur nescivi, cur hęc non ante notasti?
Si prius hęc scirem, si velles pergere, nollem
Atque aliud loquerer, quam dudum nescia farer?
Novi nunc equidem, qua te ratione reformem.
Debita narrasti, quibus es tu debitor illi:
Suadeo nunc tibimet, quod fas et iura perurgent,
Reddere coneris, quę te debere fateris.
Vox mandat Pauli cunctis sua debita reddi,
Seu vectigalis vel honoris sive timoris.
Giskalis hunc vicus testatur vera locutum;
At tu testeris, si verum dicere noris.
POETA Quo tendas monitu, iam, nympha, recolligo sensu;
Iam satis agnosco, quę solvam debita domno.
Aulam Christi intrans et iugia vota frequentans
Assiduis precibus dependam dragmata census:
Si non restituam mnarum quam debeo summam,
Attamen ut possum nitor limare talentum.
Si nequeo factis, lucror hoc conamine mentis.
Psalmigraphus certe canit in se vota manere,
Quę domino reddat laudisque altaribus addat.
Sic ego sic operis patuli cum reddar inanis,
Intus adinvenio, manuum quo facta rependo;
Quamquam sint, operis quę dam*na lev*entque laboris,
Quę manibus fieri possint liquidoque videri
Ac valeant vilem servi superare laborem:
Cultro menbranas ad libros presulis aptans,
Pumice corrodo pellique superflua tollo
Et pressando premens ferrumque per aequora ducens;
Linea signatur, cum regula recta *tenetur*;
Tunc quoque litterulis operam dans sępe legendis,
Quod minus aut maius scriptor depinxit anhelus,
Rado vel adiungo, placeant ut grammata domno,
Prospera cui vitae Galli da Christe favore
Otmarique preces ad . . . .
Pontifici, domino, pastori semper amando.

---

47 verum *Duemmler:* uera *(ex v. 46) S* 48 recolligo *(extr. litt. ex corr.) S* 52 minarum *S, pronuntiationis causa, ut* crisima *apud Hucbaldum eclogae v. 30 cod. Trev. m. 1: corr. Duemmler* 59 *sqq. multa evanida suppl. man. rec.; supplementa fide digna sunt v.* 59 -ris quędam — entque laboris, 60 liquidoque uideri, 61 superare laborem, 62 libros presulis aptans, 63 que superflua tollo, 64 -umque per aequora ducens, 65 -la recta, 66 -s operam dans sępe legendis, 67 -in- (*verbi* minus) *et* maius scriptor depinxit anhelus, *v.* 68—71 *praeter initiales toti; litterulae quae legi possunt ex scriptura primitiva, quadrant ad supplementa* 59 *supplevi* 65 tenetur *suppl. Duemmler*

38 *sq.* nollem *i. e. nonne vellem (et aliud loquerer)?* 39 farer *leonini versus causa (*dudum*: 'vorhin').* 44 *Rom. 13, 7.* 46 *'Hieronym. de viris illustr. c. 5 (II 835 V. = p. 10, 12 Herding; cf. VII 762 V.)* Paulus apostolus .. de tribu Beniamin et oppido Iudaeae Giscalis fuit.' *Duemmler a. 1898. Diversum est Gischala oppidum Galilaeae (cf. Hegesipp. IV 4 p. 227 Weber; Iosephus Rufini, bell. Iud. II 25 sq. IV 4 p. 700. 739 ed. Basil. a. 1524), cuius meminisse debebat R. A. Lipsius, apokr. Apostelgesch. II 2 p. 265.* 52 *Luc. 19, 13 sqq.* 55 *psalm. 64, 2.* 62 *sqq. cf. Wattenbach, Schriftwesen*[3] *p. 208 (p. 207 sqq.).* 64 *constructio inconcinna.* 67 anhelus*: nimis festinans.* 70 *Otmarus secundus Sangallensis monasterii abbas.*

SYLLOGA CODICIS SANGALLENSIS CCCLXXXI.

Salomoni abbati adiungimus monachorum suorum carmina, quae quidem nondum a Duemmlero tomis primo aut secundo inserta erant. Quibus in componendis id egimus, ut primo loco corpus codicis Sangallensis n. 381[1] *integrum exhiberemus, deinceps nonnulla aliorum codicum carmina ederemus. Exclusimus sequentias quas ut sui generis opus alio loco exhibere visum est.*

De poetis lectorem relegamus ad Ekkeharti IV. casus s. Galli a G. Meyer de Knonau doctissimis commentariis instructos[2]*; hic de carminibus historicis post Duemmlerum*[3] *et Heidemannum*[4] *paucis agendum est, cum neutri prorsus assentiamur atque adeo longius procedamus Heidemanno quamquam aliis causis commoti.*

In Waldrammi carmine XVII Rex benedicte veni *Duemmlerus, carmina salutatoria omnia ad Karolum III. die 6. mensis decembris a. 883 a monachis Sangallensibus receptum*[5] *pertinere ratus, verba*

Hos inter populos nostri miserere, monarchos,
Commonitus fido a Salomone tuo

ad Salomonem II episcopum Constantiensem rettulit. At Heidemannus[6] *non iniuria monet, melius Salomonem III Conradi amicum intellegi, praesertim cum is etiam s. Galli abbas fuerit. Specioso argumento aliquid tribuendum videri concessit Duemmler*[7] *neque vero Waldrammus ita tantum ut monachus orat pro fratribus (quamquam id quoque facit), sed etiam ut Suevus pro popularibus:*

Francia te Suevis, o rex, dimisit alendis;
Iam pecuare tuum pasce diu viduum,

quo disticho Heidemannus uti nescivit, et recte ei obloquitur Duemmler[8]*. Nam ille versum hexametrum solum attulit: omisit pentametrum, unde potissimum confirmare poterat sententiam suam. Pascere gregem iubetur rex; qui grex si diu viduus (sc. pastore) fuit, fieri non potest, quin per pastorem rex intellegatur. At Karolus III, qui numquam Suevorum*

---

1) *Cf. Duemmler, St. Galler Denkmale p. VII (= Mitth. der antiquar. Gesellschaft in Zürich XII 6); Scherrer, Verzeichniss der Hss. der Stiftsbibliothek von St. Gallen p. 130.* 2) *St. Gallische Geschichtsquellen III (= Mitth. zur vaterländischen Geschichte, hrsg. vom historischen Verein in St. Gallen. Neue Folge, 5. und 6. Heft), St. Gallen 1877.* 3) *St. Galler Denkmale p. 255 sqq.* 4) *Forschungen zur deutschen Geschichte VII p. 425 sqq.* 5) *Ostfr.*[2] *III p. 220; Muehlbacher, Regesten des Kaiserreichs unter den Karolingern I p. 634.* 6) *Forschungen VII p. 454 adn. 1; similiter iam Schubiger, die Sängerschule St. Gallens p. 62.* 7) *N. A. IV p. 581.* 8) *N. A. l. l.*

suorum rex esse desierat, a. 883 ita salutari plane non potuit. Conradus autem post Ludovici IV infantis regnum, immo interregnum[1] *perapte ita salutatur. Hinc certo consequitur, Salomonem III et Conradum I accipiendos esse. Accedit, quod d. 11. Ian. a. 912 Conradus vix a s. Gallo reversus monasterio tradidit donativum quoddam suae dictionis in loco Munichinga* interventu et admonitione fidelissimi nobis *(ut ait*[2]*)* Salomonis episcopi. *Quae verba ab intercessionum formulis, quae in Conradi diplomatis occurrere solent, ita discrepant, ut facile conicias non casu ea consentire cum Waldrammi versu*

Commonitus fido a Salomone tuo.

Id deinde carmen, quod sequitur, XVIII Imperatorum genimen potentum *nemo adhuc dubitavit ad Karolum III pertinere, quem aperte significari putabant his verbis:*

Franciae reges micuere, patres
Fulgidi regis Karoli, per orbem;
Nec minus matres Alemanna tellus
Misit honoras.

At Karolus III ante a. 883 non videtur ad s. Galli monasterium devertisse; tum vero iam imperator erat. Non nescio, etiam imperatores passim reges *dici*[3]*; at hic poeta imperatores maiores regi opponit:*

Imperatorum genimen potentum,
Macte regnorum novitate mira;
Semper antiquis famulis, benigne
Rex, miserere.

Quamobrem, si quis regnorum novitatem et antiquos famulos ad Karolum III Suevorum regem novis regnis nuper auctum referre velit, tamen dubitatio aliqua haerebit. Neque vero necessarium est, carmen ad Karolum spectare, si distinguas:

Franciae reges micuere, patres
Fulgidi regis, Karoli per orbem

i. e. 'die Karolinger, die Vorfahren des erlauchten Königs'. Ambigua nobis videtur elocutio; aequales cum regem suis ipsi oculis viderent, offendi non poterant. Quod autem Conradus non fuit ortus de stirpe Karolorum, tamen videtur speciem regni legitimi affectasse[4]*; nec scimus, unde Glismout*[5]*, mater eius, nata fuerit. Incertum igitur videtur, ad utrum regem hoc carmen pertineat.*

Incertum etiam de carmine XVI Suscipe clementem *iudicium est; letaniam rhythmicam autem (c. XV) ad Conradum referendam esse certum est; quod enim in aliis codicibus pro Conrado Henricus dicitur*[6]*, quamquam aliter iudicat Bresslau*[7]*, tamen eam interpolationem censeo, cum nullum horum carminum Conradi I aetate recentius sit.*

Carmen Salve festa dies laudabilis atque beata *ex codice Sangallensi 360 a Duemmlero editum erat; in quo quod de episcopis regi insidiatis agitur v. 9 sq., non minus recte ad synodum Althemiensem refertur, in qua episcopi se contra Conradum conspiraturos non esse iuraverunt, quam ad Karolum et Liutwardum episcopum Vercellensem.*

Plurima carmina etiam in aliis codicibus extant, Sangallensibus potissimum, quos enumerat Scherrer in hymnorum initiis (p. 509—530); praeterea in Monacensibus 14083

---

1) *Sic ipse Salomo III sentiebat; cf. carm. I v. 177 (p. 302):*

Principe destituit multo nos tempore languor
Infantilis adhuc perfungens nomine regis.

2) *M. G. DD. I p. 3, 8.* 3) *Cf. Traube in tomo III p. 806ª.* 4) *Cf. Duemmler, Ostfr.² III p. 574 adn. 1 extr.* 5) *Cf. Duemmler, Ostfr.² III p. 576 adn. 2.* 6) *Cf. appar. crit. ad XVI 31.*
7) *N. A. I p. 420 sq.; cf. Wattenbach, N. A. II p. 439; neuter syllogae Sangallensis meminit.*

et 14845 (e quibus carmen XII Rex sanctorum angelorum *mihi descripsit Traube) atque in duobus Mindensibus, quorum alter nunc Guelferbyti extat (Helmstad. 1110), alter Berolini (theol. Q. 11); utrumque Monacensem et Sangallenses 378. 380, dum plagulas corrigo, inspicere licuit. Berolinensem ad carm. II—IV. VI adhibui non ita magno cum fructu; neque omnino ex ingenti librorum reliquorum copia multum expectare licebit subsidii critici; quamquam neumarum historiographo non erunt neglegendi.*

I.

VERSUS HARTMANNI ANTE EVANGELIUM CUM LEGATUR CANENDI.

1. Sacrata libri dogmata
portantur evangelici
cunctis stupenda gentibus
et prȩferenda laudibus. Item Sacrata

2. Mundemus omnes corpora
sensusque cordis simplici
purgantes conscientia
verba pensemus mystica. Cunctis

3. Vultu declini pariter
clausa tenentes stomata
stemus intentis auribus,
ut decet ante dominum. Sacrata

4. Nec sat videtur sonitus
auditu solo capere,
ni cor purgatum teneat
factisque iussa compleat. Cunctis

5. Sic mandat ipse maximus
magister, summi filius,
sensus nostrorum pectorum
arvis diversis comparans. Cunctis

6. 'Sunt' ait 'rura plurima,
quîs semen frugis spargitur;
censu sed multum dispari
reddunt accepta foenora. Sacrata

7. Quȩdam saxorum stramine
replentur nimis pessimo,
frugemque necat maximus
ardor solaris luminis; Cunctis

8. Quaedam siccato germine
replentur spinis horridis;
viarum strata plurimis
officiunt seminibus. Sacrata

9. Ast qui felices fertili
glebas foecundat germine,
illum lȩtantem cumulat
fructus laboris centuplex'. Cunctis

I *S(angallensis 381) p. 23;* cum legatur *om. Sang. 378. 380* 1, 3 gentibus *bis Sang. 380* 3, 1 Vultus *S et Sang. 378. 380* 4, 2 capere *sic S et Sang. 378. 380* 5, 4 artus *Sang. 380*

I *i. e. antequam legatur evangelium (= parabola seminantis, Matth. 13, 3 sqq.?).* 3, 2 *i. e. ora.*

10. Sic voluntatis integrae
perfecta nitent opera,
terraque cordis optimi
centenum refert numerum. Sacrata

II.
VERSUS EIUSDEM DE NATALI INNOCENTUM AD PROCESSIONEM.

Salve, lacteolo decoratum sanguine festum;
Salvete, innocua corpora fusa neci.
Concinit ecce, deus, tibimet grex iste pusillus,
Festivum laude prȩveniendo diem, Salvete in*nocua*
In qua morte pia puerorum maxima turba
Occidit et victrix regna superna capit. Corpora
Nam, quia terrenum metuit disperdere regnum,
Impius immani rex feritate furit. Salve
Audierat regem, quem cuncta oracula dudum
Spondebant vatum, virgine matre satum, Salvete
Iudaicȩ gentis cui debita regna manerent,
Hocque magos stella testificare nova. Corp*ora*
Nec mora, pestifera succenditur efferus ira,
Dum sibi prȩripier regia iura timet. Salve
Mox iubet innocuam ferro prosternere plebem
Destinat atque neci corpora lacteola, Salvete
Perderet ut Christum, dum nemo evaderet ipsum
Inter et innumeros sterneret hunc pueros. Cor*pora*

III.
ITEM EIUSDEM DE EADEM FESTIVITATE.

1. Cum natus esset dominus,
turbatur rex incredulus;
magi tulerunt munera,
quos stella duxit prȩvia.

2. Herodes rex interrogat,
quo Christus nasci debeat,
locumque dici flagitat,
ut hunc necare valeat.

3. Adorant magi dominum,
viamque carpunt aliam,
nec sȩvi regis impiam
ultra vident prȩsentiam.

4. Tunc rex Herodes fervida
succenditur insania
mandatque sterni milia
lactantium innumera.

II Versus in vigilia innocentum ad processionem *inscribit B(erol. theol. Q. 11) fol. 115r, in quo* Sal *post v. 10. 14 scriptum est* 7 quia *sic SB* 11 cui *sic SB* 17 ut *S*: et *B* 18 sterneret hunc pueros *sic SB*

III Versus in epiphania domini ante evangelium *inscr. B* 1, 2 Turbatus *B*[1] 4, 4 lactantium *sic SB; item 9, 1*

II *d. 28. Decembr.; carm. 2 et 3 a pueris cantari ex 2, 3. 3, 10, 1 recte conclusit Schubiger, Sängerschule p. 66*[4]. *67*[1]. 5 turba *sic Sangallenses poetae saepe pro* turma *(cf. 17, 5. 20, 6, 3).* 9 *Iuvenc. I 195* omnia quem vatum spondent oracula Christum, *I 237* omnia venturum spondent quem oracula vatum. 12 hoc: *sc. regem quendam natum esse.* 17 *sq. elocutio parum accurata: 'ut Christum perderet, dum eum quoque sterneret'.*

5. Completur sęva iussio:
mactatur omnis pusio;
aetatis bimę parvuli,
vel infra, subduntur neci.
6. Mas omnis infans occidit,
quem novus partus protulit;
scrutatur, ah! cunabula
ac ipsa matrum ubera.
7. Quid furis, crudelissime
o carnifex et pessime?
hic solus, qui requiritur,
impune Christus tollitur.
8. Pectus tenellum rumpitur,
matrum sinus perfunditur;
sed lactis plus quam sanguinis
de loco stillat vulneris.
9. Salve, lactans exercitus,
flores sanctorum martyrum,
ad aram summi numinis
qui lęti semper luditis.
10. Nos vos laudantes pueros
semper iuvate precibus,
vobiscum uti iugiter
possimus lęti psallere.

IV.

ITEM EIUSDEM AD PROCESSIONEM DIEBUS DOMINICIS.

Humili prece et sincera devotione
Ad te clamantes semper exaudi nos.

Summus et omnipotens genitor, qui cuncta creasti,
Aeternus Christus filius atque deus,
Necnon sanctificans dominator spiritus almus,
Unica maiestas trinaque sola dei! Ad te
Ipsa dei genitrix, reparatrix inclita mundi,
Quae dominum casto corpore concipiens
Perpetua semper radias cum virginitate,
Indignos famulos, virgo Maria, tuos — Ad te
Angelici proceres, cęlorum exercitus omnis
Aeterno semper lumine conspicuus,
Agmine ter trino supero per sydera regno
Laudibus ęternum concelebrans dominum — H*umili*
Petrus cum Paulo, Thomas cum Bartholomeo
Et Iacobus sanctis nos relevent precibus,
Andreas, Matheus, Barnabas atque Iohannes,
Mathias, Lucas, Marcus et altisonus. H*umili*
Coetus apostolicus duodeno sydere comptus,
Propitius cunctos protege nos famulos
Et, quos multiplices lacerant per crimina pestes,
Peccata absolvens fac bona cuncta sequi. A*d te*

IV Letania in dominicis diebus *inscr. B;* Dominicales letaniae *inscr. M(onac. 14083), in quo carmen ut cetera quae in eo extant, ad s. Emmerammi usus audacissimis mutationibus refictum et dimidia fere parte decurtatum est* *inscr. v.* 2 semper] xp̄e *M* || 7 Perpetua semper radias (radians *B*) cum virginitate *sic SB post v.* 8 H, *post v.* 12 Ad *add. B (talia abhinc non adnoto; sequor S)* 19 multiplices *sic SBM*

III 5, 2 — 6, 4 *cf. Prudent. cathem. 12, 101 sqq.* mas omnis infans occidat, scrutare nutricum sinus, interque materna ubera ensem cruentet pusio. 7, 4 *cf. ibid. v. 135 sq.* unus tot inter funera impune Christus tollitur. 9 *cf. ibid. v. 125 sqq.* salvete, flores martyrum, ... † aram ante ipsam simplices palma et coronis luditis.

IV 8 famulos tuos *(cf. 7, 4) releva (v. 14).* 13 *neque omnes enumerat apostolos neque apostolorum numero continetur, quibus addit non solum evangelistas Lucam et Marcum, sed etiam Barnabam Pauli sodalem: etsi sic quoque duodecim fiunt.* 17 *cf. 12, 2, 1.*

Nunc Stephanus, Linus, Clemens, Anacletus et almus,
Xistus, Alexander Corneliusque pius,
Yppolitus, Vitus, Laurentius atque Modestus
Chrisogonusque pius nos miserendo iuvent. *Humili*
O vos martyrio decorati in nomine Christi
Conspicui testes, purpurei proceres,
Qui bello invicti superastis doemonis iras,
Conspirata manus vincere morte minas! *Ad te*
Silvester, Damasus, Gregorius Ambrosiusque,
Hilarius, Zeno, Maximus atque Leo,
Martinus, Proculus, Caesarius, Eusebiusque
Orent pro nostris criminibus variis. *Humili*
Ordo sacratus confessorum praecipuorum,
Auxilio tutos undique redde tuos
Atque tua nosmet prece, dimittendo reatum:
Nos fragiles multum cladibus omnigenis. *Ad te*
Paulus et Antonius, Macharius Arseniusque,
Pachumius, Beda, Attala, Pafnutius.
Bertolfus, Libertinus, Basilius atque
Hjeronimus doctor, nos miserate, precor. *Humili*
Galle, dei summi miles fortissime Christi,
Nobis nunc famulis auxiliare tuis.
Nil sic perspicuum poterit vox clara referre
Ut decet in tali nunc patris obsequio. *Ad te*
Hic tibi perpetuis resonant concentibus aedes,
Ossibus et sacris semper habetur honos,
Cum lęti famuli celebrant hic festa benigni,
Laudibus instantes nocte dieque tuis. *Humili*
Dirige corda pius, et tempora dirige nostra
Atque dies lętos ducere da famulos,
Ut semper valeant tibimet cantare quieti,
Te quoque cęlesti cernere luce poli. *Ad te*
O dilecte deo, radians virtute corusca,
Sancte Otmare pater, iunge preces pariter.
Intercede pius, veniam poscendo misellis
Aureque iam blanda carmina percipiens. *Humili*
Summe dei cultor, monachorum rector et abba,
O Benedicte, sacer atque benigne pater,
Istud coenobium coetumque tibi famulantum
Nostraque sanctificans cuncta tuere simul. *Ad te*
Felicitas, Felix, Eulalia, Digna, Verena
Petronellaque cum perpete Perpetua,

---

22 Xixtus *B* 24 miserendo *S*: miserando *B* 33 *caesura caret* (Ordo sacer confessorum quoque precipuorum *M*) 35 dimitendo *B* 39 Pertolfus *B* 43 uox *sic SB* 45 perpetuis resonant *B* (*cf. carm. 23, 11*): perpetuo resonent *S* (perpetuo *fort. recte*) 51 U/t (*eras.* v) *S* 62 perpete *sic SB*

21 *cf. catalogum sanctorum in letaniis Sangallensibus invocatorum.* 34 *(Hartmanni) = 6, 22 (Ratperti).* 36 *sc. sumus.* 45—52 = *23, 11—14. 19—22 (Schubiger p. 34*[2]*).* 59 *quod sc. Sangallense monasterium regulam s. Benedicti sequebatur.* 62 *ludit in nomine Perpetuae; cf. p. 264 adn. 4.*

Agnes atque Agathes, Christina, Euprepia, Tecla,
Eufemia, Regula, Eugenia atque Bona; *Humili*
Virginitate chorus resplendens candidularum
Turba puellarum integritate nitens,
Quae geminis gaudes pulchrum decorata coronis,
Laude pudicitiae martyriique simul! *Ad te*
Omnes nunc sancti, nostris succurrite lapsis
Et veniam cunctis ferte iuvando malis.
Nam vestris precibus, petitis quęcumque rogantes,
Annuit ipse pius nilque negat dominus. *Humili*
Pacem perpetuam rogitamus (prospice, Christe)
Et sanę vitę gaudia longa diu.
Temperiem cęli tribuens, ut copia frugum
Omnibus exundet ubere lętitia. *Ad te*
Agne dei patris, qui mundi crimina tollis,
Optatę pacis munera dona tuis.
ΚΥΡΡΙЄ ΠΔΝΤΟΚΡΔΤΟΡ ΥϹΟϹ † sodisse ΤЄ ΠΔΝΤЄϹ
ϹΥ ΒΔϹΥΛЄΥϹ ΥΜѠΝ ΧΡΙϹΤЄ ЄΛЄΥϹΟΝ ΥΜΔϹ *Humili*

V.

VERSUS FORTUNATI DE RESURRECTIONE DOMINI.

Ed. F. Leo, carm. III 9, 39 sqq. p. 60 sq.

VI.

VERSUS RATPERTI AD PROCESSIONEM DIEBUS DOMINICIS.

Ardua spes mundi, solidator et inclyte cęli,
Christe, exaudi nos propitius famulos.
Virgo, dei genitrix, rutilans in honore perennis,
Ora pro famulis, sancta Maria, tuis. Christe
Angele summe dei, Michahel, miserescito nostri;
Adiuvet et Gabrihel atque pius Raphahel. Ardua
Aspice nos omnes clemens, baptista Iohannes,
Petreque cum Paulo nos rege doctiloquo; *Christe*
Coetus apostolicus sit nobis fautor et omnis
Ac patriarcharum propheticusque chorus. *Ardua*

---

78 donă *SB:* mitte *M* (*metri causa*) 79 *sq.* ΚΥΡΡΙЄ (Kyrie *B*) pantocrator ysos sodisse tepantes | Suba syleos (*sic S:* Sub asileos *B*) ymon ΧΡΙϹΤЄ eleyson ymas *SB; ab Hartmanno graecis litteris scripta videntur; temptaveram Κύριε παντοκράτορ, ὑψοῦσ' ᾠδαῖς σέ γε πάντες. Σὺ βασιλεὺς ἡμῶν· Χριστέ, ἐλέησον (trisyllabum; cf. 6, 39) ἡμᾶς, sed* ysos *defendit Notker sequent. 37 Pez ('Κ. π.' ἴσως ἀδίζετε πάντες G. Morin, ut saepe* pariter canite*).*

VI Alia *inscr. BM*

63 Agathes *nominativus; cf. 6, 23.* 69 *'unseren Fehltritten'? 'uns Gefallenen'? cf. 6, 27* omnes o sancti, nostrae succurrite vitae *(Ratperti).* 73 *petere solent Sangallenses pacem (6, 31; 15, 23), sanitatem corporum (15, 24; 22, 9, 2), temperiem caeli ('gut Wetter': 6, 33; 15, 22; 22, 9, 1 et 10, 3), fruges (6, 34; 15, 22; 22, 10, 2).* 77 *cf. Ioh. ev. 1, 29.*

VI 2 *cf. v. 39.*

Poscere nunc Stephanum studeamus carmine summum
  Ut cum martyribus nos iuvet ipse pius. Ch*riste*
Inclyte Laurenti, qui flammas exsuperasti,
  Victor ab ętherio nos miserare choro. A*rdua*
Splendide Silvester, Gregori ac sancte magister,
  Nos quoque cum sociis ferte iuvando polis. Ch*riste*
O Benedicte, pater monachorum, Galleque frater,
  Cum reliquis sanctis nos refovete polis. A*rdua*
Maxime de Suevis superis coniuncte catervis,
  Sancte Otmare, tuum lętifica populum. Ch*riste*
Inclyte Magne, tuam clemens nunc inspice plebem;
  Auxilio tutos undique redde tuos. A*rdua*
Virgineos flores Agnes Agathesque ferentes,
  Auxilio vestris addite nos sociis. Ch*riste*
Innocuos pueros resonemus laude peractos,
  Qui modo nos pueros dant resonare melos. A*rdua*
Omnes o sancti, nostrę succurrite vitę
Perque crucem sanctam salva nos, Christe redemptor,
Ira deque tua clemens nos eripe, Christe.
Nos peccatores audi, te, Christe, rogamus;
Ut pacem nobis dones, te, Christe, rogamus;
Crimen ut omne tuis solvas, te, Christe, rogamus;
Aurę ut temperiem dones, te, Christe, rogamus;
Ut fruges terrę dones, te, Christe, rogamus;
Ut populum cunctum salves, te, Christe, rogamus;
Ecclesiamque tuam firmes, te, Christe, rogamus.
Fili celsithroni, nos audi, tete rogamus;
Agne dei patris, nobis miserere pusillis;
Christe, exaudi nos, O KYPPIE YMON ЄΛЄYCON.

VII.

ITEM EIUSDEM AD EUCHARISTIAM SUMENDAM.

Laudes omnipotens ferimus tibi, dona colentes
  Corporis immensi sanguinis atque tui:
Tangimus ecce tuam, rector sanctissime, mensam;
  Tu, licet indignis, propitiare tuis. Laudes
Propitiare pius: peccata absolve benignus,
  Prosit ut invictis appropiare sacris. Corporis
Angelus ętheriis sanctus descendat ab astris,
  Purificans corpus cor pariterque pius. L*audes*

---

11 *sqq. licentissime immutavit M* 14 miserate *SB*: *correxi; putavit auctor falsi pluralis, Victorem novum sanctum esse, cum dicatur Laurentius victor saeculi* 15. 16 *om. B* 18 sanctis *sic SB* 21 inspice *sic SB* 23 agatheque *B*[1] 25 laude/ *B* peractos *(i. e. peremptos) Canisius*: p arctos *S*, per actos *B* 37 audi//te | te rogamus *B (eras.* te *vel* to*); Ratpertus cur* audi, te rogitamus *scribere noluerit, nescio* (nos exaudito, precamur *M*) 39 Kirie *B (latinis litteris); lege* ὦ Κύριε, ἡμῶν ἐλέησον.

VII Ad eucharistiam suscipiendam *inscr. Sang. 376*, Versus ad sum. euch. *inscr. M* 3 Pangimus e. t. r. s. laudem *M* 7 descendat sanctus *M*

16 *'führet auch uns durch eure Fürbitte in den Himmel (wo ihr selbst seid)'.* 22 *(Ratperti) = 4, 34 (Hartmanni).* 23 *cf. 4, 63.* 26 *pueri cantant (Schubiger, Sängerschule p. 65*[5]*)* 27 *cf. 4, 69* omnes nunc sancti, nostris succurrite lapsis *(Hartmanni).* 39 *cf. v. 2;* ὦ κύριε, ἡμῶν ἐλέησον *(trisyllabum).*

Hęc medicina potens cęli nos ducat in arces,
Interea terris dans medicamen opis. C*orporis*
Quod colimus, fragiles salvator respice clemens,
Summeque, pascentes protege, pastor, oves. L*audes*
Protege, quas recreas, hostis ne proterat illas,
Consolidans dono nos sine fine tuo. C*orporis*
Nam sumus indigni, quos ornes munere tali;
Tu pietate tua, rex, rege castra tua. C*orporis*
Hoc, pater omnipotens, cum Christo perfice clemens,
Spiritus atque potens, trinus et unus apex. L*audes*

VIII.

VERSUS AD REGEM SUSCIPIENDUM.

Salve proles regum invictissimorum.
Dominus deus exercituum memoriale tuum: Sal*ve*
Et tu ad dominum deum tuum converteris; Sal*ve*
Misericordiam et iudicium custodi Sal*ve*
Et spera in domino deo tuo semper. Sal*ve*
Salve proles regum invictissimorum.

IX.

ITEM DE VETERI TESTAMENTO.

Benedictus eris ingrediens et benedictus egrediens,
Benedictus in civitate et benedictus in agro,
Benedictus fructus ventris tui et fructus terrę tuę,
Benedicta horrea tua et benedicta cellaria tua.
Dabit dominus hostes tuos corruentes in conspectu tuo,
Faciat te dominus excelsiorem cunctis gentibus.

VIII 3 domin- *in ras.* *S* 5 domino (d *in ras.*) *S*
IX 6 *fort.* Faciet *ex Vulgata*

VII 11 quod *te* colimus. 13 quas *oves* (quos *in* quas *corr. Sang. 376)* recreas *eucharistia.* 16 *non propter meritum, sed mera pietate.*

VIII *de carminibus 15 sqq. dictum est p. 315 sq.; carm. 8—11 ad Karolum III. recte referri solere, vel inde apparet, quod hic etiam regina suscipitur (carm. 11): Conradus autem Cunigundam a. 913 in matrimonium accepit (cf. Duemmler, Ostfr.*[2] *III p. 592).* 1 rex invictissimus *sollemne in diplomatis.* 2—5 *Osee 12, 5 sq.* Et dominus deus exercituum, dominus memoriale eius; et tu ad deum tuum converteris; misericordiam et iudicium custodi, et spera in deo tuo semper.

IX *deuteronom. 28, 1—7:* Si autem audieris vocem domini dei tui, ut facias atque custodias omnia mandata eius, quae ego praecipio tibi hodie, faciet te dominus deus tuus excelsiorem cunctis gentibus, quae versantur in terra, venientque super te universae benedictiones istae et apprehendent te, si tamen praecepta eius audieris. Benedictus tu in civitate et benedictus in agro; benedictus fructus ventris tui et fructus terrae tuae, fructusque iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum et caulae ovium tuarum; benedicta horrea tua et benedictae reliquiae tuae; benedictus eris tu ingrediens et egrediens. Dabit dominus inimicos tuos, qui consurgent adversum te, corruentes in conspectu tuo: per unam viam venient contra te, et per septem fugient a facie tua.

X.

UNDE SUPRA NOTKERI MAGISTRI.

1. Ave, beati germinis
invicte rex et inclyte;
omnis tibi militia
occurrat ovans cęlitum.

2. Intacta Christi genitrix,
mater honora virginum,
chorum pudicum socians
tibi procedat obviam. Ave

3. Agonithetę apostoli,
victoriosi martyres
omnesque sancti ordines
semper vocent te laudibus. *Ave*

4. Nos pro statu parvi loci
reique modo pauperis
lętantes pio domino
occurrimus in omnibus. *Ave*

5. Hęc ipsa gaudent tempora
floreque verno germinant,
adventus omni gaudio
quando venit optatior.

XI.

ITEM RATPERTI AD REGINAM SUSCIPIENDAM.

Aurea lux terrę, dominatrix inclyta, salve,
Quae domibus nostris nunc benedicta venis.
Larga maneto tuis semper, clarissima, servis,
Qui tibi mente canunt, carmen et ore ferunt. A*urea*
Plus hodie solito radiat sol clarus in alto,
Cumque serena venis, nubila cuncta teris. Quę
Floribus arva nitent, quia te nos visere cernent,
Foetibus atque solum germinat omne bonum. *Aurea*
Gloria magnificę rutilas celsissima Romae
Atque Italos radiis comis amoena tuis. Q*uę*
At tibi se famulam prębet Germania fidam,
Sępius et facie te cupit aspicere. *Aurea*
Caesaris ipsa decus populorum corrigis actus,
Pluribus et validis imperitans populis. Q*uę*
Nunc sine fine vale, miserans et nostra tuere;
Sit tibi magna salus, laus, honor atque decus.

XII.

AD DESCENSUM FONTIS.

Rex sanctorum angelorum, totum mundum adiuva.
1. Ora primum tu pro nobis, virgo mater germinis,
et ministri patris summi ordines angelici. Rex

X 1, 4 occurrat (at *in ras.*) *S*
XI 7 cernunt *Duemmler praeter leoninitatem*
XII *cf. Mone I 183 sqq.* 1, 1 germinans *Monac. 14083 ex corr. m. 1, Monac. 14845*

X unde supra *i. e. ad regem suscipiendum (cf. carm. 8).* 3, 1 *cf. glossam codicis Bernensis misc. A 91 nr. 18* agoniteta *(sic per* -i-*):* preliator vel praemii auctor *(Loewe, Prodrom. p. 160).* 3 ordines *angelorum (cf. 12, 1, 2), confessorum, virginum (12, 3, 1).* 4 *modeste loquitur (Duemmler, Denkm. p. 255); cf. 16, 2* Galli tecta sub alta pii. 5, 4 quando*quidem*.

XI 1 dominatrix inclyta caeli *Hrotsv. Mar. 13.* 2 *cf. 16, 3* iam benedicte veni; *17, 1* rex benedicte, veni. 5 *hodie sol radiat plus quam solet.* 6 *ludit in serenitate.* 12 *'von Angesicht'.* 14 *comparativi vis nulla.* 15 sine fine vale *formula.*

2. Supplicate Christo regi, coetus apostolici,
supplicetque permagnorum sanguis fusus martyrum. *Rex*
3ª. [Sancte Galle, pater alme, tuo fac oramine,
quo dignetur his festivis interesse gaudiis.]
3. Implorate, confessores consonęque virgines,
quo donetur magnę nobis tempus indulgentię. *Rex*
4. Omnes sancti atque iusti, vos precamur cernui,
ut purgetur crimen omne vestro sub iuvamine. *Rex*
5. Huius, Christe rector alme, plebis vota suscipe,
qui plasmasti protoplastum et genus gignentium. *Rex*
6. Fac interna fontis huius sacratum mysterium,
qui profluxit cum cruore sacro Christi corpore. *Rex*
7. Mitte sanctum nunc amborum spiritum paraclytum
in hanc plebem, quam recentem fons baptismi parturit. *Rex*
8. Pręsta, patris atque nati compar sancte spiritus,
ut te solum semper omni diligamus tempore. Rex

XIII.
VERSUS AD INTROITUS ET COMMUNIONES.

Antiphonarium missae (cod. Sangall. 381 p. 50—141) ab hac Sylloga exclusimus.

XIV.
VERSUS RATPERTI DE FESTIVITATE SANCTI GALLI.

Annua, sancte dei, celebramus festa diei,
Qua, pater, e terris sydera, Galle, petis.
Ecce dies populis micat hęc sanctissima nostris,
Quorum tu princeps auctor ad astra meas. *Annua*
Finibus occiduis abiens succedis eois,
Dans lucem plebi dogmatis igne tui. *Qua*
Quę tenebrosa fuit, fidei nec luce refulsit,
Per te cęlestem coepit habere diem. *Annua*
Hic, ubi nocticolę tenuere cubilia larvę,
Ad laudem Christi psallit ubique chorus. *Qua*
Hic fuit ecce feris statio gratissima sęvis:
Nunc sedes sanctis te respuente manet. *Annua*

3ª *in mg. super. add.* S^2 *(man. antiqua, sed diversa); de carmine ad s. Galli usum adaptato recte iudicat Mone (erraverat Schubiger p. 37)* 4, 2 iuvamine *S*: oramine *Monacenses (cf. 3ª, 1)* 6, 1 Fac] Hac *Monacenses (in Monac. 14083 radendo correctum)* 7. 6 *ponunt Monacenses, in quibus deinceps additur hoc colon 8ª* Ut lętetur mater sancta tota nunc aecclesia
et profectu renascentis tantę multitudinis.

XIV *cod. Sangall. 381 p. 142; folia rescripta (scriptura primitiva 12 versus plus occupabat; quae erasa est priusquam rubricator initiales adderet)* 1 celebremus *Canisius* 12 resonante *Canisius; 'da du sie verscheuchst' (cf. v. 14)*?

XII 2, 1 *cf. 4, 17.* 6 *Ioh. ev. 19, 34.*

XIV 3 *d. 16 mensis Octobris.* 5 *abiens ex Hibernia in Helvetiam.* 9 *cf. Hrotsv. prim. 231 sq. P.* silvestremque locum Faunis monstrisque repletum fecit mundatum divinis laudibus aptum.

Tu, pater, huc veniens fers tecum pacis honores,
  Hinc totum pellens, quicquid adesse nocet. *Qua*
Expuleras nocuum, complens dulcedine totum,
  Quo corpus linquens spiritus astra petit. *Annua*
En hodie meritam tu post certamina palmam
  Sumpsisti, GALLE: protege nos hodie. *Qua*
Iam super astra nitens famulorum suscipe laudes,
  Qui te devoto nunc iubilant modulo. *Annua*
Aspice propitius venerantes nobile pignus,
  Corpus pręclarum, GALLE beate, tuum. *Qua*
Accipe, quae canimus; expurga corda benignus,
  In rebus cunctis rector adesto tuis. *Annua*
Hinc domino trino lęti pangamus et uno,
  Qui nos hunc talem fecit habere patrem. *Annua*

XV.
LETANIA RITHMICA.

Votis supplicibus voces super astra feramus,
  Trinus ut et simplex nos regat omnipotens. Ky.
Sancte pater iuva nos, sancte fili salva nos;
Compar his et spiritus, ungue nos intrinsecus. Votis
Sancta virgo virginum, stella maris Maria,
Tu pro nobis filium ora Christum dominum. Trinus
Summę sedis minister, Quis-ut-deus Michahel,
Cum supernis civibus sis nobis propitius. K. l. Trinus
Pręco Christi Iohannes, agni dei ostensor,
Redemptoris baptista, tu nos deo commenda. Votis
Sancte Petre ac Paule cunctique apostoli,
Vos orate pro vestris christianis populis. Trinus
Iuncti sancto Stephano universi martyres,
Estote auxilio populo catholico. Votis l. K.
Sancte Galle succurre, sancte Otmare subveni,
Nos cum confessoribus adiuvando precibus. Trinus
O martyr Felicitas, chohors atque virginum,
Postulate pro nobis maiestatis dominum. K. Votis

---

fort. ante v. 16 *duo versus interciderunt (tunc mutandae repetitiones)* 16 petat, *ut vid.*, *S*[1] 17 meritam *sic S* 18 *s. Galli nomen capitalibus litteris scriptum (item v. 22, sed v. 2 minusculis)* 25 uno *sic S (homoeoteleuti causa)*

XV *S p. 144 (compendia repetitionum servavi)*; item alia *(sc. letania in dominicis diebus) B fol. 140*, alia *(sc. dominicalis letania) Monac. 14083 (ed. Mone III p. 13)* 5 Sancta uirgo uirginum *SM*, Sancta mundi domina *B eamque lectionem man. 2 antiqua in S suprascripsit, ubi rursus detersa est (homoeoteleuton effecit interpolator)* 8 sis *sic SBM* 12 uestris *S*: cunctis *BM (ex interpolatione)* 15 O Benedicte, pater pie, sancte Galle, doctor bone, nos cum aliis confessoribus adiuvate precibus *M (s. Gallum tota ecclesia colit, s. Otmarum soli Sangallenses)* 17 cohors *B (sed coeperat* ch-*)*; o. s. F. et virginalis castitas *M cum homoeoteleuto* 18 postulate pro nostris Iesum Christum peccatis *M cum homoeoteleuto*

XV 5 *cf. Salzer, Sinnbilder u. Beiworte Mariens p. 404, 14 sqq.* 7 Michael interpretatur: quis ut deus? *Isidor. orig. VII 5, 12; cf. Mone III p. 13.*

Omnes sancti domini,	angeli et homines,	
Vos ad aures divinas	ferte preces sedulas.	Trinus
Ut nobis remissio	peccatorum donetur,	
Aeris temperies	terręque fertilitas.	Kyr.
Pacem nobis imploret	vestra intercessio,	
Sanitatem corporum	et perenne gaudium.	K.
Ut famem et morbi vim	amovere dignetur	
Omnipotens dominus,	optinete precibus.	Votis
Ut sęviens gladius	et paganus populus	
Depellatur a nobis,	te rogamus, domine.	Trinus
Ut pastorem tueri	nostrum velis et clerum,	
Omnes simul oramus;	Iesu Christe, audi nos.	K.
Ut rex noster Chuonradus	eius et exercitus	
Hinc et inde servetur,	oramus; Christe, audi nos.	Votis
Ut cruore redemptum	precioso populum	
Conservare digneris,	oramus; Christe audi nos.	Trinus
Animas catholicas	in aeterna requie	
Confoveri iubeas,	oramus; Christe, audi nos.	K.
Omnes tibi canimus,	universi clamamus	
Vocibus et cordibus	oramus; Christe, audi nos.	Trinus
Oramus; Christe, audi nos;	Christe, Christe, audi nos.	
Kyrie, eleyson, canimus;	Christe, eleyson, psallimus.	Votis

XVI.

VERSUS HARTMANNI AD SUSCIPIENDUM REGEM.

Suscipe clementem, plebs devotissima, regem
  Ducque canens Galli tecta sub alta pii.
Iam, benedicte, veni, rector dignissime mundi;
  Dextera te Christi protegat arce poli.
Actibus in cunctis tibi prospera cuncta superne
  Proveniant votis et sine fine piis.
Hoc nos instanter rogitamus pectore fido;
  Hoc petimus omnes nocte dieque simul.
Te nobis blandum dederat dilectio Christi,
  Qui nosmet tanta sedulitate foves;
Insita te nobis bonitas et sancta voluntas
  Ante dedit carum, quam quoque visus eras:

31 chuonradus *S*; henricus *B et Guelferb. (N. A. I p. 420 sq.; cf. II p. 439: hostium vastationes ad Henrici III. tempora non quadrare bene monet Wattenbach; neque vero minus quadrant ad Conradi I aetatem quam ad Henrici I.)* 32 orămus *S (e ss. m. 2 antiqua; item v. 34. 36. 38, non v. 39)*

22 *sqq. cf. ad 4, 73.* 31 *cf. appar. crit.*

XVI 1 *Walahfridi carmen 17, 1* suscipe clementer paucos, pater optime, versus *casu videtur similiter incipere.* 3 *cf. 4, 2.* 4 ex arce poli = superne *v. 5.* 5 prospera cuncta *formula (e. g. P. A. C. III p. 537, 22).* 6 *in cunctis actibus et piis votis.* 8 nocte dieque *formula.* 11 insita *tibi* bonitas te nobis carum dedit *(= reddidit)* antequam visus quoque *('auch nur gesehen'?)* eras.

Cernere nunc faciem liceat virtute nitentem,
  Optio quod nostra sępe cupita fuit.
Rex dominus regum, factor rectorque potentum,
  Qui te terreno prętulit imperio,
Hic te confortet semper virtute polorum
  Et secum regno letificet supero.

XVII.

ITEM WALDRAMMI DE QUO SUPRA.

Rex benedicte, veni, visens habitacula Galli,
  Otmari tectis accipiende sacris.
Istud sanctorum concludit milia templum,
  Quam subiens ędem experiaris opem.
Iugiter ista suis te servet turba sub alis,
  Cuius reliquias hęc tenet aula pias.
Francia te Suevis, o rex, direxit alendis:
  Iam pecuare tuum pasce diu viduum.
Noricus et Sclavus, Bemanus, Saxo, Toringus
  Corde manent alacri, te dominante sui.
Occiduę gentes, Yspania, Gallia triplex
  Se studeant propere sub tua sceptra dare.
Italiae populus diverso sanguine mixtus
  Ad te pigmentis palliolisque ruat.
Ebrus, Thermoodon, Trax, Nuchul, Bosforus, Ufens
  Sumant maxillis iam tua frena suis.
Hos inter populos nostri miserere, monarchos,
  Commonitus fido a Salomone tuo;
Fias placatus nobis maneasque misertus,
  Quos stirps Scottorum suasit in hanc heremum.

XVIII.

ITEM DE QUO SUPRA.

1. Imperatorum genimen potentum,
   Macte regnorum novitate mira;
   Semper antiquis famulis benigne,
   Rex, miserere.

XVI 13 faciem *sic* *S* 16 protulit, *ut vid.*, *S*[1] 17 polorum (r *in ras.*) *S*

14 *'was unser oft ersehnter Wunsch war'*.

XVII *cf. prooem. p. 316.* 1 *cf. 12, 2 et P. A. C. I 523, 1. II 243, 1.* 5 *cf. 2, 5.* 9 Bemanus *i. e. Bohemus;* Toringus *i. e. Thuringus.* 10 *'während du über sie gebietest'*; manent *i. e. sunt (cf. v. 19).* 11 Gallia est omnis divisa in partes tres *Caesar b. G. I 1, 1; cf. Traube, P. A. C. III p. 438, ad schol. 1.* 15 = *Muthul (? cf. Sall. Iug. 48, 3, ubi v. l.* muchul, nuthul*).* 16 *maxillas inepte fluminibus dat, ut habenarum servet imaginem.* 20 stirps Scottorum: *i. e. s. Gallus (cf. 18, 3, 3).*

XVIII *cf. prooem. p. 316.*

2. Franciae reges micuere patres
Fulgidi regis Karoli per orbem,
Nec minus matres Alemanna tellus
Misit honoras.
3. Hic domus, hac est patria creatus
Fautor Otmarus benedictus abba,
Gallus ex Scottis veniens beavit
Omnia nostra.
4. Barbaros terrens proprios foveto,
Cum quibus omnes orientis artes,
Immo quadrati superabis arvi
Summa vel ima.
5. Iuris et pacis moderator aequus,
Temperans, fortis vigeas per omne
Tempus hic degens, super astra caeli
Hinc abiturus.

XIX.

1. Mire cunctorum deus et creator,
Mitis et fortis, solidator orbis,
Vota servorum tibi subditorum
Aspice clemens.
2. Pangimus clarum cupidi triumphum,
Mente gaudentes simul et precantes,
Sanctus ut pręsens super astra gaudens
Nos benedicat.
3. Ille dum vita fruitur caduca,
Lucis aeternae radios videre
Visibus cordis studuit sub imis,
Fretus ab altis. Mire
4. Nomen hic magni reserando plebi
Viribus magnis colitur celebris,
Auctus a Gallo superis amando
Dogmate largo. *Mire*
5. Hostis immitem domuit furorem,
Pacis auctorem comitando suavem,
Omnibus sanctę placidęque vitę
Normula factus. *Mire*
6. Ille post clarum remanens magistrum
Eius exemplis inhians beatis
Turbidum mundi reprobans honorem
Terrea sprevit. ⟨Mire⟩

XIX 4, 1 Magni *(ut nomen sancti) Canisius, male:* magni *i. e. summi dei; sed luditur sane et hic et alibi (carm. 21. 22) veriloquio nominis*

4, 3 quadrati: *'nach den vier Himmelsrichtungen geteilt'; cf. app. 2, 13 (p. 336).*

XIX *de s. Magni sacello circa a. 898 fundato cf. Meyer de Knonau ad Ekkeharti IV Casus s. Galli 3 adn. 47 (p. 13).*

7. Spiritu pauper fuit hic minister:
Hinc et in regno micat ille dexter.
Mitis exstabat: tenet atque terram
Viva gerentem. (Mire)
8. Fervido planctu simul hic dolebat:
Inde solatum dominus coronat
Tristibus spretis lacrimisque tersis
Perpete regno. (Mire)
9. Famis en iustae pariter sitisque
Dámna perpessus fuit hic beatus:
Unde divinis dapibus repletus
Gaudet in astris. (Mire)
10. Hic fuit clemens miserans misellos:
Eius et iudex miseretur altus,
Tota cum mundi species obibit
Fine sub uno. Mire
11. Corde nam mundo fuit atque puro:
Hinc deum clare meruit videre,
Filius summi simul et vocari
Pacifer ipse. Mire
12. Persecutorem toleravit iste,
Iusta dum vovit dominoque reddit:
Inde cęlestem merito decorem
Possidet ipse. Mire
13. Bis quater summis speciebus ecce
Prędítus splendet pater hic beatus;
Omnibus nobis veniam benignus
Conferat idem. Mire
14. Inde nunc cęli rutilans in aula
Civis aeternae sociusque turmae
Nostra placatus pius et benignus
Crimina tergat. Mire
15. Prestet hoc nobis genitor perennis,
Natus et plenus patrii vigoris,
Spiritus sancti moderante nostros
Lumine sensus. Amen. Mire

XX.

1. Iam fidelis turba fratrum voce dulci consonet,
Ymnum dicat et serena partiatur dramata,
Dulce pondus et beatum in lectica deferens,

10, 3 abibit *Canisius* 12, 2 Iusta (a *ex* o *corr. m. 1*) *S*
XX 1, 1 consonet *sic S*

7 sqq. cf. Matth. 5, 3—10 (hae sunt octo virtutes 13, 1).
XX *cf. Schubiger, Sängerschule p. 70.*

2. Scandens et descendens inter montium confinia,
Silvarum scrutando lustra valliumque concava,
Nullus expers ut locus sit istius solaminis.
3. Iamque cęlum iamque terra iamque pontus laudibus
Plaudant atque circumquaque vox emissa plebibus
Auctorem patremque tanti tamque clari luminis.
4. Hinc exultent astra cęli lacteusque circulus,
Signa tum bis sena saltent et corona nobilis
Ornatusque totus soli conditori cognitus.
5. Nos istorum semper clara consecuti munia
Sanctitati tantę cantu personemus bombico,
Exaudire quod delectet cuncti plasten sęculi.
6. His inceptis assit alma, felix et, theotocos;
Assit Petrus, hunc sequatur omnis atque apostolus,
Martyr et confessor atque turba sancta virginum.
7. Nunc redemptor et creator, auctor veri gaudii
Largiatur aptam vobis virtutis fiduciam,
Ut sibi volendo digna captemus perennia.

XXI.

1. O rector invictissime
regumque sator inclite,
nostras preces cum carmine
intende nunc piissime.
2. Timenda res est denique,
pręsumimus quam tangere
artus et horum pandere,
quos tu beasti in ęthere.
3. Absterge nostra, quęsumus,
peccata, quę commisimus,
ut sancta membra tangere
non pęna sit, sed pręmium.
4. Adest fides promptissima
spondens, per ista munia
nos adiuvari certius;
discedat hinc iam perfidus.
5. Nam spiritus ex sidere
hęc creditur revisere,
gaudens honore provehi
quandoque reddendum sibi.
6. Nunc Magnus iste nomine
maiorque Christi munere
defendat alma gratia
plebis viantis pectora.
7. Portamus ecce cernui
pignus decoris splendidi
nunc plana nunc per ardua
ad sedis aptae culmina.
8. Hic civium cęlestium
lux clara splendet obvia,
ac compares fidissimi
iunguntur ore nobili.
9. Illic parentis gloriam
summique nati gratiam
cum claritate spiritus
lętis canamus vocibus. Amen.

2, 2 lustra *scripsi:* loca *S; quae acuuntur syllabae, longae sunt, ceterae ancipites sunt* 7, 2 *fort.* nobis
XXI 2, 3 artus et horum pandere *sic S (i. e. in translatione reliquias, quae conditae fuerant, promere)* 5, 3 honorem *Canisius*

4, 2 *duodecim signa zodiaci;* corona, *sc. angelorum.*

XXI *cf. Schubiger, Sängerschule p. 71.* 6, 2 *cf. ad 19, 4, 1.* 7, 3 *i. e.* nunc *per* plana, nunc per ardua.

XXII.

1. Christus ad nostras veniat camenas,
Christus et vocem tribuat salubrem,
Christus ad vitam vehat et perennem
Se modulantes.
2. Audiat nosmet chorus angelorum,
Protegat nos plebs et apostolorum,
Patriarchę omnes, simul et prophetae
Luce perenni.
3. Martyrum turbas petimus serenas
Sanguinis palma precioque claras,
Vocis ut nostrę modulis receptis
Gaudia prestent.
4. Nunc sacerdotes monachosque claros
Ad preces nostras cupidi vocamus,
Nosmet ut semper foveant et nostra
Pace suavi.
5. Virginum dulces nitidosque flores
Semper in nostro petimus favore
Esse pręsentes, simul et fugantes
Noxia quęque.
6. Omnium sane rutilus piorum
Coetus ad nostram vigilet salutem,
Invidum pellens rabidumque furem
Munere Christi.
7. Christe, nunc servos miserare fidos
Ob precem sanctę nitidęque plebis,
Inter hos Magni meritum recordans,
Maxime iudex.
8. Per crucem sanctam moderare nostram
Conditor vitam, tribuens quietam,
Perditis culpa veniam rependens,
Luminis auctor.
9. Pacis augmentum tribuas, rogamus,
Utque salvemur, pariter precamur,
Ac remittendi decus exhiberi
Te miserante.
10. Aetheris blandos facilesque motus,
Frugis et largos remeare questus,
Regibus vitam populisque pacem
Da, pater orbis.
11. Pręsuli nostro dominans faveto,
Huicque cęlestem tribuens honorem
Postumum Petri facito perenni
Laude beari.

XXII 8, 3 reprendens *S*: *corr. Canisius*

XXII 9 *sq. cf. ad. 4, 73.* 10, 2 remeare: *quaestus proprie redire dicuntur.*

12. Agne, qui tollis facinus reorum,
Conditor lucis, miserere nobis,
Christe nos audi, patris alme fili,
Kirieleison.

XXIII.

Carmina nunc festis psallamus rite choreis,
Obvia lętantes pectora qui ferimus;
Aurea iam resonent redimitis carmina bombis,
Quę variis mixtim vocibus aura ferat.
Nil sic perspicuum poterit vox clara referre,
Ut decet in tali nunc patris obsequio;
Sic devota tamen pandamus ora canentes,
Pectore de puro hos referendo sonos.
Istuc iam properans, domini dilecte, propinqua,
Quo tibi condigna corporis aula nitet:
Hic tibi perpetuis resonant concentibus aedes,
Ossibus et sacris semper habetur honos,
Dum lęti famuli celebrant hic festa benigni,
Laudibus instantes nocte dieque tuis.
Laetus ob hoc nostros blandusque invisito fines
Atque pius servis auxiliare tuis;
Iam nunc servitiis famulûm consuesce tuorum,
Prosper et huc vultum flecte, serene, tuum.
Dirige corda pius et tempora dirige nostra
Atque dies lętos ducere da famulos,
Ut semper valeant tibimet cantare quieti,
Te quoque cęlesti cernere luce poli.
Sternere supplicibus, istęc, modo, patria, votis
Et venerans tanti suscipe membra viri,
Ipsas omnigeno decorans cum flore plateas
Lumine perpulchris obvia lampadibus.
Adveniunt pariter necnon comitantur euntem
Perspicui fratres angelici proceres,
Qui sancti feretrum circumvolitando beatum
Alarum expansu undique membra tegunt.
Inde Columbanus noster pater atque magister
Alpibus excursis aeriisque viis
Hic aderit pręsens alacrisque ad gaudia tanta
Agmina coniungit consociata simul.
Coniunguntur ei, celeres gressusque fatigant
Tres quoque Franchorum Scottigenę pariles,

XXIII 11—14 = *4, 45—48 (post Canisium Schubiger, Sängerschule p. 34*[2]*, qui inde etiam hoc carmen Hartmanni esse coniecit: at ex eodem Hartmanni carmine 4 v. 34* auxilio tutos undique redde tuos *recurrit apud Ratpertum 6, 22).* 19—22 = *4, 49—52 (Schubiger).* 27 *cf. Verg. Aen. VI 683.*

Quos volitans fama assciscens ad gaudia tanta
Unitos tulerat dulcibus obsequiis.
Obvius hinc proprios Gallus producit alumnos
Longius occursu approperans rapido.
Hunc circum medium numerosis cętibus auctus
Densatur nitidus cęlicolûm populus.
Omnes qui pariter sancta te voce salutant
Et proprios lares, Magne, subire rogant,
Ut, quos ętheriis retinet communio templis,
Hic quoque consortis iungat honoris amor.
Interea Otmari prestabit cura beati,
Mansio constructa quoque parata fiat,
Ut nil displiceat venientis hospitis ori,
Omnia splendenti sed niteant facie.

XXIV.

Miles ad castrum properes novellum
Pridem et notos repetas locellos;
Posside terram tibi pręparatam;
Iam, comes Galli, sociare illi.

1. Nos sua, Magne,
pignora Gallus
miserat ad te
teque venire
oppido poscit. Miles

2. Nunc studet ille
rus laquearque
te veniente
comere laute;
nil remoreris. Miles

3. Sexus uterque,
vir mulierque,
turba pedestris,
coetus equestris
vociferantur. Miles

4. Te, pater, aetas
expetit omnis
ut veniendo
cuncta mederis,
et modulantur. Miles

5. Quando parata
ingrediaris
tecta, patrone,
nos famulantes
ipse tuere. Miles

6. Ad tua quisquis
limina stratus
te sibi poscat,
sancte, favere;
esto misertus. Miles

7. Igne nocivo,
grandine, morbo,
dęmonis astu,
marte fameque
protege cives. Miles

8. Corporis ut qui
relliquiarum
condere partem
promeruerunt,
iuveris illos. Miles

---

37 *cf. Aen. VII 104.* 47 *cf. Schubiger p. 36.*
XXIV *cf. Schubiger p. 34.*

APPENDIX.

I. I.

X. Kal. Ian. *(a. 859; cf. Duemmler, Ostfr.[2] II p. 427)* Hildigarda virgo Christi et domni Hludowici regis filia de hoc sęculo migravit ad Christum et humata est in ecclesia sanctae Regulae et Felicis martyrum Christi in castello Turego.

Hoc iacet in tumulo Christi dignissima virgo,
  Hildigarda nitens moribus egregiis.
Haec fuit eximii Hludowici filia regis;
  Mentem sponte suam voverat illa deo.
Bis denos octo vitae compleverat annos
  Migrans ad sponsum virgo beata suum.
DECESSIT X. KAL. IAN.

II.

Condidit hoc sanctum stabili fundamine templum
Cum genitore pio Hludowico principe terrae
Hildigarda potens Christi clarissima virgo,
Cui deus aeternae concedat gaudia vitae.

II.

Obsecro, da veniam, patriam repedare gradatim,
Quod cupiens Felicem visere curro propinquum
Germanamque eius, quae Regula iure vocatur.
. . . .
. . . .
Filia pugnacis multumque ad proelia fortis
Religione pii et cuncto moderamine iusti
Praeclari Germanorum regis Hludowici
Atque soror quondam Caroli nunc Caesaris alti,
Nomine vel proprio clarissima Beretha, templum
Structura fecit pulchra paribusque columnis,
Caelatura, insignibus altis atque politis,
Sicque fenestrarum depinxit plana colorum

I *ex codd. Sangallensibus 397 (p. $\frac{27}{28}$ et $\frac{32}{33}$, = S^{I}) et 899 (p. 114 et 21, = S^{II}) ab H. Wartmanno mihi collatis edo; cf. Mitth. der antiq. Gesellschaft in Zürich VIII Beil. p. 7 sq.* I *Sic* S^{I}; x Kal. Ian. Hildigarda obit *(sic)* et humata est in ecclesia s. Reg. et Fel. in castello Turego S^{II} 5 egregiis *sic* S^{I} (aegregiis S^{II}) *post v.* 10 S^{I} *addit:* Kl. Iul. Perehteid obiit. II *post v.* 4 finit *subscriptum est in* S^{II}

II *ex Iosiae Simleri antiquitatum Helveticarum tomo V fol. 58ᵇ (= bibl. Turicensis urbicae mss. A. 105) ed. G. de Wyss (Mitth. der antiquar. Gesellschaft in Zürich VIII Beil. p. 11 sq.); mihi codices Sangallenses a Tschudio scriptos n. 640 (=* S^{I}*) et n. 668 (=* S^{II}*) contulit H. Wartmann; in edenda narratione germanica sequor* S^{I}, *in carminis fragmento consensum codicum* $S^{I}S^{II}$ Und nach dem der Buw volfůrt, ist Bischof Gebhart der erst des namens von Costentz gen Zürich berůfft worden. Der hat Sant Felix und Regula grab ufgebrochen in der Chorherren Münster der grösseren statt und hat ir heiltumb in gemelt nüw Münster der äbtissin Berchta und ouch in andre kilchen im Bistumb usgeteilt, und iren Tag in ganzem Turgŏw und Zürichgŏw gebotten ze fijren, wie das Ratpertus, ein geborner Züricher, so der dero zit gelebt und ein Conventherr zů Sant Gallen gewesen, an Noggerum sinen mittconventbrůder schribt *(v. 1—3).* Und bald darnach von Berhta der aebtissin Künig Ludwigs tochter und Keiser Caroli Crassi swŏster mäldende: *(v. 4—36). Sic* S^{I}; S^{II} *narratione germanica omissa post v. 3 haec addit latina lingua:* Et paulo post de Bertha Ludovici regis filia Caroli Crassi imperatoris sorore ... 2 curo $S^{I}S^{II}$ 6 chludouuici $S^{I}S^{II}$ 8 Berhta $S^{I}S^{II}$

Pigmentis, laquear pavimentumque arte manuque
Artifici et fucis quadrato ex orbe petitis,
Ut superaretur ita ab his, ipsum velut herbas
Vicisset viles, vario vel flore placentes.
Et iam compositis subtus vel desuper omni
Ornatu vel moenibus, argento aere vel auro,
Praesulis adventum precibus ambivit honori,
Quem supra retuli Laurenti festa iubere.
Qui, ut sapiens, domini natam gratanter adivit
Deque loco, ad quem truncati sua sumpta tulerunt
Membra pii fratres Felix et Regula felix,
Partibus ablatis multisque in munere datis
Inque loco sancto non parva parte relicta
Cum reliquis membris sacrare novam satagebat
Ecclesiam, monachis sese cleroque sequente,
Virginibus Christi dicentibus eminus 'Amen'.
Tunc missam celebrans populi sermone tonante
Pectora concussit, iussitque inter duo festum
Flumina Lindimachum Rhenumque omnes venerari
Sanctorum in commune simul reliquosque propinquos
Uranikos vel circa Albisum quaque sedentes
Inque dioecesi late fuerint ubicumque
Pignora sancta pio pro munere lata beato.
Ergo tempore non parvo sacra festa colentes
Ultra etiam usque ad Aram sollemnia sacra colebant

* * *

III.

Si mihi non vultis, oculis vel credite vestris;
Vos saltem binas piscis mihi mittite spinas.

Hos versus Notker Balbulus fratribus Augensibus misit cum fungo, quem môruch vocant, in angulo apud sanctum Gallum fratrum pyralis in hieme nasci aliquot annis solito. Nam cum ipsi assererent in Alahaspach loco suo piscem, quem alant vocant, XII palmorum apprehensum loco nomen dedisse, ipse incredibilia narrantibus etiam de sancti Galli loco se mira esse dicturum respondit et supradicti nominis fungum in Ianuario ibi natum se vidisse subiunxit. Idque ipsum illi quasi falso locutum ilico pari voce dicentes derisui habebant. Sed ipse, ut dixi, sequenti anno itidem ibi fungo nato dicta factis compensavit, fungum mittens et scribens, quod supra. Causa tamen erat fungi in angulo illo pyralis nasci soliti, quod aquęductus eundem angulum preterfluens rigavit et calor pyralis non nimius, sed caumate aquę mixtus illum attigit et fotu tali parere precoquam terram fecit et fungos quidem primitus, mox etiam et gramina quędam virentia styriis et glatie foris sub divo rigentibus vapor idem produxit.

---

12 pavimentumque *scripsi:* pigmentaque $S^{I}S^{II}$ *(praecedit* pigmentis*)* 18 praesulis honori *coniunxi (nam* honorus *poetis Sangallensibus in deliciis est)*: honori Laurenti *Wyss* 33 ubicunque $S^{I}S^{II}$ 34 beatorum S^{II} 36 solemnia $S^{I}S^{II}$ sacra] sancta *ante corr.* S^{II}

III *scripsit Ekkehartus IV in codice Sangallensi 621 p. 355; sequor Duemmlerum, S. Galler Denkmale p. 225.*

II 13 *cf. syll. c. 18, 4, 3 (p. 329).* 30 *sqq. 'zwischen Rhein und Limmat, im Lande Uri oder um den Albis'. Wyss l. l. VIII p. 18.*

III 14 styriis: *'sturia i. e. canalis.' Ducange.*

IV. I.

YMNUS DE PASSIONE SANCTI STEPHANI.

1. Primus ex septem niveis columnis
A Petro electus Stephanus beato
Voce vel signis medicans misellis
Claret in orbe.

2. Qui brevi verbo replicans priora
Persecutores docuit piorum
Esse Iudeos probitate cassos
Felleque plenos,

3. Nec novum quid, quod dominum furore
Impio ad poenam crucis impulerunt,
Cum prophetas vel patriarchas ante
Sepe necarent.

4. Hisce pro dictis, licet angelorum
Ille fulgeret facie decorus,
Ceu profanum moenibus urbis altę
Eiiciebant.

5. Saulis et curae induvias calentes,
Ne piger forsan furor impeditus
Tardius sanctum lacerare posset,
Deposuerunt.

6. Tum volant crebri lapides per auras
Instar ingentis pluvię vel ymbris
Vineę tandem sterili negandi
Atque nocivę.

7. Sed tamen sanctus pietate plenus
Persecutori veniam precatur
Atque pro crudis lapidum ruinis
Pronus adorat.

8. Huic ad exemplum deus ipse magnum
Pręstitit se conspiciendum, omni
Sęculo quod profuerit, caput ceu
Martyriorum.

9. Nam quis audebit dubitare, sese
Quod deus servet pius in futurum,
Quando in praesenti Stephano videndum
Prębuit ipse,

10. Ut fides iam conspicue vireret,
Visibus nostris propiante caelo
Vel patris summi renitente nato
Ęthere aperto,

11. Spiritu vel se manifeste in ipso
Esse prodente Stephano benigno
Talibus signis, pia trinitatis
Quîs bona fulgent.

II.

ALIUS DE REVELATIONE CORPORIS EIUS.

1. Cum sanctus Stephanus necis petrinae
Multatus misera iacere sorte
Compertus fuerit Gamaliheli,

2. Compassus bonus ille non nocenti
Poscit Christicolas pia rapina
Corpus tollere dentibus leonum.

3. Vectum navicula quod ipse sumit
Conditumque suo locat sepulcro
Et planctu nimio sequente curat;

4. Ac post mortuus applicatur illi
Et post tempora valde multa sese
Pandit presbytero docetque clausa.

5. Iohanni studet ille nuntiare
Sancto pontifici, simulque sumptum
Thesaurum Stephani Salem ferebant.

6. Et tunc arida vel siti perusta
Accepit pluvias diu negatas
Tellus germinibus soli creandis.

7. Hoc testem decuit honore tolli,
Ymbrem qui lapidum ferebat ultro
Orans, impia ne manus periret.

IV *S(angall. 242 p. 3) contuli Berolini* I 5, 1 *nolim* Sauli set 3 lacerare *(post.* a *in ras.) S*

IV *Notkerus Balbulus* (IV 10, 3; *† a. 912) hymnos s. Stephani (cf. sequentias 3—6) patroni ecclesiae Mettensis Ruodberto* (III 15, 3. IV 11, 1*) episcopo Mettensi (a. 883—917) dedicavit.* I 1, 1 *ex septem diaconis (cf. act. apost. 6, 5).* 3, 1 nec novum quid *esse (cf. act. apost. 7, 52).* 5 *cf. act. apost. 7, 58.* 6, 2 *cf. II 6 sq.*

II *cf. Luciani epistulam de revelatione corporis Stephani martyris (Augustini opp. ed. Bened.*[3] *XVII 2191 sqq.).* 4, 3 presbytero *Luciano.* 5, 1 Iohanni *pontifici Hierosolymitano.* 6 *sq. cf. I 6, 2—4.*

III.

ITEM ALIUS DE MIRACULIS IPSIUS IN AFRICA OSTENSIS.

1. Ut revelatus Stephanus micabat,
Ossa sunt eius celeri meatu
Africanorum steriles per agros
Sparsa serendo.

2. Flore de quorum mulier medelam
Dante Praeiecto meruit patrono;
Quos tenebratis oculis propinquans
Vidit aperte.

3. Messe de quorum medicina dulcis
Devehenti pontifici fideli
Venit, ut nec fistula parva morbo
Iam superesset.

4. Calculi morbus nimius vetusque,
Quo laborans Eucherius periret,
Temperamento Stephani salubri
Est superatus;

5. Mortis et sęvum Stephanus periclum
Veste signata ac citius remissa
Sic repressit, presbyter ut salutis
Munera ferret.

6. Martialis, tu Stephani gemella
Sospitans cura dominum potentem
Mortis et vitę celebrare Christum
Sepe solebas.

7. Stephanus quondam podagram removit
Cęlitus latis precibus benignis
Vel revelato medicantis usu
Blandus iatri.

8. Cum puer sueto pueris iocandi
More inter boves tereret terendus,
Stephano extinctus medicante vitę
Est revocatus.

9. Nonna desperans reditum de arta
Fauce mortis mox tonicam beato
Stephano misit; moritur: reducta
Qua revirescit.

10. Bassus et natam simili medela
Mortuam vitę revocavit horis,
Stephanum multis lacrimis misertum
Mollificando.

11. Filius parvus, patris omne carum,
Spiritus iamiam vacuus calore
Stephani tactus oleo revixit
Morte remota.

12. Haec Eleusinus Stephanum patrare
Audiens natum exanimem ferebat
Martyrum Christi manibus medendum;
Estque ita factum.

13. Ęmulans Petronia quem misella
Stephanum pernix medicum requirit
Fascino spreto, celerique gaudet
Munere sancti.

14. Paulus autem, Palladia sorore
Se per orbem concomitante latum,
Stephani nutu caruit tremore,
Ac soror ipsa.

15. Hęc mihi doctor retulit peritus,
Nomen augusti merito retentans;
Quę tibi, pręsul venerande Ruodbreht,
Pango canenda.

IV.

ITEM DE MIRACULIS EIUSDEM IN CISMARINIS PARTIBUS.

1. Ordinis sacri Stephanus honore
Partibus pollens Asię calentis
Finibus tandem occiduis rosarum
Sparsit odores.

2. Quos volens plantare beatus ille
Verna Martini vigilans in omni
De sera accepit sine clave, clausit
Et sine clave.

III 4, 2 Eucharius *Augustinus* 15, 4 tenenda *Canisius*

III *cf. Augustini* (15, 2) *de civitate dei XXII 8 (vol. II p. 574—579 ed. Dombart[2]).* 2 *Aug. p. 574, 25: (caeca mulier)* flores, quos ferebat, dedit, recepit, oculis admovit: protinus vidit: *Notker imaginem strophae 1 servavit (respondent* 2, 1 flore de quorum *et* 3, 1 messe de quorum*);* Praeiecto *scripsi secundum Augustinum: sed fort.* praeiecto patrono *i. e. praefato (sc. s. Stephano) Notker voluit (ex Augustini codd. v. l.* praeiecti *non adfertur).* 6, 2 *i. e. sospitatus.* 10, 2 *i. e. oris.*

IV 2, 2 verna Martini *Gregorius Turonensis de gloria martyrum c. 33 (p. 508—509 ed. Krusch).*

3. Qui precabatur veniam imperitis,
Ipse protervum Stephanus repressit
Innocentes eripiens reumque
Fune retentans.

4. In mari navis propior periclis
Per manum sancti Stephani retracta
Aut canes Scyllę, rabiem aut Carybdis,
Salva refugit.

5. Est domus Mettis Stephani cruore
Sacra, quę tantum superesse diris
Posset Hunorum gladiis rogisque,
Sanguine tuta.

6. Quę ducis natam medicante Gallo
Liberatam dęmonio furente
Regis abstraxit thalamis, amore
Integritatis.

7. Fontis Hispani Stephano patrante
Munus ęternum memorare dignum,
Qui lavandis profluit atque lotis
Conditur alte.

8. Sed cum hoc baptisterium cavallis
Improbus quidam stabulum pararet,
Febre correptus dominum pręibat
Ad Flegetonta.

9. Hoc loco cultrum socio retraxit
Impudens quidam, vacua sed urna
Mente percepta, Stephano iubente
Reddidit ipsum.

10. Ęger et balbus vitiisque plenus
Ore polluto Stephani triumphos
Notker indignus cecini, volente
Pręsule sancto.

11. Flore Ruodbertus iuvenale qui nunc
Cor senum gestans senium beatus
Ac piis plenus meritis videre
Promereatur,

12. Pacis optata potiens quiete
Hostis et diros superans mucrones,
Quem furens misit boreas fugandum
Vel perimendum,

13. Ut trinitatis benedicta virtus
Ędibus sacris domibusque cunctis
Per preces magni Stephani canatur
Tempore longo. Amen.

V.

INCIPIUNT VERSICULI DE SEPTEM LIBERALIBUS ARTIBUS.

Cogor amore tuo invenilem tollere clavam,
O puer illustris, indolis arte tua.
Quamvis effetę rugoso corpore vires
Signa negent vetulę sanguinis ulla cuti,
Non tamen, ut possum, gravia Herculis arma recuso,
Ipse licet rigida mente Dares vigeat.
Nam tibi promittit certamina mobilis aetas;
Creber enim polles artibus ecce novis

IV 4, 1 proprior *S* 6, 1 Quę *sic S* 7, 2 memo^ra^re (ra *ss. man. ant.*) *S*
V *ex cod. S(angall. 817 pag. 4) primus ed. Duemmler (N. A. V p. 627 sqq.); mihi denuo contulit I. Egli* LIBRALIBUS *S* 6 Ipsa *S: correxi* (recuso Ipsa, licet *Duemmler)* 8 pollens *S*[1]

3 *cf. Gregor. p. 508, 27 sqq.* 4 *et* 6 *non inveni.* 5 *cf. Gregor. hist. Franc. II 6 p. 67 sq. ed. Arndt.* 7—9 *cf. Gregor. de gl. m. cap. 23—25 (p. 501—503 K).* 8, 3 dominum *Theodegisilum.*

V 1 *i. e. ego senex amore tuo iuvenem agere cogor; cf. Cic. de senectute 16, 58* sibi igitur habeant arma, sibi equos, sibi hastam, sibi clavam; nobis senibus talos relinquant et tesseras. 2 *Notkeri ad Salomonem (III.) sub ferula degentem carmen puto* (o puer, illustris indolis *Duemmler distinxerat).* 3 *Verg. Aen. V 396* frigentque effetae in corpore vires *et Boet. consol. Phil. I c. 1, 12* tremit effeto corpore laxa cutis. 5 *clava enim (v. 1) Herculis propria (Otto, Sprichwoerter der Römer p. 163);* ut possum *('soweit ich vermag'), sc. ea arma ferre.* 6 *Daretem Vergilianum (Aen. V 368 sqq.) dici intellexit Duemmler.*

Et melior vires sanguis dat voce valenti,
  Dum inpubes malę crine nitent vacuę.
Bos etiam lassus vestigia figere firma
  Haud nescit terrę, mole sua stabilis.
Ferre iugum mecum cupio te, dulcis amice,
  Haec lege ut discas plaustra tenere tua.
Ne te suspendam tediosi syrmate plectri,
  Incipiam hinc aliquid utile ferre tibi.
Fabula Felicis conponit ficta Capellae
  Musas ter trinas Maiugenę comites,
Quę dentur pariter ducendę Phylologię
  Sub dotis specię artis honore datę.
Has exquire libens noctesque diesque per omnes.
  Inter quas prima femina lucet anus — GRAMMATICA
Componens pueris labrorum septa decenter;
  Purgat et arterias, lingua politur eis.
Adhibet et scalprum, quo purgat acumine dentes,
  Ut possint miris verba sonare modis.
Procedit dotanda dehinc Dialectica callens; — DIALECTICA
  Naturę clausum ipsa requirit opus.
Ter quinis redimita comis refugisque capillis
  Mensurę aequalis compserat atque caput.
Haec periermeniis florens topycisque figuris
  Iungit tunc usię verba locuta novem.
Argutę mentis studio rationis amatrix
  Proposuit, sumpsit, clausit ubique bene.
Pervigil excubiis nimio pallore nitebat;
  Nescit enim somno se dare fessa suo.
Quisquis de dextra presumpsit sumere florem
  Intendens ydros palma sinistra duos.

---

14 lege*: cf. 52* loca   15 syrmatę *S*   17 Fabulę f. conponunt fictę c. *S: correxi*   23 Compones (n *supra* e) *S*   25 accumine *S*   27 DIALECTICA *praeter* L *evanuit S*   28 ips *(nihil amplius umquam scriptum fuit) S*   31 florans *S*   36 sua, *ut vid.*, *S*[1]

10 inpubes: *nondum pube (i. e. lanugine) vestitae.*   11 *cf. Otto, Sprichwoerter der Römer p. 58:* vulgaris proverbii, quod bos lassus fortius figat pedem *(Hieron. ep. 102).*   13 dulcis amice *formula.*   18 *miscere videtur IX Musas et VII Scientias; cf. ad v. 97.*   22 *Mart. Cap. p. 54, 26 E.* aetate longaevam.   23 *Mart. Cap. p. 55, 3* nam ex eodem *(sc. elephanto)* scalprum primo vibranti demonstrat acumine, quo dicebat circumcidi infantibus vitia posse linguarum .... *(55, 14)* arterias etiam pectusque cuiusdam medicaminis adhibitione purgabat .... *(55, 19)* protulit quoque limam quandam artificialiter expolitam, .. ex qua scabros dentes vitiliginesque linguarum et sordes, quas in Soloe quadam civitate contraxerant, levi sensim attritione purgabat.   27 *i. e. dotis loco danda.*   29 *de XV speciebus definitionum cf. Usener, Anecd. Hold. p. 66.*   31 *Aristotelis* περὶ ἑρμηνείας *interprete Boetio saepe* periermeniae *fiunt (Isid. or. II 27; G. Becker, catalogi antiqui 44, 66 p. 131; 45, 44 p. 132; 121, 15. 16 p. 247; 125, 12 p. 254; in ipso hoc codice Sangallensi 817 p. 203* incipit liber periermeniarum Aristotelis*); quibus in cod. Sangallensi 816 adhaerent Aristotelis Topica.*   32 *sc. qualitatem, quantitatem, relativum, locum, tempus, situm, habitum, facere, pati (Mart. Cap. IV § 363;* οὐσία = substantia *§ 362).*   34 *cf. Mart. Cap. p. 128, 10 sqq. 27 sqq.; propositiones cum concessae sunt, sumpta dicuntur; ex iis aliquid concluditur.*   36 suo: *dem ihr gebührenden.*   37 *sq. cf. Mart. Cap. p. 99, 13—22* unum serpentem manu *sinistra Dialecticae tegi dicit; male memor videtur fuisse poeta M. C. p. 100, 5, ubi* Cyllenius *κηρυκείῳ* geminus anguis *(die beiden Schlangen auf dem Schlangenstab Mercurs) Dialecticam adlambere dicitur.*

Prȩsiluit Gretiae facundia tertia linguȩ, RETHORICA
  Cui regale caput tegmina tuta vehens
Fulminis in morem fulgenti cingitur ense,
  Quo se communit, ora inimica premit.
Illius in bombo cȩlum tellusque resultans
  Concilium iuvenum convocat atque senum.
Officii partes disponit tramite recto,
  Eloquitur vera, falsa repellit item.
Ius civile forum curules ipsa perornet;
  Diligit hanc regum optima cura sagax.
Hanc Athlanciades proprio coniunxit amori,
  Quȩ sibi collata munere dotis erat.
His super adveniens Geometrica virgo perita GEOMETRIA
  Connumerat loca aetheris atque soli
Haec iacet et radium metita volubile cȩlum
  Septenasque faces per duodena loca.
Terra globosa suis cum partibus undique versa
  Mensuram patitur arte regente viam;
Astrorum occasus ortusque revelat inȩquos,
  Quos sol aestate visitat aut hieme.
Hanc lucem obliquam diffundit zona recurva:
  Pisces fines erunt, principium arjes habet,
Gnomina diversi figit pro climate mundi;
  Non poterit simile gnomen ubique fore.
Illic spera manu: trinarum machina rerum
  Insignibat eam, compsit et auxit opus.
Haec soror Uraniȩ, officii consortis amatrix:
  Illa notat signa, haec spacium omne tenet.

---

50 *fort.* eat; *cf. Ovid. her. 3, 20* quamlibet ad Priami munus itura nurum *et Senecae Phoen. 578* adulta virgo mixta captivo gregi Thebana nuribus munus Argolicis eat 53 *fort.* iactat radium *(cf. Mart. Cap. p. 196, 28* altera *manu* sphaeram solidam gestitantem*)* 57 revehat *S: corr. Duemmler* inȩquos *(i. e. obliquos; agitur de zodiaco orbe obliquo) scripsi*: in ȩquos *Duemmler; formam tuetur analogia* inaequalis 60 finis *Duemmler, sed cf. p. 185 ad v. 145* 63 *distinxi* 66 omne spacium *S: transposui* (haec omne tenet spacium *caesura minus grata Duemmler)*

39 *sqq. Mart. Cap. p. 138, 20* ecce quaedam sublimissimi corporis ac fiduciae grandioris, vultus etiam decore luculenta femina insignis ingreditur, cui galeatus vertex ac regali caput maiestate sertatum, arma in manibus, quibus se vel communire solita vel adversarios vulnerare fulminea quadam coruscatione renidebant. 43 *cf. Mart. Cap. p. 139, 5* haec cum in progressu arma concusserat, velut fulgoreae nubis fragore colliso bombis dissultantibus fracta diceres crepitare tonitrua. 45 *cf. Mart. Cap. p. 143, 14* iam vero partes officii mei quinque esse non dubium; nam est inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio. 49 *i. e. Mercurius, Maiae filius, Atlantis nepos.* 52 *Martianus Capella sexto libro, qui est de geometria, complexus est geographiam tam mathematicam quam physicam.* 53 *cf. appar.* 54 *septem planetas duodecim zodiaci signa percurrentes.* 55 *cf. Mart. Cap. p. 197, 18 sqq.* 56 arte *i. e. lege.* 57 *cf. appar.; haec potius ad Astronomiam pertinent, eoque rettulerat etiam Mart. Cap.* 61 gnomina: *Mart. Cap. p. 197, 4* gnomonum *(*gnominum *codex Darmstadiensis num. 193 apud Eyss.)* stilis*; cf. v. 62* gnomen. 62 simile gnomen *i. e. idem.* 63 trinam machinam rerum *vulgo dicunt orbem tripertitum; constructio est: 'illi (in) manu (est) sphaera (ein Erdglobus); eam (sphaeram) insigniebat orbis tripertitus, qui opus (i. e. sphaeram) compsit et auxit'.* 65 *cf. Mart. Cap. p. 197, 2* in usum germanae ipsius Astronomiae; consortis: *'gleichartig'.*

Accessit memori sensu iam prima mathesis, ARITHMETICA
Quę numerum in digitos transtulit alma suos.
Celsior ipsius vultus fulgore renidens;
Subtili spetie vestis obibat eam.
Inparibus paribusque modis complexa figuras:
Quarum monas erit fons et origo brevis;
Hinc planę formę vel linea longa iacebit;
Additur et numerus crassus ad alta volans;
Inde cibus, cribrum seu forma triangula surgit
Quas variat sollers [vertice fulget apex]
Prosilit in medium vibrato lumine virgo, ASTRONOMIA
Cuius sydereus vertice fulget apex.
Crines igniti decorabant tempus utrumque,
Qui mare, qui terras, ęthera luce replent.
. . . .
. . . .
Lumina bisseni demonstrans ordinis in se.
Prima fronte nitet frigida stella senis,
Quę cęli centrum paulatim circuit altum,
Ter denis annis mobile complet iter.
Hic Iovis et Solis fervor, Venus aurea lucet,
Mars cum Mercurio, infima Luna migrat.

---

69 fulgore refulgens *S: correxi ex Mart. Cap. p. 256, 14* praecelsior vultus ipsius lumine renidebat 70 spetię veste obibit *S: correxi (fort.* vestes, *cf. ad v. 60;* obivit *minus placet)* 71 *sq.* figuris Quantum *S: correxi* 72 monos *S: corr. Duemmler (cf. adn.)* 73 iacebat *S: correxi* 75 cibus *(i. e. κύβος) S;* cubus *Duemmler* cribrum *Duemmler:* cribum *S* 76 *hemistichium mihi ex v. 78 illapsum videtur* 80 replet *S: correxi* *post* 80 *distichon intercidit, quo globus caelestis commemoratus erat*

67 *cf. Boetii institut. arithmet. I praef. p. 5, 6 Fr.* cum igitur quattuor matheseos disciplinarum de arithmetica, quae est prima, conscriberem ... *v.* 68 *non de decade accipiendus est, sed de digitis celeriter motis; cf. Mart. Cap. p. 256, 26* digiti vero virginis recursantes et quadam incomprehensae mobilitatis scaturrigine vermiculati. 69 *cf. appar.* 70 *cf. Mart. Cap. p. 256, 24.* 71 *sqq. 'aus ungeraden und geraden Zahlen Figuren zusammenfassend: deren kleiner Anfang und Ursprung ist die Einheit (der Punkt; cf. Mart. Cap. p. 266, 2* nam mihi in primo versu monas: *Einheitszahlen); darnach mögen gerade Gebilde oder (*vel = *id est) die Linie, deren einzige Dimension die Länge ist* (longa linea), *hingelegt werden (M. C.* in secundo versu a decem numeri velut linea distenduntur; *sic nascuntur numeri a 10 ad 99); dazu kommt die Breitenzahl, die senkrecht auf der Längenzahl steht (Fläche = Länge × Breite; M. C.* in tertio versu quadrati ex centum reliquisque fiunt, quae velut latitudo primae longitudini sociatur; *sic nascuntur numeri a 100 ad 999; de* crasso numero *cf. Mart. Cap. p. 270, 25* at crassitudinem aiunt a tribus numeris: sint in alterum puta latus quattuor, in alterum tres, supra deinde quattuor adiciuntur*); darnach erhebt sich (durch Hinzufügung der 3. Dimension, der Höhe) der Würfel, der Kegel (aliter* cribrum *est schema numerorum parium et imparium Eratostheni apud Boetium instit. arithm. I 17 p. 33, 21 Friedlein) oder die dreiseitige Ecke (d. h. Pyramide, nicht Dreieck), in denen noch die Höhe zu Länge und Breite hinzukommt (hunc sensum v. 76 expressum fuisse necesse est; M. C.* in quarto versu iam cubi sunt, ideoque ex mille reliquis soliditas; *die Zahlen von 1000 an Körperzahlen).* 77 *Mart. Cap. p. 301, 5* et ecce prosilit quaedam gemmata nec minus totis artibus decenter oculea; huic sidereus vertex vibrantesque crines. 79 *i. e. radii coronae instar discedentes.* 81 *i. e. sidera zodiacalia duodecim.* 82 frigida stella senis *Saturni* nitet prima fronte *(i. e. in superficie) globi caelestis (cf. appar. crit.); quae tardissime omnium planetarum perficit cursum, sc. annis triginta (cf. Mart. Cap. p. 316, 4).* 86 infima *i. e. proxima a centro.*

Dissimili cursu duodenę astra coronę,
  Sed notho, penetrant, luce secante viam.
Vertex, qui nobis semper sublimis habetur,
  Frigore crudeles contrahit ille Scithas;
Ast alius nostris subductus vultibus axis:
  Canopum Memphis nominat atque colit.
Qua calor est nimius: nam hęc pars vergit ad austrum;
  Quam sol incendit flammeus igne suo.
Phosphoreum iugum, designat Urania prudens,
  Vesper ut interdum lumina sera dabit
Ultima Melpomene chelos tangendo iocatur; MUSICA
  Non simplex etenim melos ei cecinit:
Musica nam constat triplicis moderamine legis:
  Percussu, flatu, voce sonora boat.
Aethera permulcet cantu, terras, mare, silvas;
  Quicquid et his vivit, carmina pulchra colit.
Ipsa tonos iunxit quindenos chromate ponens;
  † Quiquis scire velit, nomina prosa dabit.

VI. I.
VERSUS DE QUINQUE SENSIBUS.

Antistes domini, cur sunt tibi frivola cordi,
  Ut manibus sanctis tangere spurca velis?

---

87 /astra *S (hiatus non tollendus)* 93 astrum *S: correxi* 97 meldepome *S: corr. Duemmler* 103 chromata *S: corr. Duemmler* 104 Quos quis *Duemmler; fort.* Quos qui *vel* Quisquis *(i. e. ei, si quis)*

VI *Notkeri versus ex formularum Sangallensium libro (p. 79 sqq. Duemmler, p. 430 sqq. Zeumer); M = Monacensis (olim Tegernseensis) lat. 19413 saec. X—XI (N. A. IV p. 553), quem ipse denuo inspexi; V = Vindobonensis pal. 1609 saec. X (Tabulae I p. 261), quem contulerunt Duemmler et Wattenbach* I 1 fribla *MV: corr. Duemmler*

87 *'die Planeten durchwandeln in abweichendem Lauf die zwölf Bilder des Tierkreises, aber nur scheinbar (*notho cursu dissimili; *νοθεία illa refertur ad dissimilitudinem), da die Lichtbahn an ihnen vorbeieilt'? cf. Mart. Cap. p. 316, 10* denique etiam Peripateticorum dogma contendit non adversum mundum haec sidera promoveri, sed celeritate mundi, quam sequi non potuerunt, praeteriri. 89 sublimis: *'über dem Horizont'; dicitur polus arcticus.* 90 Scythas *'Ὑπερβορείους.* 91 alius axis: *sc. australis pars axis semper latens exiens in polum antarcticum.* 92 *Canopus non polus antarcticus est, sed stella ab austro proxima Eridani,* quae superioribus inconspicua in confinio Alexandriae incipit apparere. 93 qua: *sc. in urbe Memphi;* haec pars: *sc. Aegyptus.* 97 *i. e. septima Musa (cf. ad v. 18);* chelos *i. e. χέλυν.* 103 *cf. Mart. Cap. p. 358, 17* quod disdiapason dicitur, habet sonos *(sic)* quindecim, spatia bis septena, tonos decem ac duo. 104 prosa *Martiani Capellae vel Boetii de institutione musica.*

VI *Notkeri versus ad Salomonem (III.) adulescentulum; saepius magister ad discipuli amores illicitos respicit, de quibus cf. Ekkeharti IV Casus s. Galli cap. 29 (p. 112 sqq. ed. Meyer de Knonau).* I *cf. rhythmum de bonis sacerdotibus (cod. Sangall. 573 = P. A. C. I p. 79 sqq.) 17, 1 sqq.* Rationis freno semper sensus regit proprios; noxia non aure capit, non cernit luminibus; nil olfactu, nil in gustu, nil peccat in tactibus.

Non tendas oculos celebs ad turpia claros,
  Astra quibus cęli sunt speculanda tibi.
Oscula non figas, mammas nec lambere suescas;
  Non dicas lubricum ore canente deum.
Auribus et magnis latis intendito dictis;
  Mandatum latum disce dedisse deum.
Naribus aeternas iam nunc si concipis auras,
  Aeternus summo comes eris domino.

His decem chordis si auditum praebueris, quinque sensus exteriores inlibatos custodies; si tamen interiora cordis deo regenda commiseris, et dignus eris, ut te omnes populi praedicent, non turpissimae mulieres infament. Quarum si unam prae ceteris amaveris, ab omnibus derideris; si omnes dilexeris, unius animum offendis. Esto vir: fracta verba, gressum languidum, pictos oculos, pallidam cutem, ora investia ut mortifera venena devita. Tu orator, tu pontifex, tu caecorum lumen, tu Christi membrum; tu, in cuius barbam unguentum spiritale est descensurum ad consecrandum te in summum sacerdotium. Aliud tibi non scribo argento superatus aut auro, et (quod mihi est gravius) nec indignatione tua perterritus.

II.

VERSUS.

Talia dictat amor, verus respondet amator;
  Ingratus taceat, gratus in alta canat.

III.

VERSUS.

Sospitat incolomis nostratis portio mentis,
  An moribunda mali sit fera causa mihi.

IV.

VERSUS.

Peior amate meus quondam dilectus amicus,
  Cur, rogo, non loqueris ut prius aut melius?
Praeterito versus dederas prosamque loquelam,
  Hoc anno nulla verba iugare cupis.

V.

VERSUS.

Avia perlustrans indignas quaerito causas,
Pervia qui gradiens summas nanciscerer arces.
Atria caelorum lutulenta muto platea,
Ararum speciem fugiens, discursor hararum.
Hoc tamen idcirco, quia vos educere quaero
De casulis ad basilicas, de stramine ad aras.

III 1 incolomis *sic* M^1

11 decem chordae *vulgo decalogus (cf. praef. ad Eugen. Vulg. extr.); hic decem versus I 1—10.* 17 *cf. psalm. 132, 2.*

III *i. e. angor, utrum 'animae dimidium meae' (cf. Hor. carm. I 3, 8) reconvalescat an in peius vertat morbus; carmen ad Salomonem aegrotantem scriptum.*

IV 1 peius amare *Ovidius.*

V 5 vos: *Salomonem et Waldonem (Duemmler, Formelbuch p. 120 sq.).*

VI.

Tardius invento citius defrudor amico, VERSUS.
Si tamen hoc ultra nomine dignus eris.
Fictio tecta diu tandem deprenditur astu;
Nam cuiusque rei corda revelat amor.
Laetus abis igitur caros visere propinquos:
Carior illa tibi nonna putatur ibi.
Unanimis potius frater reminiscere fratris!
Si potes, ergo redi; angor amore tui.
Si non sponte venis, huc invitus retraheris;
Et mercede carent vota coacta nimis.
Ni remeare velis, non obstat ripa furentis
Rheni vel Potami litus acerba fremens,
Non Hilerę fremitus revocat neque saltus inhorrens:
Persequar et temet fune ligabo, fugax.
Pervigil excubitor, superans noctemque diemque,
Te docui potus immemor atque cibi.
Omnia deposui tibimet parendo petenti —
At nunc spernor ego, alter amatur homo!
Sin magis ille senex odiis agitatus iniquis
Divisit socios corde furente locis,
Tum merore pari lugens et corde dolenti
Te sequor et lacrimis strata rigabo tua.
Sed, quocumque loci casu quocumque viabis,
Implens cuncta deus te comitetur ope.
Haec monimenta mei describito corde tenaci,
Rumine continuo quae revoluta legas.

VII.

O species cari, cur non ades, alma magistri? VERSUS.
O quid fecisti! cur nobis nota fuisti?
O cur rara venis, cur nos tardissime cernis?
Iam petimus venias: doctrinam sepius addas,
Ut tibi centiplices dominus velit addere grates.
Te revocant pennae, cupiunt membrana videre.

VIII.

Ex phisicis quiddam vobis volo ponere coram, VERSUS.
Quo tandem firmum docti noscatis amicum.
Quando per alborem corvorum germina sordent,
Hos sibi dissimiles vitant curare parentes;

VI 1 defrudor *M^1V*, defraudor *M^2* 3 deprenditur (ndi *in ras.*) *M* 5 visure *Wattenbach* 16 potius *MV: corr. Linker* 18 amator *V^1*
VII 3 nota *obscurum* 5 venit *M^1*

VI 6 nonna, *ex qua filiam Salomo suscepit.* 13 *Iller.*
VII *Salomonis reversi et Waldonis versus ad Notkerum magistrum suscensentem (cf. v. 4) videntur.*
VIII *Notker respondet discipulis veniam carmine* VII *petentibus.* 3 *sqq. cf. Isid. orig. XII 7, 43.*

Quos ubi plumarum coepit vestire nigredo,
Ceu natos proprios norunt pascuntque foventque.
Vos ferrugineum scio fastidire cucullum,
Lilia sive rosas spreto captare hiacincto.
Non aquilam pullum scitis dimittere suetam,
Ni solis oculos radiis infigat acutos?
Anseris at pullos sequitur gallina per undas:
Sic infirmus ego fortes trans equora quaero.
Sed nisi gallinam corvumve aquilamve imitari
Iam nunc suescatis, iam nunc iam vivite vobis.

IX.

VERSUS AD IUVENEM.

Egregio iuveni Salomoni fidus amicus
  Prospera cuncta modo, regna beata dehinc.
Musa diu latuit speluncis clausa profundis
  Et requiem petiit ocia longa terens.
Hanc puer impatiens, quem nos vocitamus Amorem,
  Excitat atque urget, increpat, inde tonat:
'Quid tu tarda iaces et nigra stertis in umbra,
  Cum tibi thensauri eximii veniant?'
Mox illa evigilans convitia plurima somno
  Dixerat atque hilaris haec tibi dicta canit:
'Luce magis dilecte mihi, contempne laborem,
  Quem pro me pateris, angeris atque nimis.
Expolias alios et me ditare laboras;
  Nil tibi conservas, optima nostra facis.
Muneribus vestris dives incedo decenter,
  Audeat ut nullus se similare mihi.
Pellicium pulchrum, villosum, vellere molli
  Direxit pietas maxima vel bonitas.
Divitias omnes superat, cunctas quoque gazas,
  Quas dederant comites quasque dedere pares.
Aurea sordescunt, argentea dona nigrescunt,
  Quae capiunt oculos condita per loculos;
Hoc decus at memet comitatur nocte dieque,
  Amplectens servat, protegit atque fovet.
Est tactu blandum, calidum nullique secundum,
  Frigora depellens, noxia longe fugans;

VIII 7 Vos *M*: Quos *V* furrugineum *MV* cucullum *scripsi*: capillum *MV*; cucullariorum s. Galli novissimum *Notker se dicit in dedicatione sequentiarum (Duemmler, Denkm. p. 224)* 8 capitare *V* 12 tran *MV*

IX 6 Excitet *M*[1] 8 thensauri *scripsi*: thesauri (es *in ras.*) *M* 13 labores *M*; *fort.* ut me ditare labores

8 *cf. Verg. Georg. IV 183* ferrugineos hyacinthos. 9 *sq. cf. Isid. orig. XII 7, 11.* 13 *i. e. si me sequi non vultis.*

IX 11 *Verg. Aen. IV 31.* 15 *sqq. Ekkeharti IV. Casus s. Galli cap. 3 (p. 14 sq. ed. Meyer de Knonau) bene confert Duemmler, neque vero* comites *ille recte 'discipulos' interpretari videtur; malim accipere magnates.* 25 nulli secundum *formula.*

Ceu clipeus firmus defendit et omnia munit,
  Omnia membra simul ornat honore suo.
Pellibus ex variis speciem presentat eandem
  Candidulam, nitidam, flore colore parem.
Nil fuscum monstrat, nil fulvum reddere novit;
  Hic specialis honor regibus esse solet.
Est nive candidius, pluma quoque mollius omni,
  Vestibus utilius, Serica texta spuens.
Tale quod anxius optavi votisque rogavi;
  Quod deus ad vestrum miserat hinc animum.
Quot lanis igitur candet pilisque redundat,
  Tot caeli cives te super astra ferant. Amen.

X.

Quot cęlum retinet stellas, quot terra lapillos, VERSICULI.
Quot saltus ramos, folia, aut quot pontus harenas,
Quot pluviae stillas, quot fundunt nubila guttas,
Quot fluvius pisces vel sunt quot in orbe volucres,
Quot flores prati vel quot sunt gramina campi,
Tot tibi prestantes det virtus trina salutes.

VII.

Nongentis pariterque novem labentibus annis
Ex illo, carnem quo sumpsit tempore Christus,
Filius Arnulfi regis cum sceptra teneret
Annis bissenis iuvenis Hludowicus herilis,
Mente humili pollens Salomon pietate redundans
Tertius a priscis et eodem nomine dictus,
Quos sibi pontifices legit Constantia dives,
Praesul et abba simul meritis electus opimis
Scriptores cauta varios indagine lustrat,
Hoc et psalterium docte collegit in unum,
Pandens lectori studioso mente sagaci
Auctorum sensus vario sermone secretos.
Pagina bis binis loquitur nam quaeque columnis,
Quae stilus Hebraico verissima fonte refundat,

---

31 novum *MV: corr. Wattenbach* 38 sup (*i. e.* super) *sic M*

X *etiam in cod. Monacensi lat. 14505 saec. XI extant sine varia lectione* (*inscr.* ad quendam amicum)

VII *ex cod. Bambergensi A I 14 fol. 10' sq. edd. Duemmler (Ostfr.*[1] *II p. 680 sqq.) et Hamann (Canticum Moysi, diss. Ienensis a. 1874, p. IX sq.); quorum consensum sequor. Versus 13—44 editi sunt iam in Hieronymi opp. ed. Vallarsius X 105—106 (= Migne 29, 122—124); de cod. Coloniensi VIII cf. Jaffé-Wattenbach, catal. p. 3. Ceterum hoc carmen anonymum (nam Salomonis III. ipsius non esse apparet) huc rettuli propter anni accuratam definitionem; similia si quae restant Sangallensia, Miscellaneis inseram.* 14 refundat *sic Bambergensis (teste Fr. Leitschuh)*

27 omnia *membra defendit et munit.* 35 tale quod: *'einen solchen'.*

X *cf.* IX *37 sq.; Muellenhoff-Scherer-Steinmeyer, Denkm.*[3] *II p. 153 et* Liersch, *Z. f. d. A. XXXVI p. 154.*

Hjeronimo haec reserante quidem sermone Latino;
Grecus et hic proprie sensus ac sermo patescit
Litterulis nostris nostroque caractere scriptus,
Quem tamen ex Greco versum sermone Latino,
Quam dixi supra, retinet quoque pagina scripta.
Ecclesia haec etiam iugiter Romana frequentat
Edicio communis et haec vulgataque fertur,
Ex quibus Hebraicae interpres linguae venerandus
Et reprobanda notat necnon retinenda figurat.
Sed tamen hac quarta translatio scripta columna
Est, quam praefatus bene Septuaginta secutus
Ex Greco in linguam transferre fideliter istam
Hjeronimus studuit totaque fide reseravit.
Hanc etiam populi psallunt orientis et isti,
Gallia quos genuit, quos et septentrio gignit.
Quadruplicem ergo, precor, caute nunc inspice, lector,
Psalterii formam vario sermone coactam,
Amplius et noli quovis paradigmate falli
Veridica ante oculos auctorum dogmata cernens.
Prima quidem supra folio descripta columna
Quae recitant Galli, retinet sermone fideli,
Horum Hjeronimo ceu dixi interprete fido:
Hac quicquid certe discordat ab editione
Hoc et ab Hebraico pariter distare memento.
Sed vulgata tenet minus et correcta secunda:
Haec et Romani psallunt Italique frequentant.
Tertia sed vere Hebraico translata magistro
Continet et nobis melius haec omnia pandit.
Ultima nam greco proprie sermone notata,
Quae minus ut dixi cum sint vulgata probamus.

VIII.

Salve festa dies, laudabilis atque beata,
  Qua deus in servum vidit ab arce suum.   Salve
Ecce redit princeps laudandus carmine nostro,
  Gaudia sint, populo quod redit ille suo.   Qua deus
Vive diu, princeps, post plurima prelia victor;
  Undique deficiunt, qui tua dampna petunt.   Salve
Virtutum meritis tua vita refulget honesta;
  Hinc te laude frui fecit in orbe deus.   Qua deus
Infula sincerum nunc ornet splendida vultum;
  Omnipotens, tibi laus detur abinde, deus.   Salve

---

19 *post* supra *distinxi (neque ante* supra *neque post dist. Bambergensis)*
VIII *ex codice Sangallensi 360 pag. 33 ed. Duemmler, St. Gallische Denkmale p. 221, quem sequor*

VIII *cf. prooem. p. 316.* 1 *cf. Fortunat. carm. III 9, 39 (= syllogae cod. Sangall. 381 carm. 5, 1)* salve festa dies, toto venerabilis aevo, qua deus infernum vicit et astra tenet.

Invidia magna correptus presul iniquus
  Invidet atque gemit, quod deus ista facit. Qua deus
Nequiter intendens te vincere, vincitur ille:
  Concidit in foveam, cuius et auctor erat. Salve
Defensus meritis, in honore manens, bone princeps,
  Digne susciperis; psallimus inde tibi. Qua deus
Nos tuus adventus condigne psallere cogit:
  Sit tibi pax, requies, sit benedicta dies. Salve

---

11 *Conradum I. post synodum Althemensem (cf. Duemmler, Ostfr.*[2] *III p. 607) a. 916 vel a. 917 iterum (v. 3 sq.* redit*) ad s. Gallum venisse ex hoc carmine concluserim; episcopi cuiusdam insidiae illustrantur actis illius synodi, cui qui intererant episcopi, se contra regem conspiraturos non esse iuraverunt;* plurima proelia *(v. 5) ad Erchengeri et Bertholdi seditionem pertinere possunt, quos tum ipsum a rege victos gaudet Salomonis III monachus, ut etiam multo postea Ekkehartus IV.* 14 *cf. prov. 26, 27.*

CARMINA POTATORIA.

Codex Vaticanus Christinae reginae 321[1] *(=V) post Prudentii carmina manu saec. X scripta (fol. 1—64) continet carmina quaedam potatoria aequali manu exarata. Quae ad s. Iuliani monasterium Brivatense pertinere intellexit Duemmler*[2]*, minus probabiliter Wilhelmum IV Caput-Stupae Aquitaniae ducem celebrari statuens. Ego, ut potius ad Wilhelmum I Pium referam, commoveor carta illius*[3]*, qua* anno quo mortuus est Odo rex Francorum *i. e. a. 898 una cum Ingelberga coniuge Brivatensi monasterio praedia quaedam donavit ea lege, ut sibi quotannis inde redderentur quini modii de annona et quini de vindemiis. Fertur etiam apud Brivatenses sepultus esse Wilhelmus quidam dux Aquitaniae*[4].

Carmina olim descripsit Bethmann; postea notaverunt Reifferscheid[5] *et Pabst*[6]*; quorum ex schedis a Wattenbachio*[7] *adiutus primus ea edidit Duemmler N. A. X p. 347 sqq., cum cuius editione codicem mihi mense Maio a. 1895 Romae diligenter contulit V. Krause b. m.; aliquot versus nunc denuo inspexit V. Cl. Schellhass.*

I. IN NATIVITATE SANCTAE MARIAE.

Exoritur hodie virga radicis Iessae,
Virtutum florem, mundi paritura parentem.
Tres certe, sother, Maria, baptista Iohannes,
Nature superant legem ratione parenti.
Quapropter horum solito cęlebratur origo,
Quod reliquis sanctis Romanus denegat usus.
Et quia tale decus hodie processit ab alvo,
Sumite nunc laeti presentis pocula musti.

II. IN FESTO SANCTI MICHAHELIS.

Quod Michahel idicos merito celebratur in arvis,
Insinuat Danihel apocalipsisque Iohannis.

---

2 paritura *bis V* 4 *fort.* patenti 6 sanctis *in mg. V* 7 alto *V: correxi coll. Fortun. II 16, 135* mors et origo simul misero processit ab alvo *et spur. 1, 27* qua, tamquam sponsus thalamo, procedit ab alvo || *inscr. v.* 9 IN F̄. SC̄I MICHAHEL *V, i. e.* MICHAHEL̄ 9 celebra sic *V*

Glossae. 9 idicos] specialiter

1) *Cf. Prudentii carmina ed. Dressel p. XLVI; Reifferscheid, bibl. patr. lat. Ital. I p. 395 sqq.* 2) *N. A. X p. 347.* 3) *Bouquet, Recueil des historiens des Gaules et de la France IX p. 708 sq.* 4) *Cf. M. Bescherelle, grand dictionnaire de géographie universelle I p. 763*c. 5) *Bibl. patr. lat. Ital. I p. 398.* 6) *N. A. II p. 41. 628.* 7) *Qui quod v. 46 addidit* que, *in codice esse testatur Krause.*

1 *cf. Salzer, Sinnbilder und Beiworte Mariens p. 30 sq. (Isai. 11, 1).* 2 *cf. Sedul. II 40* gaudetque suum paritura parentem *(Maria).* 10 *cf. Dan. 10, 13; apocal. 12, 7.*

Utimur et stathmo terris taumasticos acto,
Quod talem cultum sibimet sacraverit ipse.
Nec minus est Raphahel nobis recolendus, et ille
Quem Iesus matri proprium statuit paranymphum.
Hos aliosque poli cives pie convenerantes
Legibus humanis potus haurite salubres.

III. IN ASSUMPTIONE SANCTAE MARIAE.

Traditur hoc festum reverentius esse dierum,
Terrigenis sanctis totus quos dedicat annus.
Christotocos etenim hodie caelestia scandens
Creditur angelicis vere prelata choreis.
Et merito, quoniam regem generavit eorum,
Pistis ut alma tenet, verum hominemque deumque.
Taliter instructi, laudes utriusque canentes
Laetitiae nostrae clarum subdamus oenum.

IV. IN NATALI INNOCENTUM.

Innocuos Christi testes nondumque loquentes,
Quos furor Herodis Bethleis stravit in horis,
En potior Bethleem toto veneratur in orbe.
Hi domino terris nato nascuntur olympo,
Proque dei verbo subeunt mortem sine verbo,
Huius et ignari vitae donantur eona.
Vos horum memores Christo persolvite grates
Inter et haec agathon solito potate Falernum.

V. IN PASCHA.

Emicat ecce dies toto festivior anno,
Quae zabuli, mortis, herebi mundique subactrix
Prima resurgentem nostrum conspexit Iesum,
Prima genus hominum proprium revocavit ad ortum.
Laudibus ergo piis Christo cantemus honorem,
Deque suis donis iuste laetemur in ipso.
Inde duci claro felicia reg⟨mi⟩na Christo
Poscentes eius placito hilarascite Bacco.

---

13 Raphahel *scripsi:* Gabrihel *V; cf. glossas* 22 hominumque *V: corr. Bethmann* || *inscr. v.* 25 IN NAT̄ *(item inscr. v. 57. 65, at in inscr. v. 1* NATIV̄*)* INNOCENTUM *sic V* || 30 vitae vita *V; cf. glossas* 39 dulci *V: corr. Duemmler* regna *V: corr. Duemmler* 40 hilarescite *Duemmler, fort. recte*

Glossae. 11 stathmo] auctoritate taumasticos] mirabiliter 13 ⟨ille] Gabrihel⟩ *addidi; cf. appar. v. 13. 30 et adn. v. 14* 14 statuit] constituit 22 pistis] fides 24 oenum] vinum 27 potior] melior, quam ille Bethleem] sancta ecclesia 28 Olympo] caelo 29 subeunt] sustinent verbo] loquela 30 ⟨eona] vita aeterna⟩ *addidi; cf. appar.* 31 grates] laudes 32 agathon] bonum

11 *auctoritate, cum id facimus, utimur dracone ad arva deiecto (apocal. 12, 9).* 14 *cf. [Fortun.] spur. 1, 325* angelus .. paranymphus. 24 oenum *trisyllabum.* 26 *cf. Sedul. II 73* Bethleis ... in oris. 29 sine verbo *i. e. infantes (cf. v. 25).* 31 *cf. v. 63 et Verg. Aen. I 600* grates persolvere dignas. 33 *cf. Fortun. VIII 2, 1* emicat ecce dies. 37 *cf. Sedul. hymn. 1, 1* cantemus, socii, domino cantemus honorem.

VI. IN ASCENSA DOMINI.

Scandere quod possit carnis substantia caelum,
Indicat ista dies omni celeberrima mundo.
Hac siquidem Iesus hominem super astra levavit
Virgine conceptum, passum tumuloque sepultum.
Nos caput hoc nostrum tamquam sua membra sequentes,
Iudicis ad reditum mentesque manusque paremus.
Principis interea iussis parendo libenter
Amineum vobis solito potate liquorem.

VII. IN PENTECOSTEN.

Quos Babylone reos alogia fecerat olim,
Hos Solimis iustos hodie theosebia fecit.
Illud yperefanes meruit, quae mergitur orco;
Hoc humilis ypacon, quae sublimatur Olympo.
Innumeris tulerat physicam tunc illa loquelam;
Collegio certo linguas haec contulit omnes.
Nos humiles clari coetus exempla sequentes
Vitea dona dei sancto sumamus amore.

VIII. IN NATALI SANCTI PETRI ET PAULI.

Claviger aethereus Simon cognomine Petrus,
Saulus et a Paulo dictus proconsule Paulus
Laetitiam vobis cumulent sine fine beatam.
Peccati maculis lotos vinclisque solutos,
Ostibus invictos, omni bonitate repletos,
Tempore iudicii donent conscendere caelos.
Nunc horum memores, regem regumque canentes,
Principis ex voto curam prebete lieo.

IX. IN NATALI SANCTI IOHANNIS BAPTISTAE.

Leta dies prothobaptiste resplendet in orbe,
Eius ab exortu toto mirabilis aevo.
Pneumate nam sancto plenus genitricis in alvo
In Mariae thalamo clausum cognovit Iesum.
Mox natus solvit mute retinacula linguae,
Iamiam se vocem verbi testando potentem.

|| *inscr. v.* 41 IN ASCENSA D̄NI *sic V; cf. Du Cange* (de ascensa domini *e. g. etiam in cod. Sangall. 381 sequentiarum Notkeri pag. 414*) || 42 ceberrima *V* 43 siquid *V* (*pro* siquid) 45 sua *sic V* 46 mentesque *sic V* 49 babyloniae *V: corr. Wattenbach* asogia *V: correxi* 58 Saulus *scripsi*: Pauli *V (poeta synaloepham vitavit)* 60 solutis *V*¹ 70 Iam tam *V: corr. Duemmler*

Glossae. 49 † asogia] impietas 50 theosebia] dei cultus 51 yperefanes] superbia 52 ypacon] obedientia 53 physicam] naturalem illa] superbia 54 haec] obedientia 67 pneumate] spiritu 68 thalamo] utero 70 verbi] Christi

45 *cf. e. g. Paul. ad Eph. 4, 15 sq.* 48 *cf. gloss. ad Abbonem III 82.* 93 amineum: vinum album. 57 *cf. Arator. I 899* claviger aethereus *et paulo post v. 69 cf. Arator. I 896 sqq.* qui solvere nosti, excute, Petre, meae, retinacula tarda loquelae deque tuis epulis exhaustae porrige linguae. 67 *cf. Luc. 1, 44.*

Hic quia gaudificat proprium natale quotannis,
Testentur vestrum Bacheia munera festum.

X. IN MEMORIA SANCTI SYRENEI.

Optineat meritis in arce Syreneus almus,
Gratia quo Christi cunctis vos protegat horis.
Hereat huius amor vestris pectoribus, hortor,
Cuius in hac patria splendent solamina clara.
Ipse suis precibus solvat peccamina vestra,
Corporis et mentis saevos dimoveat hostes,
Virtutes tribuat, felicia tempora prestet,
Impetret atque poli regnum sine fine beatum.

XI. IN LOCO SANCTI IULIANI.

Ferte deo claras claro pro martyre laudes,
Auxilio cuius gaudet Aquitanica tellus.
Personat en nobis Iuliani dulce vocamen:
Existat nobis eius imitatio dulcis.
Et quia vos Christus tanto ditavit honore,
Sumite Leneos ⟨hos⟩ eius amore liquores.
Plane sacris precibus sanctum pulsemus eundem,
Quo pie presentem foveat arconta Wilelmum.

XII. IN LAUDEM WILELMI COMITIS.

Inclite tu princeps, nativo germine preses,
Primus amore tui formam prebeto bibendi.
Vos, fidi proceres circumpositique fideles,
Principis exemplo vos exhilarate Falerno.
Cui rex summipotens claros ita prosperet actus,
Praevaleat cunctis qui sunt ⟨ut⟩ ubique duellis.
Sic illum vobis, sic vos coniungat et illi,
Quo pariter summos capiatis in aethra triumphos.
Theotocos kai partonos cosmi basilissa
Ypsyleon, arkos, si sit katfige per eon.
Illa creatori proprio de genere nato
Teque Wilelme datamque commendet alocon.

---

76 splendeat *V: corr. Bethmann* 86 hos *addidi (*nunc *add. Wattenbach)* 94 ut *add. Wattenbach; i. e. ut cunctis, qui ubique sunt, hostibus praevaleat* 97 *sq. latinis litteris ab ipso poeta scriptos esse discimus ex forma hybrida* cosmi *et ex latina* sit partonos *sic V* 98 *fort.* katafige 100 datamque ⟨tibi⟩ *Duemmler; uxoris nomen latere non potest, si recte in praef. versus ad Wilhelmum I Aquitaniae comitem Ingelbergae maritum rettuli.*

Glossae. 71 quotannis] omnibus annis 89 preses] comes 96 aethra] caelo[s] *(correxi; de ablativo primae declinationis correpto cf. Traube, Karol. Dicht. p. 28[1])* 97 theotocos] dei genitrix ⟨kai] et⟩ *addidi* partonos] virgo cosmi] mundi basilissa] regina 98 ypsyleon] excelsum arkos] princeps si sit] tibi sit katfige] refugium per eon] per secla *(sic V)* 100 alocon] uxorem

86 *cf. v. 56 et Duemmleri adn. 1 ad Liudprandum[2] p. 131.*

GESTA BERENGARII IMPERATORIS.

Codicem saec. XI[1] scriptum, qui unus hoc carmen servavit, a. 1478 cum multis aliis libris P. Montagnana Patavinus 'canonicis regularibus Lateranensibus in monasterio divi Ioannis baptistae de Viridaria Paduae agentibus' donavit. Librum a. 1639 a Ph. Thomasino in bibl. Patav. mscr. p. 28 commemoratum Ioh. Rhodius in usum L. Holstenii descripsit, N. Heinsius inspexit; et commemoraverunt carmen ineditum in Scribonii Largi Claudianique editionibus. Heinsii notis incitatus Hadr. Valesius, ne 'carmen si non elegantia, certe vetustate venerandum et dignum, quod ederetur atque ab historiae studiosis evolveretur' diutius iaceret ineditum, codicem per L. Langermannum describendum curavit; apographon accepit ineunte a. 1654. Novem annis post carmen edidit commentario amplo et docto instructum; glossas omisit, quas nescio num Langermannus descripserit. Valesii editionem, quam ipse non vidi, repetiverunt Leibnitius SS. rer. Brunsvic. I p. 235 sqq., Muratorius SS. rer. Ital. II 1 p. 371 sqq., Bouquetus Recueil des historiens des Gaules et de la France VIII p. 103 sqq.

Interea sublati monasterii s. Iohannis codices Venetiam translati sunt in bibliothecam s. Marci; Gesta Berengarii (class. XII cod. 45) notavit et contulit I. Morellius in bibl. mscr. I p. 363 sqq., qui glossas selectas adiecit. Pertzius a. 1841 in recognitione carminis (SS. IV p. 189 sqq.) codicem non adhibuit, etsi eum a. 1821 Venetiis viderat. Denique ad codicem bis collatum carmen et omnes tum primum glossas a. 1871 edidit inter belli turbas E. Duemmler. Mihi codicem ad Duemmleri librum a. 1895 denuo contulit Em. Schaus; unde e. g. pauca verba a Duemmlero praetermissa (gl. I 136) in nova editione iam addere mihi licuit. In emendando paulo plus ausus sum, cum codicis corruptissimi lectiones sine audacia quadam corrigi nequeant; neque vero recepi nisi eas coniecturas, quae certae videbantur. Hic illic ex antiquorum scriptorum editionibus, Servii Thiloniana, Martiani Capellae Eyssenhardtiana, Pauli diaconi Thewrewkiana (gl. I 62) traditam lectionem defendi posse didici. Usus etiam sum Bernheimii coniecturis ad glossas paucis, sed bonis. Denique his ipsis diebus ad apparatus mei plagulas bono cum fructu iterum codicem inspexit O. Cartellieri.

Poetae nomen ignoramus. Monachum eum non fuisse ex tota carminis indole recte conclusit Bernheim[2]; ludimagistrum prodere videntur extrema verba IV 204: nolim enim ibi poetas iuvenes intellegere, sed discipulos ad Berengarii gesta melius celebranda incitatos. Carmen non procedens ultra a. 915, quo anno Berengarius coronam imperii accepit, intra eum annum et a. 924, quo diem ille obiit, scriptum est[3]. Dubitari potest de inscriptione:

1) *Folium praefixum et folium extremum, in quibus leguntur inscriptio et IV v. 163 sqq., scripsit manus saec. XV.* 2) *Cf. etiam prol. v. 17.* 3) *Memoria lapsus est A. Stiglmayr, cum carmen certo ante a. 900 compositum esse dixit ('eine alte Regensburger Hs. des sogen. Homerus latinus', Prag 1895, p. 52).*

quam in fol. 1 manus saec. XV, quae etiam v. 163 sqq. libri quarti supplevit, ita exaravit Gesta Berengarii imperatoris. *Quam formam exemplis 'Gestorum Oddonis' ab Hrotsvitha scriptorum et 'Gestorum Heinrici imperatoris' defendit Duemmler; sed illius carminis titulum in Monacensi codice addidit Celtes, huius codicem non habemus a. 1500 antiquiorem. Quamobrem fidem habendam censeo inscriptioni primi libri manu prima exaratae* ΑΡΧΕΤΑΙ ΤΟ ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΟΝ ΒΕΡΕΝΓΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΑΝΙΚΗΤΟΥ ΚΑΙϹΑΡΟϹ, *unde verti poterat* panegyricus Berengarii invicti *(vel* invictissimi*)* Caesaris. *Nolui vero inscriptionem inutiliter mutare.*

Glossas ab ipso poeta additas esse Valesius coniecit (e. g. p. 408. 409. 411 ed. Muratorianae), Abbonis praesertim usus exemplo. Assenserant omnes usque ad Pertzium et Duemmlerum, atque etiam Scheffer-Boichorst[1]*; sed oblocutis Wattenbachio*[2] *et Pannenborgio*[3] *postea concessit Duemmler*[4] *glossatorem poetae aequalem fuisse, eandemque sententiam ampla commentatione defendit Bernheim*[5]*. Valesio adstipulantur L. Traube*[6] *et M. Manitius*[7]*. Ut meam proponam sententiam, certum videtur bonam partem glossarum, eas sc. quae ad historiam pertinent vel verbum verbo interpretantur, in eo iam exemplari fuisse, quod poeta Berengario misit. Accesserunt postea glossae ampliores ad usum discipulorum ex Servio excerptae eaeque notae, quibus exempla veterum poetarum aperiuntur: sed ipse poeta aut omnes locos expressos addidisset aut omnino exemplis proferendis abstinuisset; tantam autem partem glossarum ad imitationem pertinentium periisse non est simile veri. Poeta ipse Vergilii carmina, Pindari Thebani Iliada latinam*[8]*, Statii Thebaida compilavit, novit etiam Iuvenalis satiras, Prudentii apotheosin, Sedulii carmen paschale; glossator praeter Vergilium et Statium usus est Servii commentariis Vergilianis, Isidori etymologiis*[9]*, Prisciani institutionibus, Maximi Victorini libello de ratione metrorum, Fulgentii mythologiis*[10]*, scholiis in Lucanum, Lactantii Placidi scholiis Statianis*[11]*, Pauli epitome Festi: Terentium Ciceronem Horatium Iuvenalem non ipse legit, sed quae ex eorum operibus affert, grammaticis suis debet. Sidonii Apollinaris versus unde uterque noverit, nescio: carmina ipsa eis nota fuisse neque affirmare ausim neque negare; hoc moneo, unum versiculum Apollinaris occurrere apud Eugenium Vulgarium*[12]*.*

---

1) *H. v. Sybel, H. Z. XXVI p. 484.* 2) *Heidelberger Jahrb. d. Litt. XLIV p. 357.* 3) *Götting. G. A. 1871 II p. 1769.* 4) *'Anselm der Peripatetiker', Leipzig 1872, p. 107.* 5) *Forsch. z. d. G. XIV p. 138 sqq.* 6) *N. A. XVIII p. 103.* 7) *Analekten zur Gesch. des Horaz im Ma. (Göttingen 1893) p. 40; sed cf. adn. ad gl. II 132.* 8) *Duemmler, F. z. d. G. XIII p. 415 sqq.* 9) *Non semper satis diiudicari potest, utrum Servio an Isidoro utatur.* 10) *Fulgentii sui plagulas utendas mihi concessit V. Cl. Rudolfus Helm.* 11) *Lactantii scholiis usus non est nisi Statii exemplo laudato.* 12) *In epistula ad Sergium (nostrae syllogae infra exhibendae cap. 6) p. 144 D.* ecce enim angulus meus mihi placet paupertinusque recessus; *cf. Sidonii Apollinaris epist. VII 17, 21* angulus iste placet paupertinusque recessus.

ΑΡΧΕΤΑΙ ΠΡΟΛΟΓΟϹ.

'Non hederam sperare vales laurumve, libelle,
Quę largita suis tempora prisca viris.

Glossae. ΑΡΧΕΤΑΙ ΠΡΟΛΟΓΟϹ] H.............. nam et ipsi vult ......; notandum est hoc proemium dialogum esse; quippe auctor alloquitur suum opus et e contrario facit illud sibi respondere. 1 sperare] proprie dictum; nam speramus bona. 2 quę] sc. dona largita] sc. sunt prisca] antiqua.

Ex primis duobus glossarum versibus exhibui quae legerat Duemmler; nec plura legit Schaus quippe auctor *sic V, ut vid. Schausio; coniunxi cum sequentibus* faciet *V*

1 *Serv. Aen. I 543 p. 167, 2.*

Contulit hęc magno labyrinthea fabula Homero
  Aeneisque tibi, docte poeta Maro.
Atria tunc divum resonabant carmine vatum:
  Respuet en musam quęque proseucha tuam;
Pierio flagrabat eis sed munere sanguis:
  Prosequitur gressum nulla Thalia tuum.
Hinc metuo rapidas ex te nigrescere flammas,
  Auribus ut nitidis vilia verba dabis'.
'Quid vanis totiens agitas hęc tempora dictis,
  Carmina quae profers si igne voranda times?
Desine; nunc etenim nullus tua carmina curat:
  Haec faciunt urbi, hęc quoque rure viri.
Quid tibi preterea duros tolerasse labores
  Profuit ac longas accelerasse vias?
Endromidos te cura magis victusque fatigat:
  Hinc fugito nugas, quas memorare paras'.
'Irrita sępe mihi cumulas quę murmura, codex,
  Non poterunt votis addere claustra meis.
Seria cuncta cadant, opto, et labor omnis abesto,
  Dum capiti summo xenia parva dabo.
Nonne vides, tacitis abeant ut sęcla triumphis,
  Quos agitat toto orbe colendus homo?

PROLOGUS 6 *fort.* respuit, *ut v. 8* prosequitur.

PROLOGUS 11 h. t. *i. e. unsere Zeit.* 17 magis *sc. quam antea, cum carmina non meditabaris.*

Glossae. 3 hęc] sc. dona 'labyrinthea fabula' dicitur obscuritatibus involuta; nam labyrinthus subterranea domus fuit, quam Dedalus construxit, de qua nullus egredi poterat, nisi vestigia sua rege⟨re⟩t filo; unde Virgilius ⟨*Aen. VI, 27*⟩ 'hic labor ille domus et inextricabilis error' 4 Aeneis] femininum patronomicum, i. e. fabula de Enea tibi] sc. contulit haec 5 divum] imperatorum 6 musam] carmen proseucha] ΠΡΟΣ-ΕΥΧΕΣ⟨ΘΑΙ⟩ dicitur grece orare; hinc greco nomine proseucha dicitur casula paupęris, videlicet cappanna, in qua residens pauper in quadruvio vel in publico loco petebat stipem tuam] libelle 7 Pierio] musico eis] poetis 8 nulla Thalia] nulla musa; proprium pro appellativo posuit. Thalia autem dicitur quasi titonlia i. e. ponens germina 9 hinc] propter hoc, quia nulla ⟨Th⟩alia subsequitur te flammas] i. e. incenderis statim ut viderint te docti ⟨*v. 10*⟩; 'nigrescere' autem flammas dicit propter fumum 10 nitidis] doctis, a stultitia purgatis dabis] proferes 11 agitas] ventilas 12 voranda] devoranda 14 haec] i. e. carmina urbi] pro 'in urbe'; anteptosis est rure] pro 'in rure' 15 'duros labores' dicit eos, quos in eundo et redeundo in Gallia sustineret 16 'longas vias' eum 'accelerasse' dicit propter citam reversionem. 17 endromidos] grecus genitivus. endromis vestis est villosa hiemalis, gravis et fortis nature; qua contra frigus induebant. est autem species pro genere; nam pro omni indumento hoc loco ponitur victusque] cibi sollicitat 18 hinc] idcirco nugas] vanitates 19 irrita] vana cumulas] aggeras 20 votis] desideriis 21 seria] necessitates abesto] absit 22 capiti summo] imperatori xenia] dona vel munera 23 tacitis] indictis abeant] pretereant 24 agitat] frequenter agit

---

3 l. f.] reget *V* domos *V* 4 Aen.] patronomicum *sic V; cf. glossas I 87 (cum app.) II 78* 6 p.] proseuches *V* 8 tot°atilia *V: correxi ex Fulgent. myth. I 15 p. 26, 8 ed. Helm* quarta Talia i. e. capacitas, velut si dicatur tithonlia (*v. l.* tithonlya, tythonlya, tythonlia) i. e. ponens germina 9 h.] alia *V: corr. Bernheim* fl.] autem *bis V* 14 u.] antiptosis *Duemmler, sed in figuris laudandis graecarum formarum parum peritum interdum se praebet glossator* 17 e.] nam *et* ħ (*i. e.* hoc) *dispicere sibi visus est Schaus;* loco *macula oblitteratum suppl. Duemmler*

3 l. f.] *Verg. Aen. VI 27—30.* 6 *schol. Iuven. III 296.* 8 *cf. app. gl.* 17 v.] *Serv. Aen. I 214 p. 82, 19.*

Tu licet exustus vacuas solvaris in auras,
Pars melior summi scribet amore viri.
Supplice sed voto Christum rogitemus ovantes,
Quo faveat coeptis patris ab arce meis.
Haud moveor plausu populi vel munere circi:
Sat mihi pauca viri ponere facta pii.
Christe, poli convexa pio qui numine torques,
Da, queat ut famulus farier apta tuus!'

ΔΡΧΕΤΔΙ ΤΟ ΠΔΝΗΓΥΡΙΚΟΝ ΒΕΡΕΝΓΔΡΙΟΥ ΤΟΥ ΔΝΙΚΗΤΟΥ ΚΔΙCΔΡΟC.

Grȩcia quȩsitis cecinit si regna loquelis,
Moribus insulsos et relligione tirannos
Tolleret ut quosdam immerito super astra beandos,
Quos Lachesis nigro satius damnavit Averno;
Roma suos vario vexit si figmine post haec
Augnstos ad tecta poli radiata perenni
Vibratu, simul hos Stigio sorbente baratro:
Induperatorem pigeat laudare nitentem
Christicolas (quid enim?) cȩlum reserantibus undis,
Quodque replet domini mundum spiramine totum?

I 2 tyrannos V^2 6 *distinxi ex glossa v. 7* vibratu] splendore; *et sic V* 9 quid enim? *parenthesis (sc. pigeat)*

25 *Aen. XII 592 et Ovid. ex Ponto II 11, 7.* 27 *Aen. VIII 61.* 31 *Aen. IV 269.*

I 8 *sqq. (num) pigeat christianos, laudare imperatorem nitentem undis (baptismi) caelum reserantibus, et (laudare,) quod (imperator) per domini inspirationem totum mundum replet?*

Glossae. 25 licet] i. e. quamvis vacuas] proprium epiteton aurarum 26 melior] doctior; i. e. cum viderint docti tanto honeri me imparem, amore pii imperatoris scribere incipient. 29 haud moveor plausu] non delector favore circi] amphiteatri; quasi diceret 'non scribo cupiditate fame, sicut antiqui faciebant' 30 viri pii] i. e. Berengarii 'ponere' i. e. scribere; Horatius ⟨*epp. II 3, 120*⟩: 'scriptor honoratum si forte reponis Achillem'; Iuvenalis ⟨*sat. 1, 1*⟩: 'semper ego auditor tantum? nunquamne reponam?' 31 Christe] invocatio est convexa] curva 32 apta] digna rege

I. Panigiricum est licentiosum et lasciviosum genus dicendi in laudibus regum; hoc genus dicendi a Grecis exortum est. 1 paradicma est hortantis quȩsitis] exquisitis, compositis 2 moribus] abitu relligione] cultu 4 Lachesis] una ex Fatis; interpretatur autem 'Lachesis' sors satius] rectius vel melius Avernus lacus est Campaniȩ, cuius gravissimus odor non patitur aves supervolare; ponitur autem pro inferno. declinatur autem Avernus Averna, ut Tartarus Tartara 5 figmine] figmento, mendacio 7 vibratu] splendore Stix palus est inferni. stix in nostro eloquio merorem significat; nam Stix dicitur ΔΠΟ ΤΟΥ CΤΥΓΕΡΟΥ i. e. a tristitia baratrum est fovea inmense altitudinis, que pro inferno ponitur 8 induperatorem] epenthesis est; apponitur enim 'du' syllaba causa metri 'pigeat' bene de futuro dixit, quod, quamvis una sit significatio inter 'pudet' et 'piget', tamen 'pudet' de preterito, 'piget' dicimus de futuro nitentem] splendentem 9 undis] de aquis baptismi dicit

---

I 7 St.] memororem *V* 8 p.] quod *sic per comp. V* tamen midet (*'vel potius* inidet'. *Cartellieri) V*

30 p.] *Acro ad Hor. l. l.* 31 conv.] *Serv. Aen. I 310 p. 113, 14.*

I. Panig.] *excerpsit Isidor. or. VI 8, 7.* 4 L.] *Fulg. myth. I 8 p. 21, 9 H.* A.] *coniunxit Serv. Aen. III 442 p. 442, 13 cum eius compilatore Isid. or. XIII 19, 8.* 5 St.] *Serv. Aen. VI 134 p. 29, 16. 21.* 7 b.] *Serv. Aen. III 421 p. 418, 5 vel Isid. or. XIV 9, 5.* 8 p.] *Serv. Aen. IV 336 p. 523, 24.*

Ergo Berengarium genesi factisque legendum
Rite canam, frenare dedit cui celsa potestas
Italię populos bello glebaque superbos,
Stirpe recenseta — generis quo stemmate pollet,
Scire vacat; nam cuncta nequit mea ferre Thalia.
Francigenam fateor Karolum pręnomine Magnum,
Quem tellus axi tremuit subiecta rigenti,
Quamque petens linquensque luit Sol aureus undas,
Et quam torret equis totiens invectus anhelis.
Prodit avis atavisque illo de sanguine rector
Ausonię; Karoli sed enim nutritus alumni
Rite sub imperio, simili qui nomine Romam
Postremus Francis regnando coegit habenis.
Ille virum cernens belli sub imagine laetum
Et ratione pium regnique beamine dignum,
Egregii fidum lateris delegit amicum
Fascibus imperiique aptum, si bella, ministrum,
Forte ruunt; Italus princeps exercitus armis
Pręduros Martis didicit sic ferre labores.
Venerat ecce dies, primi cum fata parentis

---

14 *distinxi ex glossa v. 15* recenseta *cf. Prud. apoth. 1000 et ecb. capt. 665* 28 Fonte *V*

12 *cf. 250 sq.* 14 *cf. app.* 19 *Verg. Georg. I 250 (= Aen. V 739)* equos anhelos *Soli orienti tribuit, cum hic poeta meridiem significet.*

Glossae. 11 genesi] natura legendum] canendum et laudandum 12 canam] cano quod significationes habeat notum est, sed hic 'laudabo' significat frenare] regere et continere celsa potestas] deus 13 gleba] divitiis superbos] nobiles 14 st. rec.] s.. per d....; alia 'recensita' legunt, sed *Priscianus* neutrum stema proprie significat filum, quo capita sacerdotum circumligabantur; aliquando ponitur pro corona, aliquando etiam pro genialogia sicut hoc loco, eo quod per successiones et propagationes in se reducatur velud circulus p.] viget 15 sc. v.] sc. si ferre] referre; aferesis est 16 Karolum Magnum vult significare; quod enim quidam ab Enea dicunt illum ducere originem, falsum est, cum Franci potius ab ...... descend....... 17 septentrionalem plagam significat axi] axis dicitur proprie intellectualis linea a polo usque ad polum 18 orientem dicit et occidentem luit] purgat, unde et lumen dicitur, quod tenebras luat 19 torret] perurit; aequinoctialis zona monstratur equis] de equis Solis falsum est; tamen si quis altius consideraverit, per IIIIor equos Solis quattuor eius mutationes in die intelliguntur; hoc enim interpretatio nominum equorum eius indicat anhelis] fatigabundis 21 Karoli] Karolum ultimum significat, quo mortuo sceptrum Italię Berengarius suscepit alumni] alumnus est, qui nutrit et qui nutritur; sed in significatione hac, cum pro nutritore ponitur, grecę trophimos vocatur neque in alia significatione invenitur 22 simili] pro 'eodem' 23 Francis] Franci a quodam proprio duce vocari putantur; alii existimant eos a feritate morum vocatos 24 ille virum] Karolus Berengarium belli sub imagine] i. e. officio militari 28 Italus princeps] qui nunc est exercitus] pro 'exercitatus'; est autem sincope. nam differentia est inter 'exercitum' et 'exercitatum': 'exercitatus' siquidem significat peritum, 'exercitus' vero fatigatum. sic Servio placet *(Aen. III 182 p. 376, 8)*, Prisciano aliter. 30 primi parentis] Ade

---

12 c.] quod *aut cum Duemmlero interpretandum* 'quot' *aut* quod (plures) *legendum* 14 st. r.] alii *Duemmler* pris .... utrum *V ceteris oblitteratis; suppl. Bernheim coll. G. L. II 492, 17* 16 descend *legit Schaus, cetera incerta esse, neque vero Aeneae nomen extitisse; cf. gloss. I 23.* 18 e.] dictum est falsum est *V*[1] 19 t.] *fort.* equinoctialis e.] intelligitur *V* 21 K.] sceptrum *V* 24 b. s. i.] id est *scripsi:* ł *V* (= vel)

12 c.] *Serv. Aen. I 1 p. 6, 20.* 16 *Aethicum (p. 77 W.) vel librum historiae Francorum (SS. rer. Merow. II p. 241 sqq.) dicere videtur; de Francorum origine Troiana cf. Dippe (progr. Wandsbeck a. 1896) et Birt (Rh. M. LI p. 506 sqq.).* 18 l.] *Prisc. inst. IV 16 p. 126, 10.* 19 e.] *Fulg. myth. I 11 p. 638.* 21 a.] *Serv. Aen. XI 33 p. 481, 17; cf. gl. II 154 et III 229; errasse glossatorem non evicit Bernheim.* 23 *Isid. or. IX 2, 101; cf. gl. IV 22.*

Posceret atra Lues regem, totosque per artus
Febris iit. Moriens primos compellat amicos.
Ultima Brengario referunt dixisse propinquo:
'Subdere colla tibi merito deberet eous
Et licet occiduas cernit quos mersus in undas
Phoebus, uterque etiam mundi quos despicit axis:
Attamen Hesperię proceres pro viribus ardent
Rite subesse tibi, tanto quia digna labore
Cuncta geris. Penes imperii te gloria nostri,
Atque tuis stabit Romana potentia fatis!'
Haec fans aetherias ductor concessit in auras,
Supremumque gemens regnorum liquit habenas.
  Ille quidem sic astra subit; miseranda cupido
Sed populos pervasit agens, qui limite lato
Unius imperio soliti concurrere, plures
Ut mirentur abhinc diversa per arva tirannos,
Et sibi quęque legat proprium gens. Omnibus idem
Dum perstaret amor, raperet ne gaudia Rhenus

---

31 Lues *et in gl.* Mors *scripsi* 47 *sq. distinxi (coniunge* ne, o. i. d. p. a., raperet *sqq.); cum conformatione metrica cf. II 95 (II 273, IV 11 praecedit dactylus)*

32 *sqq. Duemmler p. 14 sq.* 34 *sqq. 'licet tibi colla subdere (Venant. Fort. III 30, 7) deberet orientalis populus et ii, quos Sol cernit, cum in undas occiduas mergitur' etc.* 42 *Aen. XI 865.*

Glossae. 31 Lues] Mors ordo est: 'cum atra Lues posceret regem fata primi parentis'; nam 'posco te illam rem' dicimus. 32 febris a fervore dicitur, apud antiquos autem 'hebris' dicebatur, nam in multis pro aspiratione 's' vel 'f' ponimus primos] principes vel precipuos 33 referunt] dicunt quidam dixisse] scilicet illum, Karolum scilicet 34 merito] iuste eous] orientalis populus. ordo est: licet merito deberet eous 35 et hic quattuor mundi climata memorantur ac per hoc omnes populi terrarum. mersus] dicebant gentiles poete solem cotidie in aquas oceani mergi, quod quamvis fictum sit, tamen ratione non caret. nam dicunt sapientes sidera aquis pasci, et ideo post pluvias clarius nitent 36 Phoebus] novus interpretatur, eo quod cotidie quasi novus videtur in ortu uterque] septentrionalis et australis despicit] deorsum aspicit 37 Hesperię] Hesperia ab Hespero stella dicitur, quia Greci in Italiam per aspectum huius stellę navigant. dicitur etiam Hispania Hesperia; sed necesse est si(c) hanc significare, ut 'ultimam' dicas proceres] proceres dicuntur proprie mutuli trabium qui prominent in edificiis; hinc tractum est, ut maiores civitatis vel regni 'proceres' dicantur, eo quod ceteris prominent pro viribus] secundum vires ardent] nimium cupiunt 38 digna] apta et congrua 39 penes] sc. ergo 41 concessit] transivit 42 supremum] nomen pro adverbio, pro 'supreme' 43 sic] i. e. tali morte subit secundum naturam accusativo iungitur, nam ut dativo iungatur figuratum est, sicut Virgilius 'iuuxit muroque subibant' (*Aen. IX 371*) 44 agens] stimulans, sc. illos 46 abhinc] deinde tirannos] reges. sensus est: miseranda cupido pervasit populos, ut non diversis regnis parerent uni regi, sicut antea, sed unaqueque gens eligeret suum. 'tirannos' pro regibus grecę dictum; nam apud eos [qui] tiranni et regi(s) nulla discretio est, licet apud nos incubator imperii tirannus dicatur. Greci enim fortes reges tirannos vocant, nam 'tiros' fortis dicitur.

---

33 r.] dicitur *V* silicet *V* 35 dicebant *sqq. huc revocavi a v. 36* 36 m.] ooceani *V (pro occeani?)* dicitur sapientes *V* 37 H.] ataliā *V* dicuntur etiam *V* si *V: correxi;* si hanc significare (vis) *Duemmler* 43 sic] talis *V* subit] *malim* cum dativo iungitur 46 t.] qui *del. Duemmler Servium secutus (Aen. VII 266 p. 147, 5)* regi *V*

32 f.] *Serv. Aen. VII 695 p. 183, 19.* 36 Ph.] *cf. Isid. or. VIII 11, 54, quo ipso hic usum esse glossatorem negat Bernheim.* 37 H.] *Serv. Aen. I 530 p. 162, 23 vel Isid. or. XIV 4, 19.* p.] *Isid. or. IX 4, 17; ubi tamen pro* mutuli *nomine synonyma* capita trabium *dicuntur.* 43 subit] *Serv. Aen. IV 598 p. 568, 12; ubi etiam Vergilii versus laudatur.* 46 t.] *Serv. Aen. VII 266 p. 147, 5 vel Isid. or. IX 3, 19 sq.*

Aut Araris spectata diu, glomerantur in unum
Ausonii proceres ac talia nuncia regi
Ire iubent: 'Hęc terra satis terraeque coloni
Fluminaque antiquos subterlabentia muros
Nota tibi. Nec te revocet fera Gallia, digno
Quin potiare solo, trux aut Germania; quando
Sceptrigeri hoc potius dudum coluere propinqui
Et genitor cunctis dilexit carius arvis.'
His motus gressum precibus contendit ad urbem
Irriguam cursim Ticini abeuntibus undis.
Sustulit hic postquam regale insigne coronam,
Non alias raptim cupidus pervadere terras,
Quod multos iuvenum loeto dimersit acerbo,
Laetitia resonant, plausu et fora cuncta resultant,
Templa sacrata virum trepidant matrumque choreis,
Orgia et innuptę concinnant clara puellę
Dantque choros molles, et timpana dextera pulsat

---

58 *fort.* adeuntibus *vel* obeuntibus 61 *i. e.* demersit 65 tympana V^2

52 = *Georg. II 157.* 64^b—69 = *Pind. Theb. 880—883. 885. 888; coniectura Luc. Muelleri v. 884 delentis ex huius poetae etiam v. 886—887 omittentis testimonio fidem non accipit.*

Glossae. 49 Araris] ⟨fluvius⟩ Gallie; ipse est Sagonna 50 Ausonii] Ausonia dicitur Italia a nomine regi⟨s⟩ regi] non qui erat, sed qui futurus era⟨t⟩ 51 'coloni' dicuntur proprie cultores advene, sed hic etiam pro indigenis ponuntur 53 fera] feros populos gignens Gallia a candore populorum nominatur: ΓΑΛΑ enim grecę lac dicitur 54 quin] ut non trux] terribilis Germania] Germania dicitur a germinando populos; est enim ferax multorum populorum quando] siquidem; [iam] coniunctio est [modo] 55 coluere] dilexere 56 genitor] sc. tuus 59 hic] illic regale insigne] effexegesis 60 raptim] rapinâ 61 quod] ΤΟ ΕΤΙΟΝ monstrat vit hoc loco; multi enim propter invasionem alterius terrę perierunt acerbo] immaturo; translatio 62 pl. et f. c. r.] ΤΟ ΑΥΤΟΝ dixit fora] quamvis Donatus ⟨*G. L. IV p. 375, 31*⟩ dicat, forum in singulari numero neutri generis et in plurali masculini, nos tamen in utroque numero utrumque genus legimus. sciendum est autem sex modis forum vocari: uno modo forum dicitur locus negotiationis: ut Forum Flaminium, Forum Iulium; secundo modo forum dicebatur locus, ubi populi iudicia fieri solebant; tertio modo cum his qui provincie preerat, forum agere dicebatur, quando civitatem vocabat, ut de controversiis eius cognosceret; quarto cum antiqui id forum appellabant, quod nunc vestibulum sepulcri dicari solet; quinto locus in navi, [i. e.] sed cum masculini generis est et plurale; sexto tecas librorum foros dicimus masculino genere, hinc diminutivum quidam protulit ⟨*Iuvenal. sat. 3, 219*⟩: 'hic libros dabit et forulos mediamque Minervam'. 63 trepidant] frequentantur 64 concinnant] componunt; nam concinnus dicitur proprie potio multorum pigmentorum 65 choros] chorus est proprie coevorum cantus atque saltatio molles] delicatos

---

49 fluvius *addidi (*flumen *add. Bernheim; sed cf. Serv. ad ecl. 1, 62)* 50 A.] regi *V; in altero marg. glossa sic repetitur* Ausona dicuntur Italia a nomine regi. r.] era *V* 51 cultores *Duemmler:* colones *V* 53 G.] *fort.* ⟨lat.⟩ lac 54 q.] iam *et* modo *seclusi coll. Servio Aen. VI 106 p. 23, 18; quo tamen pertinere ea dicam, haereo* 61 q.] *fort.* monstrat 62 f.] negotiatiationis *V* his] is *Duemmler* i. e. *del. Duemmler coll. Paulo Festi p. 59, 35 Th.; quo loco* sed cum *in libris scriptis extans recte mutatur in* sed tum*: neque vero id glossatori nostro restituendum, quamquam sextam significationem longe aliam posuit, ut fere adsentiar Bernheimio glossarii usum agnoscenti* dabitur *V* 65 m.] *a praecedenti glossa dist. Bernheim*

50 A.] *Serv. Aen. III 477 p. 425, 21.* 51 *Serv. Aen. I 12 p. 17, 1 = Isid. or. IX 4, 36, qui tamen* sunt *habet pro* dicuntur. 53 G.] *Isid. or. XIV 4, 25.* 54 G.] *Isid. or. XIV 4, 4.* 59 r. i.] *cf. gl. I 123.* 61 a.] *Serv. Aen. XI 28 p. 481, 5.* 62 f.] *cf. app.* 64 *Nonius p. 43* cinnum *ita interpretatur.* 65 ch.] *Serv. Georg. I 346 p. 203, 7.*

Atque lirę graciles extenso pollice cordas
Percurrit septemque modos modulatur avenis.
Rura colunt alii, sulcant gravia arva iuvenci,
Tondent prata greges, pendentque in rupe capellę:
Omnibus una quies, et pax erat omnibus una.
Non secus ac longa ventorum pace solutum
Aequor, et imbelli recubant ubi litora somno,
Silvarumque comas et abacto flamine nubes
Mulcet iners ęstas, tunc stagna lacusque sonori
Detumuere, tacent exhausti solibus amnes.
Invidia tumidus nec passus talia Wido
Perfurit, ac nimios profundit pectore questus:
'Otia quę Latium foveant, piget usque fateri!
Nam video florere viros rebusque supinos
Fertilibus, solioque ducem considere celso,
Quèm legere sibi. Montes superare profundos

---

66 lyre V^2 77 quęstus *V*

70 *Georg. IV 184.* 71—75 = *Stat. Th. III 255—259.*

Glossae. 66 lirę] lira dicitur ΔΠΟ ΤΟΥ ΛΙΡΙΝ i. e. a varietate cordarum graciles] tenues i. e. extensas pollice] pollex dicitur quasi inter ceteros pollens cordas] corde dicuntur a corio, nam in quibusdam [fistulis] musicis instrumentis ex corio animalis fiunt 67 septem modos modulatur avenis] hic illud commemoratur, quod Virgilius in sexto Eneidos ⟨*v. 646*⟩ tetigit 'obloquitur numeris septem discrimina vocum,' quod quamvis Servius ⟨*p. 90, 1*⟩ ad mundanam referat armoniam, nos tamen ętiam humane musice septem divisiones f⟨a⟩cimus; prima est per genera, que tria sunt, i. e. ΕΝΔΡΜΟΝΙΚΩΝ ΚΡΟΜΔ ΔΙΔΤΟΝΩΝ. secunda divisio est per diastemata, quę nos spacia vocis dicimus; tertia in sistemata, que magnitudines vocis nominamus. quarta in ptongos i. e. sonos (et, ut apertius fateamur, sonus est vocis modulate particula una intentione producta). quinta in tonos i. e. magnitudines spatiorum. sexta in metabulas i. e. in transitus modulantium. septima in melopias i. e. in habitus effecte modulationis ⟨avenis] fistulis⟩ 68 rura] [rura colunt.] rura grecę ΔΡΟΥΡΔ dicuntur, sed per afferesin factus est sermo latinus gravia] diu inarata iuvenci] a iuvando dicti 69 tondent] pascunt pendent] gestum ostendit pascentium in montibus capellarum 70 una] similis 71 non secus ac] non aliter quam solutum] quietum 72 aequor] aequor et aqua ab una descendunt ethimologia, i. e. ab equalitate imbelli] leni 73 comas] summitates abacto flamine] expulso flatu ventorum 74 mulcet iners ęstas] lenit blanda aura 75 solibus] diebus; nam in plurali numero soles pro diebus ponuntur 76 tumidus] superbus; semper enim heret superbia invidię 77 profundit] i. e. aperit questus] querimonias 78 verba sunt stomachantis Widonis usque] adeo vel diu; sed ordo aliter, videlicet 'usque foveant' 79 florere] prosperari supinos] superbos dicimus 'supinos' propter erectionem cervicis 80 ducem] Berincherium 81 m. s. p. v. f. u. m.] sc. si profundos] nam 'profundum' et de superiori et de inferiori dicimus, ut 'profundum cęlum' et 'profundum mare'

---

66 l.] lirin *V litt. lat.* c.] dicuntur *Duemmler:* dm̄ *V* fistulis *hic delevi et ad* avenis *(v. 67) rettuli* 67 m.] nocum *V* facimus *scripsi:* scimus *V* *ἐναρμονικων χρωματικων διατονων Duemmler; sed cf. appar. Eyssenhardtii p. 359, 13* 67 a.] *cf. ad* 66 c.] 68 r.] rura colunt *ex versu ipso male repetita delevi* 76 ⟨in⟩heret *Bernheim* 79 s.] supinus *V*

66 l.] *Isid. or. III 21, 8.* p.] *Isid. or. XI 1, 70.* 67 m.] *singularum partium definitiones sumpsit a Martiano Capella I: p. 359, 13; II: p. 357, 3; III: p. 358, 23; IV: p. 353, 20 sqq.; V: p. 360, 19; VI: p. 362, 7 (ubi tamen* metabolae *nomen non extat); VII: p. 362, 17. Apparet ordinem partium a glossatore mutatum; qua in re Fulgentium sequitur auctorem, cui etiam metabolam debet, myth. III 9 p. 76, 2.* 68 r.] *Serv. Aen. I 430 p. 142, 1.* 68 i.] *Isid. or. XII 1, 28.* 72 ae.] *Isid. or. XIII 12, 1. XX 3, 1.* 75 *Serv. Aen. I 745 p. 208, 24.* 81 p.] *cf. Serv. Aen. I 58 p. 36, 8.*

Vis foret ulla mihi: forsan perfringere foedus
Et faciles iuvenum possem subvertere mentes.
Pręcipuum, Thirrena colunt qui rura, volentes
Subiicient mihi colla, reor. Minus aptus in armis
† Quid potuit Paris egregias turbare Micenas,
Excire atque nefanda feros in prelia Atridas:
Quid refert, quantus sedeat Rodulfus in aula?
An qualis referam Francis dominetur in arvis
Oddo — mei similes, dudum notique sodales?
Solus egon donis secli privabor opimi,
Et taciti metam solus devolvar ad aevi?
Non, donec puras animus depascitur auras,
Vel si me rapidus Mavors perstrinxerit armis,
Provolvens iuvenum fusos in sanguine patres'.
Talibus irarum dictis fundebat habenas,
Mente coquens bilem: iacto velut aspera saxo
Cominus erigitur serpens, cui subter inanes
Longa sitis latebras totosque agitata per artus
Convocat in fauces et squamea colla venenum;
Iamque legit socios aptos furialibus ausis.
Fama volans regis nitidas cum perculit aures,

---

84 thyrrhena V^2 86 *fort.* Si potuit; *certe* quid *ex v. 88 illapsum videtur* 99 per agitata per *V*

96 *Aen. XII 499.* 97b — 100 = *Stat. Th. II 411b — 414.*

Glossae. 82 'fedus' dicitur a porca fede i. e. turpiter occisa; obruebatur enim lapidibus indicio, quo tali morte periret, qui compositum ius disrumpere auderet 83 faciles] ad subversionem scilicet 84 pręcipuum] nomen pro adverbio 86 nota omnibus historia est 87 excire] excitare, commovere Atridas Atrei filios, Agamenonem et Menelaum; est enim patronomicum 88 refert] distat Rodulfus] hic noviter rex a Burgondionibus constitutus erat 90 Oddo] hic Francie sceptrum tenebat sodales: compares; nam 'sodales' dicuntur quasi simul edales i. e. convictores 91 egon] pro 'egone'; apocope est opimi] felicis 92 taciti] sine laude transacti metam] terminum aevi] i. e. vitae. usurpatum est hic; nam proprie 'evum' eternitas est 93 non] scilicet ita erit depascitur] 'depasco' et 'depascor' sub una significatione dicimus puras auras] fisicum est, quod dicit puras auras; nam dicunt philosophi, quod animus noster non corpulento isto aere, sed pulcro ethere pascatur 94 vel] pro 'etiam' perstrinxerit] vulneraverit 95 provolvens] prosternens fusos: occisos; polisemus sermo est: significat enim et discumbentes et fugatos et occisos 96 fundebat] laxabat 97 bilem] amaritudinem i. e. dolum 98 aspera serpens] serpens incerti generis est; nam hic feminino genere ponitur, in masculino vero sepissime invenitur 100 squamea] pro 'squamosa' sicut dicunt hii, qui de natura scripsere serpentum, noxiores sunt cum sitiunt, ideoque in mediis fervoribus velocius interimunt 101 legit] colligit, sc. Wido 102 fama volans] pene[que] ubique pennata inducitur Fama regis] Berengarii

---

82 *fort.* quo⟨d⟩ 87 A.] Agamemnonem *Duemmler* patronymicum V^2; *cf. ad prol. 4* 92 ae.] usupatum *V* 93 au.] *fort.* puro ethere 102 peneq: *V ex proximo vocabulo*

82 *Serv. Aen. I 62 p. 37, 3* (a porca foede hoc est lapidibus occisa), *VIII 641 p. 289, 22. 25 vel Isid. or. XVIII 1, 11.* 87 A.] *Serv. Aen. I 458 p. 148, 22.* 92 ae.] *Serv. Aen. VI 763 p. 108, 12.* 93 d.] *Serv. Aen. II 215 p. 256, 5.* p. au.] *unde haec sumpserit, nescio.* 95 f.] *Serv. Aen. I 214 p. 83, 1.* 100 sq.] *Serv. Aen. II 218 p. 256, 11.* v.] *cum nihil invenerim, quo haec spectare possint, nescio an de Aemilii Macri theriacis cogitandum sit, quae illa aetate etiamtum superfuisse probabile est (cf. Baehrensium P.L.M. III p. 104); nota sunt, quae de Africae serpentibus, in quibus est dipsas a siti appellata, qua ipsa torquetur et morsos afficit, Lucanus narrat in extrema libri noni parte: quo tamen noster non magis usus videtur quam anonymo Hauptii (opusc. II 246 sqq.), Isidoro or. XII 4 (praesertim § 39 sq.), epistula Alexandri ad Aristotelem (Iul. Valer. ed. Kuebler p. 199).*

Conatus agitare satis Widonen iniquos
Fortuna servante modum, quatit ille tremendum
Regali de more caput celique tuetur
Convexa atque sacris ita fatibus ora resolvit:
'Tu celi terreque sator, qui fulmina torques,
Annorumque vices dimensaque tempora noctis,
Quattuor et mundi partes, quantum arctus ab austro
Et quantum occasus roseo consistat ab ortu,
Metiris, subeat geminos ut fosphorus ortus,
Precedens nunc Solis equos pellensque tenebras
Noctis agat pre se gelidos aliquando iugales:
Testis adesto pius noxamque remitte cruoris,
Si manus hęc mortis tulerit dispendia Gallis
Debita iure mihi raptum ire volentibus arva.
Infandum! cui tanta viro concessa potestas,
Me regnis privare? Sedet si, conditor orbis,
Pro culpis abolere viros, nil vota retardent,
Sed per cuncta ruant fastus discrimina, quando
Ferrea iam scindit morituris stamina Cloto
Ac miseris diri capitis discriminat angues
Allecto, crudele nefas, Acheronte sub imo'.

---

107 fulmina *Verg.:* flumina *V*   114 adēto *V*

105 *Aen. IV 451.*   106 *Georg. IV 452.*   107 *Stat. Theb. III 488 et Aen. IV 208*   108—110 = *Pind. Theb. 865—867 (v. l.* astrorum*).*

Glossae. 103 Widonen] grecus accusativus   104 servante modum] attribuente possibilitatem   quatit] concutit   ille] rex Berengarius   105 regali de more] i. e. decenter, non lascive sicut comici. servavit ΤΟΝ ΠΡΕΠΟΝ   tuetur] intuetur   106 'convexa cęli' sunt extrema eius a curvitate dicta   fatibus ora resolvit] i. e. cępit loqui   107 torques] iacularis   108 vices] vicissitudines   dimensa] divisa   a. v. d. t. n.] sc. metiris   111 metiris] ΑΠΟ ΚΟΙΝΟΥ dictum 'metiris'   subeat] subintret   fosphorus] i. e. lucifer; fos grecę, lat. lux, phoros ferens   114 noxam] noxiam i. e. culpam   115 dispendia] dampna   116 raptum] ad rapiendum; est autem futurum tempus ab infinitivo activi   117 infandum] exclamative   cui] sc. nulli   118 sedet] placet; sedet polisemus sermo est: sedet placet, sedet cogitat, sedet quiescit, aliquando etiam fixum est signis.   119 abolere] delere, disperdere   120 fastus, quando superbiam significat, quarte declinationis est; quando vero significat librum, qui dierum retinet computationem, secundę   fastus discrimina] superbie pericula   quando] pro quia   121 ferrea] dura, inrevocabilis   fabulosum est   122 miseris] Gallis sc.   haec fabule velut omnibus note non indigent nostra expositione   123 Allecto] una Furiarum; 'Alecto' grecę, latine 'inpausabilis' dicitur   crudele nefas] effexegesis   Acheronte] 'Acheros' 'sine gaudio' interpretatur; fluvius est inferni secundum poetas. hęc talia pro ludo habentur cognoscenti veritatem, sic tamen, ut ipse ludus subtilem indaginem requirat. nam de Furiis et de Fatis quid veritas habeat, Fulgentius dicit; Servius etiam in expositione sexti libri Virgilii veram rationem de Acheronte dicit

---

105 r. de m.] ΤΟΝ ΠΡΕΠΟΝ *sic V etiam gl. I 255 et Servii codices nonnulli Aen. I 92 p. 46, 20 (recte traditur* ΤΟ ΠΡΕΠΟΝ *Aen. I 738 p. 205, 14)*   111 f.] lat. lux *scripsi:* ł lux *V*   120 f.] quando sup.: quo ordo sup. *V*   122 m.] callis *V* || nocte *V*   123 A.] infernis *V*

106 c.] *Serv. Aen. VI 241 p. 43, 25.*   111 f.] *ab Isidoro or. XX 10, 10 haec sumpta non esse recte monuit Bernheim, coll. Papia* phos i. e. lux, hinc phosphoros lucifer.   121 f.] *Serv. Georg. II 501 p. 267, 29.* 123 All.] *Fulg. myth. I 7 p. 20.*   cr. n.] *cf. gl. I 59.*   Ach.] *Serv. Aen. VI 107 p. 23, 25. — De Fatis i. e. Parcis Fulgentius loquitur mythologiarum proximo capite; quo ut glossator respiceret, Clothus nomine v. 121 effectum est.*

Nox subit interea variis distincta figuris,
Cum pater egregius tecto sese intulit alto.
Post epulas ubi membra toro laxavit honoro,
Annua vix toto rutilarunt sidera mundo.
Pace sub hac en fraudis agit temptamina predo:
Qua secuit quondam aerias rex Poenus aceto
Imperii cupidus cautes, ubi constitit horis
Italię, nunc ille minis, aliquando rogatu,
Sollicitat iuvenum hoc fluxas sermone catervas:
'Quisquis avet solidis protendere legibus aevum
Et fasces mutare ducis, quę tendimus ultro
Rite fruens donis, nostros glomerare maniplos
Ne cunctetur ovans. Cuiquam si forte videtur
Futile, quod ferimus, robur quia ponit in armis
Brengarii, stimulis olim quia motus iniquis
Finibus absentes Gallos quęsivit Etruscis:
Quantus in arma feror, patriis vel quantus ab oris
Ausoniam subeo, liceat deferre tiranno,
Atque una caris veniat fundendus in agris!'
Quis placuere vices ac dulce movere potentes,
Colla iugo posuere truci; male fida recessit,
Sed penitus, Thirrena manus hostesque protervos

---

127 *sqq. distinxi (opponitur fraus Widonis nocturnae paci; nec gl.* qua *explicari potest nisi ex mea distinctione)* 137 quod *Valesius:* quę *V* 138 *fort.* qui motus

127 vix: *paene rutilare desierant, i. e. matutinum tempus instabat.* 129 *Iuven. sat. 10, 153, quem versum saepe citant grammatici.* 134 *sq.* donis, quae tendimus *i. e. offerimus.* 137 *cf. III 155 cum adn.*

Glossae. **124 variis figuris] i. e. varietate siderum 125 pater egregius] Berengarius 126 'epulas' inproprie dixit pro dapibus. nam dapes regum sunt, epule privatorum laxavit] composuit 127 annua] perifresis est vertentis anni 128 temptamina] conamina predo] Wido 129 qua] per que loca aerias] altas rex Poenus] Anibal Africanus 130 ubi] i. e. postquam horis] finibus 131 aliquando] vacat 'ille' rogatu] precibus 132 iuvenum fluxas] unum pendet ex altero: ideo fluxas, quia iuvenum 134 fasces dicebantur lemniscatę coronę; lemnisci autem dicuntur fasciole deauratę, quibus corone circumligabantur; ponitur aliquando pro dignitate 135 glomerare] coadhunare 136 ne cunctetur] ne dubitet ovans] gaudens. abusive; nam proprię 'ovatio' dicebatur minor triumphus; qui enim ovationem merebatur, uno equo utebatur et a plebeis vel equitibus Romanis deducebatur ad ⟨Ca⟩pitolium et de ovibus sacrificabat 137 futile] vanum; unde tractum sit, multis patet 138 motus] commotus 139 per transitus historiam tangit: nam antequam ad Italiam Wido hostiliter venit, nuntiatum regi Berengario, quod in Tuscia esset, perrexitque illuc ad querendum eum 140 quantus] i. e. magnus 141 deferre] nuntiare tiranno] pro invasore modo positum est; quia ab inimico dictum 142 una] pariter fundendus] aut fugandus aut occidendus; utrumque enim significat 143 quis] pro 'quibus' vices] vicissitudines, i. e. regum mutationes movere] removere; aferesis 144 iugo posuere truci] dominationi subposuere inique 'male fida' non fida; 'male' aliquando pro 'non' ponitur, sicut 'male sanus' non sanus 145 manus] multitudo**

---

127 perifrasis *Duemmler; cf. gl. I 154* vertentes *V* 132 anum *V* 134 *fort.* ponuntur 136 o.] pitolium *V; cetera edidi ex collatione Schausii (cf. Serv. Aen. IV 543 p. 561, 12)* 137 patis *V* 139 venerit *V: correxi;* venerat *Duemmler* *fort.* nuntiatum ⟨est⟩ 140 *fort.* i. e. ⟨quam⟩ magnus; *neque enim de exclamatione cogitavisse crediderim glossatorem*

125 e.] *Serv. Aen. I 706 p. 197, 24.* 137 multis *sc. auctoribus vel testimoniis (?); cf. Serv. Aen. XI 339 p. 520, 11 et quae ascripsit Thilo.* 142 f.] *Serv. Aen. II 421 p. 286, 1; Aen. XI 102 p. 489, 11.* 144 m. f.] *Serv. Georg. I 105 p. 158, 18* (saepe pro 'non' significat *sic).*

Exultans in regna tulit (pro sęva nocentum
Consilia). Princeps aberat pacemque parabat
Imperio, Veronę Athesis qua culta salubris
Irrigat; ecce gradu celeri petit alta minister
Tecta ducis, sudore madens. 'Fortissime rector',
Inquit 'adesto tuis! saltu super ardua montis
Sese iniecit ovans coetus sat in arma superbus;
Cui nisi preduros gladiis inferre maniplos
Institeris, quid opus Latio quę dicere victo
Damna ferent?' Infensus ad hęc ita reddidit olli
Rex: 'Iubeo, iuvenis, tantum desiste moveri!
Non, caput hoc dum vita regit diffusa per artus,
Haec tellus cedet superata, pudetque fateri
Res Latii victas.' Ait, accirique sodales
Imperat. Excurrunt vastos excita per agros
Agmina, amor quibus est pacis, quis gloria curae.
. . . .
Natorum dulcisque domus, vitamque perosi
Adveniunt placido glomerati pectora regi,

---

post v. 161 *intercidisse videtur versus, per se positis verbis* quis gloria curae, *cum ipsorum, non* natorum *gloria agatur, quod nomen ab 'obliviscendi' fere verbo pendere debet*

146 *Stat. Th. II 489* (o caeca noc. cons.). 151 *Aen. XI 513 (et VIII 221).* 160 *cf. II 70.*

Glossae. 146 in regna] i. e. ad regni regimen pro] interiective 147 princeps] Berengarius 148 Athesis fluvius est Italie, interpretatur autem 'sine positione' i. e. instabilis: nam 'a' privativa dictio est, 'thesis' dicitur positio; est autem rapidissimus amnis salubris] fertilis 150 ducis] Berengarii sudore madens] exhaggeratio est magna nuntiantis 151 tuis] tibi fidelibus saltu] celeri adventu 153 cui] coetui preduros] valde duros 154 institeris] acceleraveris quid opus] sc. est. antiphresis est; que figura solummodo causa ornatus inventa est 155 silemsis est per numeros; nam 'cętus' singulariter dictum est supra, sed tamen sciendum est, quia in coetu pluralitas intelligitur infensus] iratus, quia dixit 'victo Latio' olli] pro 'illi' 156 desiste] cessa, quiesce moveri] perturbari 158 cedet] succumbet 159 ait] Virgilium secutus bis idem dixit: nam supra ⟨*v. 155*⟩ dixit 'ita reddidit', iterum inferens 'ait'; quod Maro tribus tantum in locis fecit acciri] evocari, ab 'accio, accis'; unde 'accersio'. nam 'arcesso' ab 'arceo' fit 160 vastos] latos 161 agmina] 'agmen' homonimum est, significat enim exercitum incedentem ad bellum, significat etiam multitudinem, significat etiam impetum, ut Virgilius ⟨*Aen. II 212*⟩ 'illi agmine facto Laochonta petunt' a. q. e. p.] bene dicit 'quibus est amor pacis'; nam per bellum pax queritur quibus] sc. agminibus quis] quibus 162 'domus' nonnunquam pro uxore ponitur, ut illud 'casta domus servat pudicitiam' 163 placido] amato glomerati pectora] figura apud Virgilium celebrata

---

148 A.] primitiva *V* annis *V* 150 s. m.] exhaggeneratio *V; sed cf. gl. III 106* 151 s.] adventum *V; in extrema littera latet fort. glossa altera* super] in 154 q. o.] antiphesis *V: corr. Bernheim coll. Rufiniano Rh. L. M. p. 62, 16 H. (cf. etiam gl. I 127); Servio (Aen. VIII 483 p. 270, 25) haec figura est paralipsis; qui qua vi dixit 'antiphrasin' (Aen. I 139 p. 60, 14 = Isid. or. V 30, 14. X 139), ea vi nomen reddendum est hagiographo Harsteriano VIII 365* inventus *V ad similitudinem praecedentis vocabuli* 155 f.] silemsis *sic V pro* syllepsis: *sic scribitur etiam apud Servium Aen. I 553 p. 170, 8; I 583 p. 175, 9; IX 523 p. 355, 10 (ubi est, ut hic, 'syllepsis per numeros'); cf. W. Schulze, Orthogr. p. 13*

148 A.] *cf. L. Traube, o Roma nobilis p. 307*[3]. 155 f.] *cf. app.* 159 ait] *Serv. Aen. III 480 p. 425, 29* bis haec est in Vergilio iteratio ut hoc loco . ., item in quinto *(v. 547); quem glossator male intellexit.* acc.] *Priscianus G. L. II p. 431, 17 K.* 161 agm.] *Serv. Aen. I 82 p. 44, 21; ubi etiam exemplum affertur.* a. q. e. p.] *cf. Otto, Sprichwoerter der Roemer p. 54* (bellum *2).* 162 *Verg. Georg. II 524* casta pudicitiam servat domus.

Exacuunt iustas subitis rumoribus iras.
Undique collecti postquam venere manipli,
Ingenti fremitu pariter ducis ante tribunal
Bella cient. Liquidas tandem se reddit ad auras
Terribilis ductor, quando latus omne sub armis
Ferrea suta terunt, humeros et pectora late
Flammeus orbis habet, capiti tremit ęrea cassis,
Et gemino dextra rutilant astilia ferro,
Ensis in ore etiam preclara refulget iaspis.
'Pulcher honos regumque decus, fortissima pubes,'
In mediis orsus, 'rabidi commertia Martis
Presto: manus capulo sit parta animusque labori,
Ut decet egregios, regnum quia tollere pessum
Wido venit, certum est sotiis atque arva vocatis
Partiri et gremiis iuvenum subducere pactas.
Si foret huic animus mecum confligere solo,
Et partis differre nefas quod fluctuat armis
Mersurum populos!' Ait, et spumantis habenas
Implet equi precepsque petit confinia belli,

---

177 velit *V: correxi dist. mut.* 180 *distinxi; coniunge* paratis armis

167 *Aen. I 541 vel Stat. Th. XI 116.* 168ᵇ—170 = *Stat. Th. IV 130ᵇ—132ᵃ. 129ᵇ, ubi cum hoc poeta* et *pro* ac *edd. vett.* 171 *Aen. I 313.* 172 *Aen. IV 261.* 178 *Aen. X 79* (abducere).

Glossae. 164 exacuunt] sc. et. valde acuunt; 'ex' enim in quibusdam locis pro 'valde' ponitur 'iustas iras' bene dicit, quia pro terra propria contentio erat, unde scriptum est 'et pulcram properant per vulnera mortem' 167 cient] vocant liquidas] puras tandem] ad desiderium retulit spectantium dicendo 'tandem' 168 de Statio ⟨*Thebaidos IV 129—132*⟩ sumptus est hic locus, ubi describit armaturam Ippomedontis 169 suta] iuncture 170 orbis] scutum capiti] pro 'in capite' 171 et] sc. cum 172 e. in ore] i. e. in elte hic versus ex ornatu Eneę transfertur, qui in elte mucronis habebat iaspidem 173 p. h. r. d.] effexegesis pubes cum refertur ad singulos, communis generis est; cum vero de multitudine dicitur, sicut hoc loco, feminini generis est et terminatur melius in '-es' quam in '-is', ut quidam volunt 174 mediis] sc. agminibus 'orsus' hoc loco significat 'cepit loqui', aliquando etiam 'finit' significat, sed proprie: nam hic usurpatum est; preteritum enim est participium rabidi] crudelis commertia] vicissitudines 175 presto] sc. sunt parta] pro 'parata'; sincopę duo iunxit, fortitudinem et animositatem; est enim unum ab animo, aliud a corpore; que nisi simul fuerint, minime victoria celebratur 176 egregios] nobiles 178 gremiis] enfasis est, quasi iam in gremiis essent subducere] [quasi] ad se ducere pactas] sponsas 179 si] pro 'utinam' animus] voluntas. voluntatis est ⟨animus,⟩ anima vite, mens consilii configere] pro 'confligendi', figurate dictum est 180 partis] pathos est pro 'paratis' differre] removere fluctuat] nutat adhuc 181 spumantis] fortem monstrat ęquum habenas] proprie dixit; nam supra inproprie, ubi ⟨*v. 23*⟩ 'abenas regni' et ⟨*v. 96*⟩ 'habenas' dixit 'irarum'; dicuntur autem 'habene' ab habendo i. e. retinendo 182 implet] laxat

---

164 ex.] ex enim *scripsi coll. Isid. or. X 83* 'ex' enim pro 'valde' ponitur: ꝙ н *(i. e.* quia enim*) V; nihil probatur gl. III 136* i. i.] pro terea *V* 173 pubes] pupis *V* comcommunis *V* femininis *V ad exemplum proximi vocabuli* 174 o.] finiit *Duemmler ex Servii (Aen. I 325 p. 117, 12) edd.; sed duo Thilonis codd.* finit *exhibent* 178 g.] est: e *V* s.] quasi *delevi illapsum e praecedenti glossa* 179 a.] animus *addidi glossamque distinxi* consivi *V*

164 i. i.] *Verg. Aen. IX 401 ab hoc poeta usurpatus I 226; utrobique legitur* properet; *de plurali numero cf. Georg. IV 218 et Aen. XI 647.* 172 e. in o.] *cf. glossam proximam et gl. II 74.* 173 pubes] *cf. Prob. G. L. IV 19, 30—20, 6.* 174 c.] *Serv. Aen. X 532 p. 446, 6.* 175 parta] *Serv. Aen. III 495 p. 428, 5.* 178 s.] *Serv. Aen. X 79 p. 395, 3. 9.* 179 a.] *Serv. Aen. X 487 p. 442, 1.* 180 p.] pathos est *cf. gl. III 278 et Serv. Aen. I 26 p. 22, 19.* 181 h.] *Isid. or. XX 16, 3.*

Qua manus hostilis Latium pessumdabat armis.
Hic cęlo ut pepulit gelidas Aurora tenebras,
Rorantes excussa comas multumque sequenti
Sole rubens: galeaque viri clusere minaci
Ora, tubęque sonant, vocisque resultat imago,
Partitęque vices tolluntur in ęquora gentes.
Qualis ubi audito venantum murmure tigris
Horruit in maculas somnosque excussit inertes,
Bella cupit laxatque genas et temperat ungues,
Mox ruit in turmas natisque alimenta cruentis
Spirantem fert ore virum; sic excitus ira
Ductor in adversos inicit ferus arma maniplos.
Undique consurgunt acies, et pulvere cęlum
Conditur horrendisque sonat clamoribus aether.
Hic alius rapido deiectus in ęquore cursu
Proteritur pedibusque simul calcatus equorum,
Atque alius, volucri traiectus tempora telo,
Cornipedis tergo pronus ruit; illius ense
Deiectum longe caput a cervice cucurrit,
Hic iacet exanimis fuso super arma cerebro;
Ille manu caret, hic gressu, nec visibus iste
Integer obruitur. Campi sudore madescunt,
Sanguine manat humus. Crudescens undique campo
Mars turmale furit, Wido si fluminis instar

---

198 calcatur *Pind. Theb. v. 477*   206 fluminis *V, quod nomen defenditur 'labendi' verbo:* fulminis *Valesius*

184ᵇ—186ᵃ = *Stat. Th. II 135ᵇ—137ᵃ.*   189—194ᵃ = *Stat. Th. II 128—133.*   195—202 = *Pind. Theb. 474—481 (cuius cum recc. codd. poeta consentit v. 476* in aequore*; scite mutavit v. 478* tempora *et 479* cornipedis, *nisi forte haec meliori libro debet).*   204ᵇ—205ᵃ = *Pind. Theb. 482ᵇ⁻ᵃ.* 206 *Stat. Th. IV 10* turmale fremit.

Glossae. 183 pessumdabat] vastabat   184 hic] tunc; vel 'hic' pro 'illic', i. e. in illo loco   185 excussa] figurate dictum   186 minaci] minas inferente   187 imago] echo   188 partitę vices] i. e. ordinate ad prelium   in ęquora] in campos   189 parabole est   tigris animal est vocatum ita propter velocem fugam: ita enim nominant Perse et Medi sagitam   190 maculas] est tigris variis distincta maculis   191 nimie virtutis et velocitatis animal est tigris   temperat] ad predam sc.   193 spirantem] palpitantem   excitus] commotus   194 ferus] temporis est epiteton: 'ferus', videlicet circa Gallos   arma maniplos] geminavit sillabam: quod quamvis apud antiquos licitum foret, ut sepe apud Virgilium invenimus, tamen apud nos cacenfaton est   195 acies] omonimum est   pulvere cęlum conditur] iperbole   197 hic] tunc   199 traiectus tempora] traiecta habens tempora   200 cornipedis] equi corneos pedes habentis   tergo] dorso   pronus] in faciem   illius] alterius. varias hominum mortes in bello breviter commemorat   202 exanimis] et 'exanimis' dicitur et 'exanimus'   204 madescunt] resperguntur   205 crudescens] crudelior apparens   206 turmale] i. e. inter turmas   si] siquidem

---

184 *post* tunc *distinxi; cf. gl. I 197*   189 t.] medis agitum *V*   191 silicet *V*   194 f.] t. est ep. *bene ita explicat Traube: 'dux non semper ferus est, sed nunc ipsum, cum contra Gallos pugnat'* epitenton *V*   195 a.] est: e *V*   199 habens *scripsi:* hn̄s *V; cf. gl. II 135*

189 t.] *quas Isid. or. XII 2, 7 exponit, discerpsit glossator ita, ut praeter hanc glossam inde efficeret quas ad 190 et 191 ascripsit.*   194 a. m.] *Serv. Aen. II 27 p. 220, 4.*   195 a.] *Serv. Aen. II 333 p. 275, 13.*   202 *Serv. Aen. I 484 p. 153, 25.*

Labitur in turmas: Libycus velut agmina campis
Lęta boum cum forte leo procul aggere cernit,
Attollens cervice iubas sitiensque cruoris,
In mediam erecto contendit pectore turbam.
Hinc fremit Ausonię ductor, furit inde minister
Wido necis propria nimium virtute superbus.
Invicti valeat verum quis ferre tyranni
Pondera virtutis? demum dare terga coacti
Illius effugiunt comites. Clamoribus ultro
Palantes sequitur: 'Quę vos dementia cępit,
Montibus ut septi gladios vitare velitis,
O sotii? haud quondam hec patriis promissa dabatis
Edibus, Hesperiae quęvis prędulcia natis
Spondentes. Revocate gradum! Quid dextera possit
Hęc, hodie cernetis, io! Ne fidite cursu,
Lecta manus!' Frustra sed enim compellat abactos
Fulminei virtute ducis. Desertus amicis
Stat rationis inops, utrumne inglorius armis
Abscedat, redivivo animam servare duello,
Redditus an pulchram properet per vulnera mortem

---

208 aggerere *V* 219 hęsperiae *V cauda fort. erasa (Schaus)* 224 Stat *Pertz (cf. III 102a = Stat. Theb. I 373a)*: Sat *V*

207b — 208 *Pind. Theb. 500 — 501.* 209 — 210 = *Pind. Theb. 502 — 503* (attollit *Pind.*). 216b *Verg. ecl. 2, 69.* 220 *Aen. VI 128.* 223 *Aen. IX 812.* 226 *Aen. IX 401; cf. gl. v. 164.*

Glossae. 207 Libycus] in Libia magni leones sunt; et est species pro genere 208 'lęta' pinguia; nam 'letum', prout sese res habet, accipi debet; dicimus enim 'lętum' hominem hilarem, 'letum' pecus pingue, 'laetum' arvum fertile, 'letam' domum pulcram; sic et cetera 'procul' dicitur quasi 'porro ab oculis'; significat enim et 'prope' et 'longe' 210 contendit] ruit 211 minister Wido necis] nam causa bellorum hic erat 212 superbus] nobilis. TWN MECWN est 'superbus', nam et in bona et in mala significatione ponitur. vult enim dicere, quod satis esset Wido horrendus sua propria virtute, i. e. proprii, corporis; sed quia contra fortissimum rem habebat, non poterant socii eius ferre pondus virtutis illius, ideoque terga dabant 214 demum] novissime 215 illius] Widonis 216 palantes] fugentes sequitur] Wido quę v. d. c.?] ita eos vocabat. hec oratio secundum rethoricam artem omni parte suasoria est. nam et difficultatem fugiendi ostendit et verecundiam false promissionis et spem in virtute ductoris 217 septi] quasi .... murorum ambiunt Italiam 219 'edibus' tectis, domibus; 'edem' autem numero singulari de templo tantum dicimus, plurali vero et de domibus et de templis quęvis] quecumque 221 io] vox furentis vel clamantis; et est traicus sermo 222 abactos] fugatos 223 fulminei] bellicosi, impetuosi desertus] derelictus ab — 224 rationis inops] consilii egens 225 figura greca est, quando duo verba sine coniunctione copulantur, sicut hoc loco 'abscedat servare', Virgilius (*Aen. IX 362*) 'dat habere' i. e. abscedat ut servet, dat ut abeat redivivo] renascenti post casum animam] vitam duello] distat inter 'duellium' et 'duellum'. nam 'duellium' est spacium, quo bellum preparatur, 'duellum' dicitur ipse conflictus. alii dicunt, quod 'duellum' sit proprię conflictus duorum 226 properet] acceleret 'pulcram mortem' dicit, quia in bello pulcrum est mori

---

208 l.] letum domum *V* sic et *Duemmler*: siccet *V*; *fort.* sicut et 216 p.] *glossatorem* fugientes *dedisse censeo, quippe qui paulo infra ad hunc ipsum versum recte* fugiendi *scripserit* 217 quasi *(sc. saepti)*. (Alpes enim vice) murorum ambiunt Italiam *conieci coll. Isid. or. XIV 8, 18* 225 sine coniunctione *bis V*

208 l.] *Serv. Georg. I 74 p. 151, 1.* p.] *Serv. Aen. III 13 p. 337, 10.* 214 *Serv. Aen. II 795 p. 330, 27.* 219 e.] *Serv. Aen. II 487 p. 294, 3.* 221 *Serv. Aen. VII 399 p. 156, 7.* 225 absc. serv.] *Serv. Aen. I 318 p. 116, 4.* r.] *Serv. Aen. X 58 p. 391, 14:* recidiva *(cod. Rom.:* rediviva*)*: renascentia,

Hostibus. Hec secum subito dum mente retractat,
Unus adest comitum ac rapidis calcaribus urgens
Iam torpentis equi latera 'Ospes inclite, Gallis'
Inquit 'abi; penitus nostri cessere manipli,
Nec mirum: credas hominem sęvire per agmen,
Pulvereos Libies potiusque haud monstra per agros?
Vidi equidem, geminos uno cum sterneret ictu
Ille viros. Pudet heu fari, quę funera victis
Intulerit. Discede, precor, melioribus ausis
Servandus'. Tandem sotium perculsus amore
Discedit seseque suis męrentibus addit.
  Nox ruit interea, curas hominumque labores
Composuit nigroque polos involvit amictu —
Omnibus illa quidem mitis, sed turbida pulso.
Volvitur irarum furiis actique laboris,
Non tamen absque via mentisque vigore profundę.
Namque sub occiduas verse iam noctis habenas
Astrorumque hobitus, ubi primum maxima Thetis
Impulit eoo cunctantem Hyperiona ponto,
Doctiloquos agit ille viros ad limen ovantis
Hesterna nece victoris, ne luce carentes

---

229 hospes inclyte V^1 231 *sq. distinxi ex prima glossa v. 231* 244 habitus *V*

229 Gallis *i. e. ad Gallos.* 238—240 *cf. Stat. Th. III 415—417.* 243—245 = *Stat. Th. III 33—35 (*Thetis *pro* Tethys *multi et boni Statii codd.).*

Glossae. 227 retractat] recogitat 228 calcaribus] stimulis 229 torpentis] deficientis. 'iam torpentis' pro oeconomia est hoc loco i. e. dispositio(ne) carminis: vitium enim faceret, si ex abrupto Widonem diceret abisse inclite] 'inclitus' grecum est; nam Greci 'clyton' dicunt gloriosum 230 cessere] discesserunt manipli] signiferi 231 nec mirum] sc. si discesserunt credas] sensus est: 'credas', i. e. credere posset aliquis, si adesset, 'non hominem sevire per agmen, sed potius monstra' i. e. feras 'per pulvereos agros Libies'; tanta itaque vi ferebatur 232 Libies] grecus genitivus. Libia dicitur, quod inde Lips flat id est africus, vel (quod melius est) Libia dicitur quasi ΛΙΠΕΙΑ i. e. egens pluvię monstra] leones 233 geminos] pro 'duos' 234 funera] 'funus' dicitur a funibus, quia in exequiis mortuorum funes incendebantur 236 sotium] pro 'sociorum' 237 mętrentibus] de absentia eius tristantibus. 'meret' quando sine diptongo scribitur, significat 'militat'; unde 'emeriti' dicuntur militia liberati 239 polos] poli sunt extremitates axis i. e. circuli, qui currunt per axem; sunt enim duo, septentrionalis et australis. sed sciendum est, quia polos et axem et cetera, que dicuntur in particione celi, non natura constituit, sed humana sollertia invenit n. p. i. a.] Nox nigro amictu vestita fingitur, quia eius umbra terrena cuncta fuscantur 240 illa] nox turbida] inquieta 241 acti] peracti 242 via] ratione. ac si diceret 'non frustra', quia utile consilium repperit 243 verse] ad finem deducte 244 hobitus] obire astra dicuntur, quando adventu solis obscurantur Thetis secundum fabulam mater fuit Achillis; sed ponitur pro mari 245 eoo] orientali cunctantem] moras facientem Hyperiona] solem. Hiperion, unus ex gigantibus, fuit pater Solis, qui aetiam gigas fuisse dicitur; ponitur ergo Hiperion pro Sole 246 doctiloquos] dedalogos ille] Wido 247 luce carentes] mortuos

---

227 *fort.* cogitat*: cf. gl. II 1* 229 t.] dispositio *V* 231 cr.] seruire *V* 232 L.] Libia dicitur *(ante* quasi*) deleverim ut dittographiam* ΛΙΠΕΙΑ *scripsi, cum in Servii (Aen. I 22 p. 20, 20) codice Lipsiensi correctum sit* ΛΥΠΕΙΛ: lipsia *(i. e.* ΛΙΠΣΙΑ*) V* 239 n. p. i. a.] ternera *V* 245 H.] qui aetiam *scripsi:* q; etiam *V (*qui etiam *Duemmler)* 246 d.] dedalogos *V i. e.* daedalologos *(sic Duemmler, qui antea in schedis temptaverat* dicaculos*; cf.* idolatria*);* daedaleis loquelis *IV 118*

229 i.] *Serv. Aen. VI 781 p. 111, 4.* 230 m.] *Serv. Aen. XI 463 p. 535, 12.* 234 *Serv. Aen. I 727 p. 203, 5.* 237 *Serv. Aen. IV 82 p. 478, 18.* 239 p.] *Isid. or. III 36 sq.*

Prohibeat mandare solo. Iam calle peracto
Postquam introgressi et coram data copia fandi,
Incipiunt: 'Suprema dedit superare potestas
Cui, ductor, fera bella, animum submitte rogatu.
Nam petimus, liceat sotios mandare sepulchris
Aethere privatos, malis ne membra ferinis
Facta deo pereant campove relicta fatiscant.
Hoc fortis Wido, hoc populus miseratus amicos.
Nec adeo fracte vires animique labascunt,
Prelia quin superent ac spes in nostra cadendi
Iura solum'. 'Iuvenes, vitio tabescitis omnes
Gentis', ad hec victor, 'fandi quia copia vobis
Semper, et ore magis robur quam pectore; verum
Plus dixisse egisse, minus taxatur honestum.
Tollite membra tamen, mitto quia lumine cassis
Quod restat; potius miseret tot mille iacentum
Unius ob noxam, luteo quîs corpore mundi
Archana tribuit flatum ratione creator.
Illa quidem videat deus; at vos cetera testor:
Aut Italis, Galli, celeres abscedite terris,

---

249 Postqam *V* 263 *ante* potius *distinxi (distinctione caret V)* 266 aethera *Valesius* 267 *distinxi*

249 = *Aen. I 520; XI 248.* 250 *cf. v. 12.* 262 *Aen. II 85 (vel Stat. Th. II 15.)* 264ᵃ = *Aen. I 41ᵃ.* 264 *sq. cf. genes. 2, 7; coniunge* mundi creator.

Glossae. 248 prohibeat] 'pro' communis silla(ba) est; modo ... mandare] commendare, committere solo] terre calle] itinere; dicitur autem callis a callo pecorum 249 coram] in conspectu copia] singulari numero significat possibilitatem; 'copias' autem in plurali numero de exercitu dicimus 250 suprema] magna, celsa. 'suppremum' et minimum dicimus et maximum, sicut Terentius (*Ad. II 1, 4*) 'pro supreme Iuppiter' concessit ordo est 'o ductor, cui suprema potestas dedit superare fera bella' 252 liceat] sc. ut — 253 aethere privatos] anima cassos malis] maxillis ferinis] 'fere' dicuntur eo quod toto corpore ferantur i. e. prone sint, vel quod secundum proprium arbitrium ferantur 254 deo] sc. a — fatiscant] disolvantur 255 h. f. W.] petit (servavit) ΤΟΝ ΠΡΕΠΟΝ 256 labascunt] deficiunt 257 superent] supersint 258 solum] sc. Italię v. t. o. g.] infatuamini 259 gentis] sc. vestre. quasi diceret 'non est mirum, si sic loquimini; quia hoc vitium commune est omnibus Burgondionibus', i. e. loquacitas 260 verum] sed 261 hic versus cuiusdam sapientis est Francigenę egisse] sc. quam minus] pro 'non' taxatur] dicitur 262 mitto] omitto. aferesis 263 quod restat] quicquid irę superest 264 noxam] si volumus accipere secundum hoc quod Servius dicit, 'noxam' pro 'noxiam' dictum erit; nam dicit, quod 'noxia' sit culpa, 'noxa' autem pena luteo] terreno. luteo: terreo; non enim a colore venit, sed a luto dirivatur, ideoque corripitur 'lu-' 265 archana] secreta; unde et 'arca' et 'arx' dicta, quasi res secretae 266 illa quidem videat deus] pro cuius culpa tot perierunt, diiudicet testor] contestor, moneo. nam plura significat; aliquando enim 'invoco', aliquando 'iuro', aliquando 'moneo' significat, ut hoc loco 267 Galli] vocativus

---

248 p.] silla *V* *fort.* modo (producitur, modo corripitur) c.] dicitur (*i. e.* dr̄): dn̄r *V* 250 s.] supreme (*i. e.* supm̄e) *scripsi:* sūme *V;* 'pro (supreme Iuppiter' pro) 'summe Iuppiter' *Bernheim; Acro, sed de exclamatione agens, non de superlativo, ad Hor. art. poet. v. 92* summe *exhibet* 255 servavit *addidi (cf. gl. I 105); tota fort. glossa ad v. 256 pertinet (tum* servant *potius addendum erit)* ΤΟ ΤΟΝ ΠΡΕΤΙΟΝ *V* 259 vestre: ure *V omissa lineola* 261 fracingenę *V* 266 v.] *puto* perierint *(cf. gl. II 80)*

248 c.] *Serv. Aen. IV 405 p. 537, 3.* 249 cop.] *Serv. Aen. II 564 p. 304, 10.* 253 f.] *Serv. Aen. I 215 p. 83, 9.* 262 *Serv. Aen. I 203 p. 79, 3.* 264 n.] *Serv. Aen. I 41 p. 29, 8.* 265 *Serv. Aen. I 262 p. 97, 17.* 266 t.] *Serv. Aen. II 155 p. 245, 3.*

Aut bello fractas iterum densete catervas'.
Haec ubi dicta, viri gressum vertere frequentes
Ad socios; tolluntque citi sua funera campo
Sandapilis, reditura, tubis ut cuncta ciebit
Nuntius aetheria precurrens arce tonantem.

EXPLICIT LIBER I. INCIPIT II.

Fluctuat interea Wido crebroque retractat,
Milite quo bellum moveat, quę pectora sollers
Protendat ferro. Placuit sententia demum,
Sollicitet patria populos tellure quietos,
Unanimes quo bella ferant viresque reducant
Effetas paribusque solum potiantur habenis.
Summe deus, qui cuncta foves, qui cuncta creasti,
Qui regis imperio celum mare sidera terras,
Qui facis, astra micent et signa micantia currant,
Te precor: intende et mihimet succurre roganti
Ac sensus infunde meos, commertia belli

II 7 foues et qui *V*

268 *Aen. XII 264.*
II 3 *cf. Pind. Theb. 277; Stat. Th. III 449.* 11 *cf. I 174; Aen. X 532.*

Glossae. 268 densete] coadhunate. sicut Servius ⟨*Aen. VII 794 p. 195, 27*⟩ dicit, 'denseo, denses' dicimus, aliter non; sed falsum est 269 haec ubi dicta] sc. sunt 271 sandapilis] plebehis feretris ut] quando, vel postquam ciebit] commovebit. 'ciere' est proprie fletum alicui commovere 272 tonantem] Christum dei filium

II 1 fluctuat] tristatur, anxiat retractat] cogitat et considerat 2 milite] pro 'militibus' bellum] inter 'bellum' et 'prelium' haec est differentia: nam bellum dicitur omne tempus vel quo preparatur aliquid necessarium pugne vel quo pugna geritur; prelium autem dicitur conflictus ipse bellorum sollers] 'solon' lingua Oscorum dicitur totum; inde 'sollers', qui astutus est in omnibus et studiosus 3 in hac constructione, i. e. 'placuit sollicitet' subiunctivus ponitur pro infinitivo; in qua licet addere 'ut' et sine ea proferre demum] novisime 4 sollicitet] sc. ut — populos] Gallie dicit 5 unanimes] concordes quo] ut 6 effetas] [effetas,] exhaustas; tractum est a mulieribus, que frequenti partu debilitantur potiantur] 'potior' et genitivo et accusativo et ablativo iungitur, licet nonnulli negent posse proferri per accusativum; Terentius ⟨*Ad. V 4, 16*⟩ 'patria potitur commoda', sic et hoc loco 'potiantur solum'; per genitivum Cicero ⟨*in Catil. II 9, 19*⟩ protulit 'rerum potiri volunt' 7 summe deus] invocatio est 9 astra] ab Astreo quodam dicta sunt, velud quidam ⟨*Mart. Cap. 812 p. 303, 23 Eyss.*⟩ dicit; grecum nomen est. 'astra micent' stellas dicit, que nonnisi cum caelesti spera moventur; dicendo autem 'signa micantia currant' septem planetas commemorat, quarum iugi motu tempora dinoscuntur, sic enim scriptum habes ⟨*genes. 1, 14*⟩ 'et sint in signa et tempora et dies et annos' 10 '-met' particula est, addita causâ metri 11 infunde] comple; 'infundere' est quasi interius fundere commertia[vicissitudines

---

268 denseo denseņs *V*
II 2 b.] pugna gerit[2] *sic V; cf. Serv. Aen. VIII 547 p. 276, 14* s.] quia stutu *V* 3 p.] hanc *V* subiunctillus *V* d.] nouisime *sic V* 4 p.] galilee *V* 6 e.] effetas *del. man. ant.* p.] patrie *V* potiantur. solum *sic V: distinxi* ('potiantur ⟨habenis⟩'; solum *Duemmler)* 9 dicit: dicitur *V* sint: sin *V*

271 s.] *Fulg. expos. serm. antiq. § 1 p. 111 ed. Helm.* c.] *Serv. Aen. VI 468 p. 71, 5.*
II 2 s.] *cf. Bernheim p. 144³.* 6 e.] *Serv. Aen. V 396 p. 624, 26.* p.] *Priscian. G. L. III 281, 16 sqq.*

Illectosque duces vili subnectere cartę
Quo valeam! Prior arma rapit iam Gallicus heros,
Aerios ducibus montes superantibus auctus,
Anscherio cum fratre simul, qui iure protervo
Quingentos acuunt propria de gente ministros,
Instructos animo et gladiis, nec viribus infra.
Gauslinus tercentum equites fera bella volentes
Pręcelerare iubet; pariter contendit Ubertus
Bis centum pro laude viros; eadem omnibus arma
Et cultus similis patrięque in pectore vires.
Arma legens inimica iterum Thyrrena iuventus,
Inclita gens dudum terreque marisque duello
Apta satis, modo sed male fida et degener, ultro
Bella cupit; pariterque cohors Camerina superbit
Munere natorum subigitque in bella sodales
Mille. Sua virtute magis sed, prole supinus
(Post monstrata fides) centeno milite letus
Pauper adhuc Albricus abit iamiamque resultat
Spe Camerina, utinam dives sine morte sodalis!
Quid, furibunde, ruis, sotiis ad crimina lectis,
Ragineri? Non consilio nec viribus ullis
Vincitur, aethereo causas qui pensat Olympo

---

22 leges *V; cf. gl.* 29 *fort.* adit

13 *Duemmler p. 22, qui eo capite collegit, quae de singulis militibus a poeta commemoratis nota sunt.* 15 *i. e. auctus (a) ducibus, sc. Anscherio et fratre eius.* 25 *sf. Stat. Th. II 328.* 27 *minuitur offensio constructionis (cf. gl.) ea re, quod* sua *ἀπὸ κοινοῦ ad utrumque nomen referri potest.* 33 *Aen. VI 579.*

Glossae. 12 illectosque] conductos, coadunatos subnectere] subiungere cartę] metonimia est; per id quod continet id quod continetur. nam per 'cartham' scripturam vult intelligi que in cartha continetur; est autem adtenuatio scriptoris. — cartha dicitur a cartino oppido 13 Gallicus heros] i. e. Wido 15 cum fratre simul] cognominis erat duci Gallorum, i. e. Wido iure protervo] i. e. bellico more 16 acuunt] instruunt 17 infra] inferius 19 contendit] ducit 20 pro laude] pro favore sue virtutis eadem] similia 21 cultus] habitus 22 legens] eligens inimica] pro 'inimicorum' 23 inclita] gloriosa 24 male fida] minus fida ultro] sponte, nullo cogente 26 subigit] compellit. 'subigo' polisemus sermo est; nam aliquando 'compello' significat, ut Virgilius (*Aen. VI 567*) 'subiitque fateri', aliquando 'acuo', ut ipse alibi (*Aen. VII 627*) 'subiguntque in cote secures', aliquando 'frico', ut item ipse (*Georg. III 256*) 'et pede prosubigit terram, fricat arbore costas' 27 sua] propria. ordo est 'supinus prole, sed magis sua virtute'. nam quod dicit 'post monstrata fides', hoc est, quia solus in prelio regem vulneravit 28 fides] veritas rei 30 spe Camerina] nam Camerinam marchiam postea tenuit. certum est, quia Albericus interfecit comparem suum Widonem in ponte, cupidus honoris; ideoque obtat iste, pervenisse eum ad culmen honoris sine nece amici 31 furibunde] 'furibundus' dicitur similis furenti 33 pensat] considerat, diiudicat Olympo] Olimpus est mons inmense altitudinis utpote cacumine suo ventos et nubes transcendens; unde pro nimia altitudine sua celo coęquatur. dicitur autem Olimpus quasi 'ololampus', id est totus ardens

---

12 c.] metominia *V ut gl. IV 12* Carthagine *Duemmler; sed cf. Bernheim p. 146* 24 u.] nullu *V* 26 subigitque fateri *Verg.* costas *Verg.*: totas *V*

12 c.] *διὰ τοῦ συνέχοντος τὸ συνεχόμενον, i. e. per 'cartam' vult intellegi scripturam; cf. gl. IV 12.* 24 m. f.] *Serv. Aen. II, 23 p. 219, 13.* 26 *Serv. Aen. VI 302 p. 53, 21; tertium exemplum add. glossator.* 31 *Serv. Aen. IV 646 p. 576, 1.* 33 O.] *cf. Bernheim p. 148.*

Quique Berengario Latium concessit avitum.
Collectos etiam ducit Willelmus amicos
Tercentum lorica habiles galeaque minaces,
Nec iaculo segnes. Totidem propellit Ubaldus
Consimili fervore. Vacat non denique vulgus
Instabili motum studio modicisque magistris
Profari, quandoque manent hij sorte labores
Doctiloquos; michimet summam tetigisse duelli
Sufficiat. Veniunt etiam, discrimina campo
Qui nuper tulerant, numero ter mille, magistris
Conserti pariter stupido restantibus arvo.
Infandum! foret his satius cecidisse duello,
Quam miseros vidisse dies; nam dispare fato
Disperiere: iubet tandem Lamberticus horror
Precipuum truncare; siti perit alter in arvis,
Ungrorum cupit infaustas differre sagittas;
Tertius alta poli scandit supremaque ponti
Tristis, ut almificis sese sustollere sceptris
Forte queat — hominum pro mens ignara futuri!
Nunc acies glomerant, bellum numeroque minantur

---

35 uuulelmus *(sic) V: recepi formam* Willelmus *et palaeographia et glossa v. 38 commendatam*

38 *non vacat eos profari, qui a ducibus minus memorabilibus adducti sunt.* 43 *cf. Stat. Th. IV 63.* 47 *i. e. Lamberti horror (die Furcht vor Lambert); cf. III 210.* 52 *cf. Aen. IV 508; Stat. Th. V 718.*

Glossae. 34 avitum] antiquum ac per hoc nobile 36 habiles] aptos minaces] minas inferentes 37 nec iaculo segnes] i. e. studiosos; litotes est propellit] cogit, impellit 38 consimili] quo Willelmus etiam ducebat vulgus] hoc nomen et masculini et neutri generis invenitur; sed iuxta analogiam masculini generis esse debet, quia nullum nomen in '-us' desinens secundę declinationis neutri generis invenitur apud Latinos nisi 'pelagus', quod et ipsum grecum est 40 manent] prestolantur, expectant sorte] per sortem 41 summam] sc. partem 42 discrimina] pericula. hactenus Thirrenos duces commemoravit. nunc de his dicit, qui in primordio bellorum semper cum Widone fuerunt 43 numero] per numerum magistris] ductoribus 44 conserti] coadunati stupido] non qui stupuit, sed qui stuporem (in)cussit restantibus] remanentibus 45 infandum] exclamando dictum est foret] esset satius] melius 46 miseros dies] in quibus miserabiliter perierunt dispare fato] dissimili morte 47 tandem] vacat 'tandem'; et est versus de his, qui tibicines vocantur, quibus datur aliquid ad solam metri sustentationem. est autem 'tibicinis' proprie furca apposita ad sustentationem ruentium parietum; unde Iuvenalis (*sat. 3, 193*) ait, de incommodis urbis loquens 'nos urbem incolimus tenui tibicine fultam' 48 precipuum] Magemfredum significat alter] Evrardum vult intelligi 49 U. c. i. d. s.] sc. dum differre] vitare 50 tertius] [de] Sigefredum dicit 'alta poli' dicit propter altitudinem montis, ubi munitionem habuit; 'supprema' autem 'ponti' ideo, quia lacui etiam se commisit 51 sustollere] subtraere sceptris] subtrahitur modo 's' causa metri; aliquando nec scribitur, ut illud 'tum laterali dolor certissimu nuntiu mortis' 52 forte] eventu aliquo pro] interiectio 53 numero] multitudine

---

40 m.] expectat *V* 42 euidone *V; fort. latet forma* Guido *vel* Quido *(cf. III 299 et gl. II 102)* 44 st.] cussit *V* 47 tibicinis *sic V* 48 intelligi *ex* intellegi *corr. V* 50 t.] de *delevi;* de Sigefredo *Duemmler* a. p.] montis: multis *V* monitionem *V: correxi; praecedit* montis autem ị ponti *V (volueratne* ideo*?)* 51 sust.] substraere *V* sc.] certissimū nuntiū *V*

47 *prior pars a Servio sumpta Aen. VI 186 p. 37, 14; in Iuvenalis versu Lucani scholiasta (VII 404 p. 548 ed. Weber) solus exhibet* incolimus *pro* colimus *(sed* fidicine *pro* tibicine*).* 51 s.] *Lucilii v. 1153 Lachm. unus servavit Maximus Victorinus G. L. VI 217, 1.*

Laetantes, timidisque etiam brevis addita virtus.
Per medios Wido incedens gratatur amicis
Exultatque animis et spe iam precipit hostem:
Qualis ubi abruptis fugit presepia vinclis
Tandem liber equus campoque potitus aperto,
Aut ille in pastus armentaque tendit equarum
Aut assuetus aquę perfundi flumine noto
Emicat arrectisque fremit cervicibus alte
Luxurians, luduntque iubę per colla, per armos.
  Senserat horrisonos tandem sevire furores
Armipotens, Latii decus et spes inclita: belli
Arma ciet, primisque virum regnique ministris,
Otius ascitas cogant in prelia turmas,
Imperat, ac latas vacuent habitantibus urbes.
Iussio torva means Italo iam perfurit arvo,
Conveniant nocuo rursus decernere ferro,
Quis pia iura placent; notas excita per urbes
Lęta novare nefas ardet (sic prepete motu
Comit equos artusque terit thorace) iuventus.
Nec mora, Walfredus ter mille resumit amicos;
His manus in capulo, primis ac fervor ab armis
Hostilem turbare globum; nec fortior alter,
Hostica quem pubes bello vereatur euntem,
Ausona cui faveat. Pariter, tria fulmina belli,

---

64 *distinxi; Berengarius enim ipse* armipotens *(i. e. heros) et* Latii decus et spes inclita *dicitur; cf. IV 21* 70 excide *V: corr. Duemmler coll. I 160* (exinde *Valesius)*

54b = *Stat. Th. IV 12.* 56—62 = *Aen. XI 491—497.* 63 *sqq. imperat, (ut) cogant ac vacuent.* 69 *cf. Aen. XII 282.* 72 *cf. Stat. Th. IV 43.* 75 *cf. Aen. IX 409.*

Glossae. 54 'brevis virtus' definitio est timidi exercitus; quod est timidus exercitus, brevis virtus 55 gratatur] gratulatur, vel gratias agit 56 precipit] preocupat 57 qualis ubi ...] anaculaton est 63 tandem] demum, novissime 64 armipotens] armorum potens 65 ciet] commovet 66 ocius i. e. celeriter, est enim positivus antiquus; nec enim comparativus esse potest, ubi nulla est comparatio ascitas] collectas, evocatas 67 l. v. h. u.] i. e. dilectum faciant; dilectus apud antiquos evocatio militum dicebatur habitantibus] pro 'abitatoribus' 68 iussio] i. e. clarigatio torva] terribilis 69 'conveniant decernere' greca figura est conces⟨sa⟩ solis poetis 70 quis] pro 'quibus' pia iura] i. e. fedus pii regis excita] commota 71 nefas] prelium ardet] cupit, vel festinat; nam utrumque significare potest motu] gestu corporis 72 comit] ornat iuventus est multitudo iuvenum, iuventa etas, ⟨Iuventas⟩ autem apud fatuos dea dicebatur 73 Walfredus] hic precipuus erat amicorum Berengarii 74 in capulo] in elte; sc. erat primis ab armis] i. e. a primo bello 75 globum] multitudinem fortior] sc. erat, sc. illo Walfredo 76 'hostica quem pubes' licenter dictum est, non regulariter, nam secundum regulam 'hostilem' diceret vereatur] timeat 77 cui faveat] i. e. cui favere debeat

---

57 anaculaton *sic V* 65 ecōmouet *V* 67 l. v. h. u.] id̉ (= id est) *scripsi:* ul̉ (= vel) *V* 69 concessolis poetis *(ex* poetas *corr.) V* 72 i.] Iuventas *addidi ex Servio Aen. I 590 p. 176, 12* 76 h.] quam *V* 77 cui cauere *V*

66 o.] *Serv. Aen. VIII 555 p. 278, 5.* 68 i.] *clarigationis nomen debet Servio Aen. IX 52 p. 313, 28 et X 14 p. 384, 13.* t.] *Serv. Aen. X 170 p. 407, 15.* 69 *Serv. Aen. I 318 p. 116, 4. 7.* 71 a.] *Serv. Aen. IX 196 p. 327, 3.* 74 in c.] *cf. gl. I 172.*

Supponide coeunt; regi sotiabat amato
Quos tunc fida satis coniunx, peritura venenis
Sed, postquam hausura est inimica hortamina Circes.
Hos mille et quingenti equites comitantur euntes,
Obtecti Calibum pectus de more metallo
Gentis et umbrati nitidis a vertice cristis.
Teutonico ritu sexcentos urguet ovantes
Leutho viros, etiam simili strepit agmine frater
Bernardus; stimulant longis calcaribus armos
Alipedum cuncti et cludunt latera ardua parmis:
Germanus sic bella gerit. Nec segnis adibat
Albricus, Tyberine, tuas non sanguine lymphas
Qui fraude infecit, quingentaque robora belli
Educit patriis horrentia viribus atque
Francigenis olim duris exercita ludis.
Iamque more impaciens glomerat Bonifacus amicos,
Alter ab adverso, ac paribus circumdatus armis

80 horrtamina *sic V* 88 abibat *V: correxi* 90 Quis *V; 'non is, qui tuas lymphas sanguine infecit'; Duemmler p. 27 quae de Alberico narrat ('der fast durch Widos Hand erlegt worden wäre'), ex hoc loco concludi non possunt: comparatur (ut v. 94 Bonifacius) cum altero Alberico, Widonis sectatore, de quo cf. gl. II 30 et Duemmlerum p. 23* 91 atqui *V*

84 *cf. Aen. VII 741.* 86 *cf. III 257.* 87 alipedes *equos passim Vergilius et Statius dixerunt.* 93 *Bonifacus ac Berardus ducunt trecenos.*

Glossae. 78 'Supponide' patronomicon est a patre. et per [metaplasmum] sistolen corripitur 'po' sillaba; vel per licentiam, que est in propriis. tres autem fuerunt filii Supponis in prelio: Adalgisus, Wifredus et Boso regi] Berengario amato] dilecto 79 t. f. s.] quia soror eorum coniux regis erat 80 hausura] admissura. nota res est, cuius hortamine perierit. nam Circe secundum fabulam filia Solis fuit, que ospites ad se venientes quibusdam herbis et carminibus in diversas mutabat figuras: bene ergo 'Circe' dicitur mulier illa, cuius suasionibus permutavit regina statum rationis honeste. interpretatur autem [in] 'Circe' 'manuum iudicium' 82 obtecti] sc. ipsi equites Calibum] Calibes populi sunt, apud quos ferrum in venis terrae invenitur; unde Sidonius Apollinaris (*carm. 5, 40—42. 46*) ait: 'ut medium solio sese dedit, advolat omnis terra simul; tum queque suos promentia fructus exponunt: fert Indus ebur, Caldeus amomum, arma Calips, frumenta Libes, Campanus Hiachum' obtecti pectus] notissima figura de more] secundum consuetudinem gentis sue̜ 83 nitidis] fulgidis cristis] galeis 84 Teutonico] Germanico 85 Leutho] hic Germanus erat agmine] impetu 87 alipedum] equorum ardua] excelsa parmis] scutis sine umbone 88 quare autem Germane̜ gentes tam recte et procere stature sint, beatus Hieronimus (*in Ezech. 16, 4 sq. tom. V col. 147 ed. Vallarsi*) manifestat, dicens infantes illarum gentium usque ad tertium vel quartum annum fasciis circumligari nec segnis] sed celer 89 'Tiberine' dictum pro Tibri. in sacris namque 'Tiberinus', in oratione 'Tiberis', in poemate 'Tibris' apud antiquos dicebatur; sed hec confundebant poete lymphas] aquas 90 infecit] maculavit 92 exercita] pro 'exercitata' 93 more] tarditatis Bonifacus] pro 'Bonifacius'; sincope amicos] sc. ab inferioribus 'numero tercentum' 94 adverso] i. e. inimico vel contraposito. nam supra commemoratus est alter Bonifacius; veruntamen est aliqua in nominibus facta differentia

78 S.] metaplasmum *delevi; glossator errorem statim correxisse videtur recto termino addito; de systole cf. velut Serv. Aen. I 73 p. 41, 9 sqq.* subponis *V, tamquam a subponendo* 80 uenienientes *V* in *delevi* 82 C.] mediō̄ *V* terras si multum *V* provincia fructus exposuit *Sidonii codices; interpolatio agnoscitur* fer *V* libes *etiam Sid. codd.* 88 *Hieron.*: usque ad secundum enim et tertium annum *(locum indicavit Bernheim p. 150)* 89 T.] hec: h̄ *sic V* 94 na supra *V*

80 *et elocutio poetam sapit et versum efficiunt haec verba* permutat reginā statum rationis honestae; *de Didone dicta putabam, neque vero inveni. Circes etymon habet Fulg. myth. II 7 p. 48, 3.* 82 o.] *cf. gl. I 163.* 83 cr.] *Serv. Aen. VII 185 p. 140, 12.* 89 T.] *Serv. Aen. VIII 31 p. 203, 25 vel Isid. or. XIII 21, 27.* 93 a.] *sc., secundum sequentia (v. 95), 'numero tercentum'.*

Berardus numero tercentum. Maxima vulgi
Pars Italo vibrant omnes de more sarisas,
Orbe latusque tegunt clipei pro Marte sinistrum.
Advolat Azo ferox subigens in bella sodales,
Vicinoque suas cogens ab limite turmas
Olricus, Latium Adriacis qua clauditur undis
Ac labor est sęvis gladios pretendere Hiberis.
Farier illectos studio Mavortis utrimque
Pontifices vereor, strictis ingentia dictis
Prętereo; Rheni licitum nec foedera paucis
Effari: hinc alio libitum transmittere cursus.
  Ut tandem collecta bonus videt agmina ductor,
Assilit in medium nitidis cernendus in armis,
Talia dicta ferens: 'Nostri munimina regni,
O proceres, proibere minas Widonis iniquas
Sitne pium, sapitis, dudum qui funera campo
Experti, mavult igitur quod tendere fastus
Nunc etiam, rebus finem quam ponere fessis.

---

101 Avaris *Valesius scite; nec obstaret glossa, quippe quae sic ab ipso poeta viro illarum rerum inprimis gnaro scripta esse nequeat: neque enim Liguriam Adriaticum mare lavat. At in glossa legendum videtur* Liburniam, *ut haec ad Italiam etiam relata sit* 106 *novum caput incohavi propter v. 105* 111 *distinxi ex gl.*

100 *cf. Aen. XI 405.* 109 *Aen. III 265.*

Glossae. 95 tercentum] sc. glomerat m. v. p.] definitive dictum est, quod sunt illi tricenti, id est 'maxima pars vulgi'; silicet pro multis aliis sufficiunt 96 sarisas] 'sarise' dicuntur astae longe Macedonum lingua, sicut 'pilum' proprie dicitur hasta Romana lingua; ergo 'sarisas' pro pilis dixit 97 orbe] rotunditate clipei] 'clipeus' dicitur quasi 'clupeus' a verbo 'clopeo' i. e. cęlo; vel dicitur greca etimologia apo tu cleptin somata i. e. a furando corpora; est enim clipeus maius scutum pro Marte] i. e. causa Martis i. e. belli 98 subigens] compellens sodales] socios 99 vicino] Azo siquidem et Odelricus vicini sibi erant 100 'Adriacis undis' i. e. undis [adri] Adriaci maris; dicitur autem Adriacum mare vel ab Adria civitate quam alluit, vel quia saxosum est; nam petra grecę adra vocatur qua] adverbium est per locum: i. e. ab illo limite, qua L(atium) c(lauditur) A(driacis) u(ndis) 101 Hiberis] Hiberi dicuntur Hispani ab Hibero flumine, a quo tota Hispania Hiberia dicta est. nam Ispani per Adriaticum mare furtim ad Liguriam, que pars est Italie, navigantes maximam inferunt vastitatem ideoque dixit 'qua labor est sevis gladios pretendere Hiberis' 102 illectos] provocatos, vel adunatos utrimque] ex utraque parte, i. e. ex parte Ber̄. et ex parte Quid: 103 pontifices] episcopos st. i. d. pr.] sc. idcirco ingentia] magna; absolute dictum 104 prętereo] pro 'transeo' Rheni] Rhenus unus est ex tribus principalibus fluviis Germanie. dicitur autem Rhenus a Rhodano; nam ex una provincia ambo fluunt licitum] sc. est 105 libitum] placitum, sc. est cursus] seriem narrationis 107 nitidis] splendidis 108 nostri munimina] effexegesis sequentis nominis, i. e. procerum 110 pium] i. e. iustum campo] in campo 111 sensus est: 'vos, o proceres, qui experti estis prius bellum et qui vidistis socios Widonis prostratos in campo, vos sapitis, si iustum est, quia post tanta damna cessare deberet' mavult] magis vult fastus] superbiam 112 nunc etiam] i. e. post tot funera

---

95 m. v. p.] silicet *sic V* 96 astrae *V* 100 adri adriaci *V* dicitur: dūr *V* saxosā *(sic) V: correxi; cf. schol. Lucani II 615 p. 169 et Iohannem de Ianua a Webero ascriptum* (.. Adria, -driae: mare quoddam, eo quod sit magis petrosum), *necnon Isid. or. XIII 16, 6* 101 ab: ad *V* Liguriam*: cf. app. ad v. 101* 102 u.] berunt *et* quidus *V: compendia reduxi* 104 pro transeo *scripsi:* pertranseo *V* Rh.] Germanie *V: immo* Europae *(cf. Isid. or. XIII 21, 30* est autem Germaniae fluvius inter tres Europae maximos fluvios computatus*); sed lapsus ipsius glossatoris est* 111 *fort.* si iustum est ⟨Quidonis minas prohibere iniquas⟩, quia ....

96 *Serv. Aen. VII 664 p. 179, 3.* 97 c.] *cf. Serv. Aen. II 389 p. 281, 20 et Isid. or. XVIII 12, 1.* 101 *Serv. Aen. XI 913 p. 573, 2 vel Isid. or. XIV 4, 28.* 104 *Isid. or. XIII 21, 30.*

Arma referte citi et claram defendite terram,
Me duce, quem dudum precibus sustollere fasces
Hortati'; dixitque. Diu cessare duellum
Turba fremens queritur; subito concussa tumultu,
Vix labara opperiens. Ferus omni in pectore sęvit
Mortis amor cedisque: nichil flagrantibus obstat:
Precipitant redimuntque moras — sic litora vento
Incipiente fremunt, fugitur cum portus; ubique
Vela fluunt, laxi iactantur ubique rudentes;
Iamque natant remi, natat omnis in ęquore summo
Anchora, iam dulcis medii de gurgite ponti
Respicitur tellus comitesque a puppe relicti.
   Campus erat dudum studio dampnatus iniquo;
Huc ambę tendunt acies squalentibus armis,
Et iam bella vocant. Alias nunc suggere vires,
Qui pensas tacita mundum ratione, creator.
Fatalem populis ultro poscentibus horam
Admovet atra dies, Stygiisque emissa tenebris
Mors fruitur caelo bellatoremque volando
Campum operit nigroque viros invitat hiatu
Arma ciens aboletque domos, conubia, natos.

---

113 claram *scripsi ob glossam* nobilem: caram *V*   114 sustolere *V*   127 surgere *V*   133 tiens *V*

117b—124 = *Stat. Th. VII 137b—144.*   125 *spreta glossa de Punico bello secundo intellegit Bernheim p. 140; non recte.*   127 *cf. Stat. Th. VIII 373.*   129—132 = *Stat. Th. VIII 375—378* (hiatu *plurimi codd., sed falso; at* amictu *Lindenbruch ex codd.).*   133—138 = *Stat. Th. VIII 385—387a. 388b—391* (sola putria; pinguia *poeta fort. ex Th. IV 444).*

Glossae. 113 referte] iterum ferte   claram] nobilem   115 hortati] sc. estis   116 queritur] murmurat; ideo videlicet, quia Wido prior movebat bellum   subito] nimium desiderium monstrat bellare volentium   117 labara] vexilla; grecum est   opperiens] expectans, sc. ibat   ferus] multa ab hoc loco pene circa finem huius libri de Statio sumpta sunt   118 flagrantibus] desiderantibus   119 precipitant] pro 'precipitantur'   redimuntque moras] i. e. tarditatem suam nimia celeritate compensant   vento] quo navigatio peragi debet   120 fugitur] relinquitur   ubique] 'ubi' aliquando causa enclisis producitur, ut hoc loco; nam naturaliter brevis est   121 rudentes] funes navis, a stridore sic nominati   123 anchora] hoc nomen apud Grecos aspiratione caret, licet aspiratio proprie Grecorum sit; illi enim ankyra dicunt   medii] 'medium' dicitur, quicquid inter finem et initium est   125 dudum dampnatus] quasi diceret 'ex tempore primi belli destinatus'   126 huc] pro 'illuc'   squalentibus] splendentibus   127 a. n. s. v.] invocatio est   suggere] subministra   128 pensas] dispensas   tacita] occulta   129 fatalem] mortalem   130 Stygiisque] infernalibus   131 Mors] personaliter introducitur modo Mors per poeticum phasma   caelo] luce 'bellatorem' campum, ubi bellum fiebat. nam aliter dicimus bellatorem equum, per quem bellum fit, atque aliter bellatorem virum, qui bellum gerit   132 nigro: nocuo vel mortifero. nam 'nigrum' mortiferum antiqui dicebant; Horatius (*sat. I 4, 85*) 'hic niger est, hunc tu, Romane, caveto'   133 ciens] commovens   abolet] delet, a memoria sc.

---

117 *cf. adn. ad carmen*   120 u.] enclisis *V recte, quod* que *encliticum est (cf. Serv. Aen. I 116 p. 54, 8):* ectasis *Bernheim (coll. Donato G.L. IV 396, 14)*   123 a.] ille *V*   ankyra *(y ex* i *corr.) V*   131 c.] lucae *V; de s. Luca cogitabat bonus monachus*

119 *Lact. Theb. VII 139 p. 343* ut tarditatis moras celeritate compensent.   121 *Isid. or. XIX 4, 1.*   123 a.] *Serv. Aen. I 169 p. 67, 21; Isid. or. XIX 2, 15.*   m.] *Serv. Aen. X 674 p. 458, 27.*   126 s.] *Serv. Georg. IV 91 p. 326, 32.*   132 *Horatii versum habet Serv. ecl. 5, 56 p. 60, 15 et Georg. I 320 p. 200, 2.*   133 a.] *Serv. Aen. IV 497 p. 555, 8 et Lact. Theb. VIII 385 p. 397.*

Pellitur et patrie et, qui mente novissimus exit,
Lucis amor animisque ultra thoracas anhelus
Conatur galeęque tremunt horrore comarum.
Quid mirum caluisse viros? flammantur in hostem
Cornipedes niveoque rigant sola pinguia nimbo.
Iamque ruunt, primusque virûm concurrere pulvis
Incipit ac spatiis utrimque aequalibus acti
Adventant mediumque vident decrescere campum.
Pulcher adhuc belli vultus: stant vertice coni,
Plena armenta viris, nullus sine preside vector.
At postquam rabies et vitę prodiga virtus
Emisere animos, sternuntque ruuntque vicissim
Ictibus innumeris. Haud tanta cadentibus Hedis
Aeriam Rhodopen solita nive verberat arctos.
Interea Widonen adit Walfredus ovantem
Cedibus (haud regem, sed eum qui nuper ab arvis
Sequanicis illectus erat); capit eminus ipsum
Asta viri valido nimium contorta lacerto,
Extremo galee primoque in margine parmę
Semita qua lucet: clauso spiraminis haustu

---

135 amor animisque *V; Statii hemistichia duo 387ᵇ. 388ᵃ num ipse poeta omiserit, dubitari potest, cum de producta* -or *nihil notatum sit in glossa (cf. tamen II 264);* animusque . . anhelus *apud Statium editur, sed lectio incerta (cf. Kohlmann)* 145 Et misere *V* 147 solida *vg. ex Statii edd., sed ibi ex suis codd. Behottius enotavit* solita arct' *in mg. V* 149 sed enim *V: correxi*

139—141 = *Stat. Th. VIII 395—397* (et spatiis). 142—143 = *Stat. Th. VIII 402—403* (nulli s. p. currus). 144—145ᵃ = *Stat. Th. VIII 406—407ᵃ.* 146ᵃ *cf. Stat. Th. IX 555.* 146ᵇ—147 = *Stat. Th. VIII 407ᵇ—408 (*non tanta; solida, *cf. app.).* 151 *cf. Stat. Th. VIII 495. II 538. V 141.* 152 = *Stat. Th. IX 746.* 153 *cf. Stat. Th. IX 641* interior caeli qua semita lucet; *locum verbis satis similem, sententia longe diversum non afferrem, nisi dubitarem, an vulgata apud Statium lectio* lucet *(cod. Put.* ducit, *quod recepit Kohlmann) hoc versu confirmari posset.*

Glossae. 134 patrię] sc. amor 135 thoracas] grecum nomen est habens in accusativo plurali 'a' ante 's', ideo corripitur anhelus] i. e. vim fervoris sui animus etiam ultra thoracas monstrat nimio pulsu 136 g. t. h. c.] secundum antiquum morem dictum est, quando galeę cristas habebant comarum 137 flammantur] accenduntur 138 cornipedes] aequi nimbo] nimbus proprie est vis venti cum pluvia, sed modo pro sudore ponitur 139 ruunt] festinant 140 acti] commoti 142 coni] galeę. a parte totum; nam conus est sumitas galeę 143 armenta] equi n. s. pr. v.] sc. adhuc 144 rabies] furor pugnandi prodiga] consumptrix, i. e. non curans vitam 145 ruunt] cadunt vicissim] alternatim 146 cadentibus] ad hoccasum venientibus Hedis] Aurige signum est haud longe a septemtrione, cuius pedem cum cornu Tauri una stella coniungit; hic in manu sinistra fert Edos, in humeris Capram, quę aluisse dicitur Iovem; hoc quoque signum tam ortu quam hoccasu suo efficit tempestates 147 aeriam] in aera porrectam arctos] septemtrio 148 Widonen] grecus accusativus ovantem] gaudentem 150 Sequanicis] Sequana fluvius Gallie est; hinc 'Sequanici' Galli dicuntur illectus] conductus capit] invadit eminus] a longe 151 lacerto] brachio 152 i. e. inter finem galeę et initium parme, i. e. in ipso iugulo 153 spiraminis haustu] i. e. via spiritus

---

135 th.] habens *scripsi:* hñs *V; cf. gl. I 199. Thoracis regis nomine (Serv. Aen. IX 503 p. 354, 13; in addit.)* hominis *non commendatur* 144 v. pr.] vitam: *cf. Lact. Theb. VIII 406 p. 397* mortem non curans 146 c.] ad hoccasum *Bernheim (cf. gl. sq. et IV 99):* ad h̃ casum (= hoc casum) *sic V* 147 aer.] aeram *V* 150 S.] galie *V*

142 *Serv. Aen. III 468 p. 424, 3 (*coni: cacumina galearum *Lact. Theb. VIII 402 p. 307).* 146 H.] *Serv. Georg. I 205 p. 178, 16 — 179, 2 omissis additamentis Danielinis, ut semper.*

Ilicet oppetiit. Moriens telluris alumnę
Infelix caręque domus reminiscitur; atqui
Damna modo Latiis, quia venit, adeptus in arvis.
Hinc acies sequitur ceso ductore; furitque
Alcherium sternens heros Athesinus et Othum:
Comminus hunc stantem metit, hunc a poplite sectum
Cuspide transmissa. His socios demitteret umbris
Innumeros, ni Rhodanicus succurrere ductor
Ammonitus fessis subito adforet ultor amicis.
Ut lupus, in campis pecudes cum vidit apertis —
Non auctor gregis ipse comes, non horrida terret
Turba canum, ruit ac toto desevit in arvo:
Haud aliter dirum Wido se tollit in ęquor.
Hic, celsum quod cernit ęquo turbare sodales
Erardum, indignans uno duo corpora ferro,
Cornipedemque ęquitemque, fodit: ruit ille ruentem
In dominum, lapsisque manu quaerentis habenis
In vultus galeam clipeumque in corpore calcat,
Saucius extremo donec cum sanguine frenos
Respuit et iuncta domino cervice recumbit.
Osharii comites rabido clamore vocantis
Ora ferit framea; pereunt conamina vocis
Intercepta cruore. Milo verum arma cadenti
Dum rapit, infelix Itala deprenditur asta
Ac moriens linquit clipeum hostilemque suumque.
Auxilio collecta subit tandem Ausona pubes,
Bellum ingens oritur; multum hinc illincque cruoris
Funditur et totis sternuntur corpora campis.

---

159 Communis *V* 164 auctor *V cum codd. Pindari (cf. Baehrens P. L. M. III p. 31 ad v. 489):* ductor *Valesius* 169 ruentum *V* 170 domū *V* lapsasque .. habenas *vg. ex Statio*

159—160ᵃ = *Stat. Th. VII 713—714ᵃ* (cuspide demissa; *sed ita variant codd., ut in archetypo per haplographiam* cuspide missa *fuisse appareat). Ceterum satis mirabile, utrumque tam typica morte extinctum esse.* 163—165ᵃ = *Pind. Theb. 488—490ᵃ (cf. app.).* 168ᵇ—173 = *Stat. Th. VIII 538ᵇ—543 paucis mutatis* (in pectora calcat). 176ᵇ—178 *cf. Stat. Th. VII 646ᵇ—648.*

Glossae. 154 ilicet] pro 'ilico', causa metri oppetiit] 'oppetere' dicimus ore terram petere i. e. mori telluris] differentiam faciebant antiqui in⟨ter⟩ terram et tellurem, dicentes Tellurem deam, elementum vero terram, Martianus tamen dicit esse tellurem interiorem partem illam, ubi arbores radicitus hęrent alumnę] in qua nutritus fuerat 156 modo] tantummodo 158 heros Athesinus] i. e. Walfredus, ab Athesi fluvio 159 comminus] e vicino metit] interficit 161 Rhodanicus] Rodanus fluvius est Burgondię, a Rhodo oppido sic nominatus; hinc derivativum 'Rhodanicus' 162 ultor] defensor 164 auctor] i. e. pastor 165 ruit] cum impetu venit 166 in ęquor] i. e. in campum 167 celsum] sublimem sodales] socios 169 ruit] cadit ille] equus 171 in vultus] in faciem 172 saucius] pro 'sauciatus' i. e. vulneratus 175 framea] lancea 176 cruore] sanguine verum] set 179 auxilio] ad auxilium; ut Virgilius ⟨*Aen. V 451*⟩ 'it clamor caelo' pro 'ad caelum' pubes] iuventus 180 multum cruoris] pro 'multus cruor'

---

154 o.] hore *V* t.] in terram *V* 161 *glossam* Rhodanicus ductor] Wido *intercidisse puto*

154 o.] *Serv. Aen. I 96 p. 48, 9* t.] *Serv. Aen. I 171 p. 68, 19.* 165 *Serv. Aen. XII 123 p. 590, 10.* 179 *Serv. Aen. I 6 p. 12, 10 (pro* 'in caelum'*; in cod. Cassellano manus rec.* ad caelum *corr.).*

Nam varium virtutis opus: nunc turba recedit,
Nunc premit, ac vicibus tellurem amittit et aufert;
Ut ventis nimbisque minax cum solvit habenas
Aeolus, alterno profligens turbine mundum —
Stat cęli diversa acies: nunc fortior austri,
Nunc aquilonis hiems, donec pugnante procella
Aut nimiis hic vicit aquis, aut ille sereno.
Hic, videt Anscherius fratrem quia vulnere labi
Albrici, ingemit ac rapido conamine telum
Contorquens, clamore gravi 'Sator aetheris' inquit
Sic genus omne tuum propriis discriminet arvis,
Ut fratres Italo torvus discernis in agro!'
His dictis, volat ingenti stridore per auras
Cuspis in adversum, clipeo sed pulsa rigenti
Alipedi vadit mortem latura superbo.
Hic mortem Albricus caperet, nisi proxima virtus
Tolleret hunc iuvenum sociis et redderet armis.
Milibus in mediis vadens 'Quid inertia bello
Pectora' Ubertus ait 'duris pretenditis armis,
O Itali? potius vobis sacra pocula cordi,
Sepius et stomachum nitidis laxare saginis

---

185 Aeolus *scripsi:* Aer *V. Statius (cf. adn.)* Iuppiter alternoque adfligit turbine mundum *vel* adfligitque alterno; *unde cur poeta in diis nominandis minime religiosus recederet, non erat, nisi munus ventos solvendi ei daturus erat, cuius proprie id officium est, i. e. Aeolo. Et sic demum versus recte procedit, cum poeta numquam prima versus sede posuerit spondeum vocabulum: nempe versus I 69, II 58, III 274 aliunde sumpti sunt; II 273* inter se *et IV 101* quiscum, *quae est praepositionum medio aevo condicio ambigua, licet* interse *et* quis cum *scribere*

182 virtutis — 188 = *Stat. Th. VIII 421—427; de v. 185 cf. app.* 199[a] *Aen. XII 125* 202 *Iuven. sat. 4, 67* propera stomachum laxare sagina (-nis *codd. deterr.*).

Glossae. 182 n. v. v. o.] sc. erat 183 premit] i. e. insequitur vicibus] i. e. per vices 185 alterno] diverso profligens] commovens turbine] turbo turbinis est vis venti, Turbo Turbonis proprium; turben vero turbinis vertigo fusi; hinc de Hercule legitur 'turbine precipiti rumpuntur sepe rudentes' 186 stat] horret cęli] pro aere diversa acies] diversus conflictus 187 'procella' dicitur a percellendo, eo quod cuncta percellat; est autem proprie procella grando, sed modo pro turbine ponitur 188 hic] auster ille] aquilo 189 hic] tunc fratrem] suum, sc. Widonem 191 clamore gravi] deest 'cum' 192 discriminet] dividat. 'discrimen' dicitur proprie acus, qua capillos componunt mulieres; hinc tractum est, ut 'discriminare' dicamus 'dividere' 193 torvus] terribilis 195 adversum] Albricum videlicet rigenti] duro 196 alipedi] equo latura] deportatura superbo] nobili 197 hic] illic 198 sociis armis] armis sociorum 201 sacra] exsecrabilia; nimium enim potare execrabile est 202 nitidis] lautis, delicatis

---

185 turbo turbidinis (o *above* bidi) proprium Turm̄ uero terminis uertico fusi hic de hercule legitur. Turmine *sqq. V: corr. Duemmler coll. Serv. Aen. I 83 p. 45, 5; versum frustra quaesivimus, qui ad Argonautarum expeditionem pertinuisse videtur, cuius Hercules fuit particeps; neque enim, si quis forte haec ad turben modo commemoratum ita spectare putat, ut Hercules Omphalae serviens intellegatur, fila dici poterant* rudentes 186 c.] pro 'aeris' *conieci; Serv. Aen. I 58 p. 36, 6 confert Bernheim* 187 per turbine *V* 201 exsacrabilia *V* enim *(per comp.) V*

186 st.] *Serv. Aen. II 333 p. 275, 11.* 187 *cf. Serv. Aen. I 85 p. 45, 18 et Isid. or. XIII 11, 22.* 192 *cf. Serv. Aen. XI 144 p. 494, 4 (Isid. or. XIX 31, 8).* 193 *Serv. Aen. X 170 p. 407, 15.* 201 *Serv. Aen. III 57 p. 346, 9.*

Elatasque domos rutilo farcire metallo:
Non eadem Gallos similis vel cura remordet,
Vicinas quibus est studium devincere terras,
Depressumque larem spoliis ⟨hinc⟩ inde coactis
Sustentare.' Miser voces dum tollit inertes,
Hasta subit latebras animi scrutata superbi,
Umfredi librata manu super horrida fantis:
'Infelix Galle, Ausonios ne dicere pigros
Fas tibi, (ni fallor) digitis inpacta monebit
Hasta meis'. Visu ille truci dum prospicit hostem,
Labitur et carpit moribundus dentibus erbas.
Hae diversa in parte vices utcumque cadebant.
Sevior at miseris instat regnator Etruscis
Hesperie timidumque vocat Widona per agmen,
Nil vulgare legens, sed quę dignissima vita
Funera, precipuos annis animisque cruento
Fert gladio: innumeris veluti leo forte potitus
Cedibus, imbelles vitulos mollesque iuvencas
Transmittit; magno furor est in sanguine mergi
Nec nisi regnantis cervice recumbere tauri.
Umfredum sed enim sonipes male fidus in armis
Rumpentem frenos diversa per agmina raptat,
Iam liber: sic fessa manus. Venit asta per armos
Principis et lęvum iuveni transverberat inguen,
Labentemque affigit ęquo. Fugit ille perempto
Consertus domino, nec iam arma aut frena tenentem
Portat adhuc equitem. Fratris iam menbra regebat
Arduinus equo, leva marcentia colla
Sustentans dextraque latus. Singultibus artum
Exhaurit thoraca dolor, nec vincla cohercent
Undantem fletu galeam, cum multa gementi

---

203 rutili *V* 206 Depresumque *V* hinc *add. Valesius; cf. III 41. 75. IV 130* 222 regnantes *V* 229 equidem *V*

204 *Aen. I 261.* 208 *Stat. Th. I 614 sq.* (animae *melius*). 217—218 = *Stat. Th. VIII 379—380.* 219 innumeris — 222 = *Stat. Th. VIII 593 — 596.* 223b — 229a = *Stat. Th. VII 632b — 638a* (iuveni *optimi codd., v. l.* iuvenis). 230b — 237 = *Stat. Th. II 632b — 639* (pone gravis).

Glossae. 203 rutilo metallo] perifrasis est auri 204 remordet] sollicitat 206 depressum] non elatum, sicut vos habetis larem] 'lar' ignis dicitur; sed ponitur etiam pro domibus, ideo quia in omnibus pene domibus ignis invenitur coactis] vi abstractis 207 sustentare] non farcire, sicuti supra ⟨*v. 203*⟩ diximus 209 super] insuper 211 ne fas tibi] sc. sit inpacta] emissa 212 truci] terribili 214 vices] vicissitudines cadebant] finiebantur 217 legens] eligens 219 fert] aufert 221 transmittit] preterit 223 sonipes] ęquus 224 rumpentem frenos] i. e. toto nisu retrahentem 225 liber] a rectore sc. sic fessa manus] sc. erat 227 ille] ęquus 230 equo] i. e. in equo marcentia] deficientia 231 dextraque latus] ⟨s.⟩ sustentans 232 exhaurit] aperit, laxat cohercent] constringunt 233 fletu] bene dixit fletu. sane ploratus tantum lacrimarum est, planctus tantum vocum, fletus ad utrumque pertinet multa] pro 'multum'

---

204 sollicitet *V* 206 d.] sicut: si°ut *V* (ꝺ *certum, pro* sic̄) 207 non *Duemmler:* nā *V* 231 scilicet *addidi* sustentant *V: corr. Bernheim*

207 *glossa ipsius poetae.* 233 *Serv. Aen. VI 427 p. 65, 19.*

Valde gravis curvas perfringit lancea costas.
Exit et in fratrem, cognataque pectora telo
Conserit. Ille oculos etiamnum in luce natantes
Sistit et adspecta germani morte resolvit.
Procubuere pares fatis (miserabile votum
Mortis) et alterna clauserunt lumina dextra.
Ac velut Edoni boreę cum spiritus alto
Insonat Egeo sequiturque ad litora fluctus,
Qua venti incubuere, fugam dant nubila caelo:
Sic regi, quacumque viam secat, agmina cedunt,
Converseque ruunt acies, cadit obvia pubes.
Ut vidit socios regi dare terga sequaci
Ildeprandus, abit clamans: 'Perstate, sodales;
Quid fugitis? spectate, virum si pellere ferro
Forte queam! similes artus natura creatrix
Huic dedit, ac similis sustentat viscera sanguis.
Num sacra riguit Stige? num penetrabile plantis
Hunc modo tergus obit? mortali urgemur ab hoste,
Haud legione, pium domino quę servit ad usum.'
Sic ait; et toto conixus corpore telum
Effundens, femur ingenti ferit eminus ictu
Ductoris Latii. Satis hoc, et tollere gressum
Pone citus facti cogente timore parabat;
Protinus intorquens iaculum sed ductor in hostis
Os, terebrat faciem quartis sine lege labellis,

---

249 Huhic *V* 250 *fort.* plagis 256 parat *V*

238—239 = *Stat. Th. II 642—643.* 240—244[a] = *Aen. XII 365—369*[a]. 251[b] = *Aen. X 375*[b]. 253 *Aen. X 127.*

Glossae. 236 conserit] coniungit ille] qui primo vulneratus fuit 240 Edoni] montis Tracię 241 Egeo] Egeum mare dicitur, ut quidam volunt, ab Egeo patre .... Neptuni; alii dicunt, quod vocetur a saxo, quod in eo eminet in similitudine capre: 'ega' enim grecę, latine 'capra' dicitur 248 rethorice suadet sociis 250 fabulam de Achille velud omnibus notam pretereo sacra: secundum nos execrabili, secundum gentiles revera sacra; utpote dii eorum non audent ⟨iurant⟩es illius 'fallere numen' 251 modo] tantummodo 'tergus tergoris' corium significat, 'tergum' vero '⟨ter⟩gi' dorsum; sed modo, quia de homine dicitur, 'tergus' pro pelle vel cute ponitur obit] circumdat 252 pium] bene dictum est 'ad pium usum': est enim legio, que servit domino, sed non ad pium usum, utpote legio demonum 253 conixus] antique dictum pro 'conisus' 254 eminus] a longe 255 satis hoc] i. e. sufficeret ei, potuisse vulnus inferre tam forti viro, si inlesus effugere potuisset 256 pone] retro 258 terebrat] perfodit sine lege] i. e. sine natura labellis] i. e. quattuor labris terebravit faciem; nam super duo, que naturaliter habebat, duo quasi addidit, dum vulnere turpavit vultum

---

240 traicę *V* 241 Egeo, patre ⟨Thesei, filio⟩ Neptuni *Bernheim coll. Lact. Theb. II 45 p. 82* Aegeo gurgite: mari ab Aegeo, Neptuni filio patre Theseo; *dubito autem, num glossator fabularum peritissimus Aegeum Pandionis filium hoc uno teste nec eo saepe adhibito usus Neptuni filium dixerit; plura potius interisse censeo, sic fere* Egeo, patre ⟨Thesei, quem alii filium dicunt⟩ Neptuni 250 n.] uchille *V* s.] audientes *V: correxi ex Servio Aen. VI 134 p. 29, 15—20; cf. imprimis extrema verba* ut dii iurantes per eius *(i. e. Iovis)* matrem non audeant fallere 251 t.] tergum uero gi *V praeter consuetudinem; cf. Serv.*

236 *(bis) Lact. Theb. II 638 p. 129.* 240 *Serv. Aen. XII 365 p. 609, 20 male contractus, nis forte glossa corrupta est.* 241 *Isid. or. XIII 16, 5; cf. app.* 251 t.] *Serv. Aen. I 211 p. 81, 16.* 253 *Serv. Aen. I 144 p. 62, 3.* 256 *Serv. Aen. III 3 p. 334, 1.*

Increpitans: 'Secreta tibi committere nullus
Audebit, Thirrene, dehinc, quod apertus habunde
Hac illacque flues. Sint hęc monimenta, minorem
Te frustra voluisse meis illudere telis!'
Ille quidem evasit, socium circumdatus armis;
Sed victor, animi tota succensus in ira,
Innumeram ferro plebem ceu letifer annus
Aut iubar adversi grave sideris immolat 'Ite'
Vociferans 'vestroque duci narrate, Latinos
Dividat an recte vobis mea lancea campos!'
Tyrrheni proceres iterum hinc atque inde pudore
Collecti statuunt gressum firmantque vicissim
Undique sese armis, oriturque miserrima cędes
Amborum et ferrum ferro sonat; undique mixtis
Inter-se stridunt mucronibus. Instat utrimque
Densa acies rursusque novo resperse cruore
Arva madent, ruit Hesperias dum Phoebus in undas.
Quis modus ulterior vel quę discretio belli,
Ni finem daret aetherea sator orbis ab aula?
Nocte instante solo tandem spissisque tenebris
Concedunt męsti et trucibus dirimuntur ab armis.

⟨EXPLICIT LIBER II. INCIPIT⟩ III.

Tanta per Ausonios defervere pręlia campos,
Non modo finitimis, longe sed Fama remotis

---

260 thyrrrene *V (sed y ex corr.)* || *cf. subscriptionem libri primi*

265—266 immolat = *Stat. Th. VII 709—710.* 271 *Aen. II 411. XI 885.*

Glossae. 259 increpitans] exprobrans 260 habunde] habundanter 261 hoc emistichion de Terentio ⟨*Eun. I 2, 25*⟩ mutatum est, translatum a prima persona ad secundam 263 ille] Ildebrandus socium] pro 'sociorum'; sincope est medie sillabe. dicit autem Plinius, quod hec concisio facienda est tantummodo in masculinis nominibus, que neutra non habent, ne similis sit genitivus pluralis nominativo singulari neutrorum, sicut hoc loco 'socium' pro 'sociorum' (facit enim 'socius socia socium'); tamen invenitur usus huiuscemodi concisionis licet non frequens etiam in his, que ex se faciunt neutra: Terentius ⟨*Heaut. prol. 26*⟩ 'oratos vos volo, ne plus iniquum possit quam equum oratio' pro 'iniquorum' et 'equorum'; Statius ⟨*Theb. I 609 sq.*⟩ 'lateri duo corpora parvum dependent' pro 'parvorum' 264 victor] rex 265 letifer] pestilens 266 adversi] pestiferi 'grave iubar' Sirion stellam dicit, que estivis mensibus coniuncta soli graves morbos et pestilentias facit immolat] interficit 267 duci] Widoni 271 miserrima] digna miseratione 274 novo] recenter fuso 275 dum] donec 276 modus: finis; sic Iuvenalis ⟨*sat. 7, 100*⟩ 'nullo quippe modo millesima pagina surgit' discretio] divisio 277 sator] creator 278 n. i. s.] bene dicit noctem instare solo i. e. terre; nam non penetrat celum, dum certum sit eam non ascendere ultra lunarem circulum; nichil enim aliud est, nisi umbra terrę 279 concedunt] finem inponunt ⟨bello⟩ dirimuntur] separantur

III 2 modo] tantummodo finitimis] vicinis

---

261 mutuatum *Duemmler* 263 s.] siccope *V* huiusscemodo *V* horatio *V*; *nimirum in hac Terentii et Statii vicinia de Horatio cogitabat librarius* 276 d.] diuiso *V* 278 ultra lun. c. n. e. a. e. n. u. t. *in mg. sinistra repetivit V* 279 c.] bello *addidi*

263 s.] *Serv. Aen. II 18 (cf. Thilo ad p. 217, 18); Prisc. inst. VII 24 G.L. II 306, 9 (= Plinii librorum dubii sermonis VIII rell. coll. Beck p. 21).* 266 g. i.] *Verg. Aen. X 274 et Serv. Georg. I 218 p. 182, 13.* 276 m.] *Serv. Aen. IV 98 p. 480, 22.* 278 *Serv. Aen. IV 7 p. 461, 17.*

Dum canit, Arnulfi Germanica iura prementis,
Brengario sed enim regum per stemmata iuncti
Tendit ad imperium solito magis hispida plumis,
Amplectens una populum saevumque tyrannum
Gutture profuso. Coquit ille in pectore curas,
Moxque vocans genitum 'Duros, Sinbalde, maniplos'
Inquid 'age, et ⟨ra⟩pidis Italos pete cursibus agros,
Rex ubi Brengarius audentes ardua Gallos
Insequitur bellis; tamen hos per vulnera dicas
Aut montis subito (mirum) succrescere partu:
Tot veniunt. Tantumne potis perferre dolorem,
Nostra ut progenies propria vexetur in aula?
Nec tibi bella dari vereor, si iunctus amico
Iveris; at muris dicas servare superbos
Forte animam neque velle tuis famularier armis:
Esto, vices mutabo dehinc et moenia scindam
Ausonię, rutilam donec veniatur ad aulam
Clavigeri, et totos Araris vacuabo furores.'
Paret ovans patri simili succensus amore
Mox Sinbaldus et electo comitante ministro
Ingrediens Latium quosdam premittit, amico
Pacificum referant sese qui tollere gressum
Consimili fervore. Subit pater obvius olli
Brengarius, celsas nimium qua tollit in arces
Se regnum ac subitis Rhenos discriminat oris.
Hic, ubi congressu dextras iunxere decoro,
Rex inquid prior: 'O iuvenum fortissime, nostros

III 3 rura *Valesius* 9 pidis italos per te *V* 13 tantum nepotis *V*

III 8 *Zwentibald.* 28 *sq. Aen. VIII 467. 469; Stat. Th. II 149. 151.*

Glossae. 3 latenter monstrat Arnulfum incubatorem regni 4 per stemmata] per lineam generationis 5 s. m. h. pl.] pennata enim describitur Fama apud Maronem ⟨*Aen. IV 180*⟩; hinc est quod dicit 'hispida plumis magis solito': magna nempe nuntiabat 7 ille] Arnulfus 10 'audentes ardua' dicit, quia contra fortissimum contendebant 11 dicas] pro 'dicere potest aliquis' 12 mirum] exclamatio 13 sensus est: tot Galli veniunt contra Berengarium, ut dicas eos aut succrescere per vulnera aut subito partu montis; et quia hoc incredibile erat, exclamando addidit 'mirum'; sane, quia per montes ingrediebantur, ideo finxit hoc potis] i. e. possibile est. sensus est: numquid possibile est nobis perferre tantum dolorem? 14 propria] iure sibi debita 17 animam] vitam famularier] obedire 18 'esto' grecum adverbium concedentis est scindam] ⟨'s'⟩ subtrahitur 19 rutilam] claram veniatur] sc. a nobis 20 clavigeri] caelestis Araris] i. e. populi circa Ararim habitantis vacuabo] i. e. vacuos reddam 25 consimili] ut Gallos silicet odio habeat, sicut [ibi] Ber. habebat pater] reverentie nomen est olli] pro 'illi' 26 i. e. circa iuga montium occurrit illi 27 regnum] Italie subitis] altis Rhenos] Germanos discriminat] dividit 28 decoro] uti reges decet 29 rex] Ber.

III 3 arnullum *V* 5 Sennata *V* 13 v.] sobito *V* ingredibile *V* ingrediebatur *V* 18 sc.] 's' *add. Bernheim; cf. gl. II 51* sceptris 20 v.] uacuus *V* 25 c.] sicut Ber. *scripsi:* sicutihiber *V* (*'vel* sicu tibiber' *Schaus*); *error inde natus, quod librarius* sicu $\overset{1}{\imath}$ ber *legere sibi videbatur;* sicut ibi Ber. *vel* sicuti hos Ber. *Duemmler*

III 3 *cum elocutione cf. Serv. Aen. VII 266 p. 147, 6.* 18 e.] *Serv. Aen. IV 35 p. 467, 27.* 25 p.] *Serv. Aen. VII 327 p. 152, 15.* 27 Rh.] *cf. Casaubonum ad Pers. sat. 6, 47 (p. 328 ed. Duebner).*

Cur nolis penetrare locos, cunctatio nulla est.
Nuntia vera satis. Solum rogitare necesse,
Incolumem quia te nostris conspectibus offers,
Si fruitur pater optatis tuus, optime, rebus.'
Inquit at ille: 'Valet genitor, commune levamen;
Teque valere cupit, pacatis foedere campis
Mansuro Latii. Celeres idcirco subegit
Nos petere Ausonias collecto milite terras'.
Interea loca tuta petit dux Gallicus, atqui
Non geminis obstare sua virtute tyrannis
Posse videns. Illi fremitu miserabile clusos
Irritant, hinc inde solum peragrando Latinum.
Verum ubi cuncta silere vident hostilibus ausis,
It monitu regis patrias Sinbaldus ad oras,
Quod solus queat hostilem superare furorem.
  Tertia vix lunę se cornua luce replerant,
Hic lętus patriam postquam concessit ad aulam,
En Wido agmen agens iterum renovare furores
Accelerat; contra ductor depellere pestem
Instruit arma pius tantosque rescindere fastus.
Nec latet Arnulfum, rursus succrescere bellum
Hesperia: Widonem etiamnum milite fretum
Affore cervicesque procaci adtollere fastu
Audiit; ac solio, quo forte sedebat, eburno
Exilit ingentique domum clamore replevit:
'Fortia iussa cito, scribe, sulcate papyris,

---

30 uelis *V: correxi* (vělit *recte III 205*) 43 In *V*

34 commune levamen *appositio non ad* pater, *sed ad totum enuntiatum praecedens (?).* 45 *Aen. III 645.*

Glossae. 30 locos] 'locos' et 'loca' facit Virgilius: (*Aen. I 306*) 'exire locosque explorare iubet' cunctatio] dubitatio 31 nuntia vera satis] sc. sunt rogitare] interrogare 32 hęc per parenthesin dicta sunt 34 commune] i. e. meum et tuum 36 mansuro] duraturo subegit] compulit 37 collecto milite] singularis numerus pro plurali 38 dux Gallicus] Wido 39 geminis] duobus; 'gemini' autem sunt proprie fratres simul nati tyrannis] regibus 40 miserabile] pro 'miserabiliter' 41 irritant] provocant 43 regis] Ber. 44 solus] ipse rex 45 replerant] pro 'repleverant'; tam enim in prima, quam in secunda coniugatione preteritum plusquamperfectum invenitur pati concisionem in quibusdam verbis 46 hic] Sinbaldus 48 contra] econtra depellere pestem] figurata locutio; 'instruit arma depellere pestem' i. e. ad depellendum 49 fastus] superbiam 51 Hesperia] in Hesperia etiamnum] adhuc; una pars orationis. iste versus caret cesura, si 'etiamnum' pro una parte accipitur; hoc et Virgilius fecit in hoc versu (*Aen. XII 144*) 'magnanimi Iovis ingratum ascendere cubile' 52 cervicesque] 'cervix' singulari numero collum significat, plurali vero superbiam, sicut hoc loco 55 scribe] silentiarii papyris] secundum Romanum morem dicit, qui in papiro scribere solent. ΥΠΑΛΛΑΓΗ, i. e. 'sulcate papiros fortibus iussis'

---

30 l.] iubet *ad Vergiliana verba ascivi, memoria scholiastam lapsum ratus eo facilius, quod apud Vergilium 'constituendi' verbum synonymum fere legitur* 51 e.] adhuc ona *V* versum magnanimi *V ex dittogr. litterae* m 55 p.] *fort.* Romanorum ΥΠΑΜaΓΗ *V*

30 l.] *Serv. Aen. I 306 p. 112, 23.* 39 g.] *Serv. Aen. II 203 p. 254, 18.* 52 *Serv. Aen. II 707 p. 322, 7.* 55 p.] *cf. Wattenbach, Schriftwesen*[3] *p. 108.*

Actutum populos cogant quae adstare iubenti
Quam varios linguis tam duros pectore et armis.
Namque iuvat Latio clarum me visere amicum,
Quem tociens Rhodanus vexat properante Lemanno
Milite. Quo fugient ergô? caelumne subibunt
An latebras terrę quęrent liquidive profundi?
Oderit Hesperię, faxo, dux nomen amatę
Improbus, extremis terrae vel postus in oris!'
Talibus infessus metuenda mole catervas
Pręstruit irarumque graves emittit habenas:
Eridanus veluti nivibus fervore solutis
Pręruptum exit in arva fluens camposque per omnes
Cum stabulis armenta ruit, radicitus alnos
Litoreas fluctu undarum labente resorbens.
Iamque solum tenet Ausonium dux ille verendus,
Cum Widonis abit rancore soluta superbo
Fama in castra rei. Sociis extemplo vocatis
Tunc ait: 'O proceres, quid opus depromere verbis,
Quo res imperii mergantur pondere belli,
Collectis quando Hister adest hinc inde fluentis
Excidio nostri? Moneo, servate secundis
Rebus eo vosmet, tantis ac parcite bellis,
Abscedat donec proprios Arnulfus ad agros'.
Pingue solum interea regum dum lustrat uterque,

---

65 *Aen. XII 499.* 67 *sq. Aen. II 497 sq.* 71 *fama rei abit in castra Widonis.* 76 *Aen. I 207.* 79 *Georg. I 64.*

Glossae. 56 actutum] celeriter iubenti] sc. mihi 57 varios linguis] multis barbaris gentibus imperabat Arnulfus; ideo dicit 'varios linguis' 58 Latio] in Latio. amant poete detrahere prepositiones provintiis locis regionibus et econtra addere urbibus 59 Rhodanus] i. e. hii qui iuxta Rhodanum morantur Lemanno] pro 'Alemanno', aferesis 60 fugient] sc. Galli ergô] causalis coniunctio est caelumne subibunt] arbitratur nullo modo illos posse effugere 62 sensus est: faciam, ut Wido hodio habeat nomen amate Hesperie, non solum ⟨si⟩ iuxta fuerit, sed etiam si in extremis oris terrę positus fuerit faxo] i. e. faciam; defectivum est, sed multa significat 63 improbus] bene 'inprobum' dicit, qui totiens repulsus non desistebat vel] etiam postus] pro 'positus' 64 mole] magnitudine 65 pręstruit] colligit 66 fervore] calore 67 pręruptum] nomen pro adverbio 'prerupte' 68 ruit] eruit, modo activum est radicitus] i. e. a radice vel cum radice 70 verendus] metuendus 71 rancore] 'rancor' proprie dicitur raucitas vocis cum superbia 72 extemplo: statim; apud antiquos namque augurum sermo erat 75 Hister] fluvius Germanię 76 excidio] ad excidium secundis] prosperis 77 eo] ideo

---

59 id est hii *scripsi:* idhn *V;* id est homines *Duemmler (cf. gl. III 20), sed* hominum *nomen per compendium in codice numquam, ni fallor, scriptum est* 60 e.] casuî *V: corr. Duemmler in adn., edens* casus vel*; quod Serv. Aen. VI 670 p. 94, 8* casum *dixit, ad* causa, *non ad* ergo *pertinet* 62 amate *Duemmler ex carmine:* ciuitate *V* si *add. Duemmler*

58 *cf. Serv. Aen. I 2 p. 7, 18 sqq.; I 38 p. 27, 8; al.* 59 L.] *cf. Serv. Georg. IV 278 p. 341, 23.* 62 f.] *cf. gl. III 228 et Serv. Aen. XII 316 p. 606, 3* faxo: faciam; *quae de vario formae sensu dicit, nescio unde petita sint.* 68 r.] activum *i. e. transitivum.* 72 *cf. Serv. Aen. I 92 p. 46, 18 (ubi* statim *non est nisi in plenioris commentarii codd.; ceteri* ilico *tantum agnoscunt); II 699 p. 321, 9; VI 210 p. 40, 4.* 75 *Isid. or. XIII 21, 28.*

Pergami ad veniunt urbem; quam detinet ultro
Munitam iaculis nimium sudibusque preustis,
Natura tribuente locum satis arcibus aptum,
Ambrosius pesti miser heu devotus iniquę.
Qui regum infelix postquam defertur ad aures,
Obsidione iubent densa circumdare muros,
Ne capiat socium quemquam exteriusve remittat,
Dispersi donec populi tot luce sequenti
Conveniant captumque locis emittere firmis
Vi certent, ausit rursus ne talia quisquam.
Postera cum primum stellas Aurora fugaret,
Urbis ad excidium properat Germana iuventus
Undique luctifico sonitu compulsa tubarum;
Hic fossas implent alii muroque propinquant,
Pars scalis etiam tendunt conscendere turres.
Urget enim utrorumque nimis presentia regum,
Moenia quod retinent carum, pro munere dantum.
Omne genus contra telorum effundere cives
Prędurisque parant hostes detrudere contis;
Nec possunt obstare tamen (tot milibus acti
Deficiunt), verum cadit hic cum fragmine muri,
Ille ruit fossus iaculo, sine viribus alter
Stat rationis inops. Reclusis undique portis
Urbs patet hostili iamiam confusa tumultu.
Ecce verenda prius nullo sub honore tenentur
Atria; nam scissis pereunt velamina vittis
Virginis, impulsusque sacer fugit ipse minister,
Quorundam stringunt ambas quia vincula palmas,
Oscula quae solitę sacris sentire litatis.
Ambrosius, auctor sceleris fomesque malorum,
Ut tandem videt inmites dominarier hostes

80 ad veniunt *scripsi ex gl. (cf. IV 60)*: adveniunt *vg.* 83 deudeuotus *V* 102 Sta *V*: *cf. app. I 224* 103 Urs *V*

81 *Aen. VII 524.* 84 *postquam de hoc infelice (i. e. de Ambrosio) ad regum aures delatum est.* 90 = *Pind. Theb. 635* (fugarat). 93—98 *cf. Aen. IX 506—510.* 107 *quia quorundam (sacerdotum) manus inter caerimoniam oscula (piorum) sentire solitas vincula stringunt.*

Glossae. 80 'Pergami ad urbem' pro 'ad urbem Pergamum'; endiadiin est, i. e. una res divisa in duas. Virgilius (*Aen. I 247*) 'urbem Patavi' dixit pro 'Patavium'. corripitur producta vocalis altera supsequente vocali et in hoc et in sequenti versu 82 arcibus] munitionibus 85 densa] frequenti 89 ausit] pro 'audeat' 90 adventu namque diei obscurantur stelle ideoque 'fugari' dicuntur 93 hic] tunc 94 tendunt] contendunt 96 carum] precipuum 98 detrudere] repellere 99 acti] compulsi 100 verum] attamen 101 fossus] vulneratus 102 rationis inops] ignarus consilii reclusis] apertis 104 verenda] metuenda, reverenda 105 'atria' ab atro dicuntur i. e. a fumo; nam in porticibus quondam philosophabantur sapientes, ibi etiam prandebant antiqui; sed modo 'atria' pro templis dicimus vittis] ligaminibus 106 virginis] etiam sacrate virgines corrumpebantur 'ipse minister' enfasis est, id est exaggeratio 108 quae solitę] sc. erant litatis] sacrificatis 109 fomes] nutrimentum

80 endiadi*in (s *fort. man. 1 ss.*) *V* 105 a.] philosophantur *V* 106 i. m.] exaggeneratio *V (cf. gl. I 150)*

80 *Serv. Aen. I 247 p. 92, 15 et Aen. I 41 p. 29, 3.* 105 a.] *Serv. Aen. I 726 p. 202, 3. 9.*

Arcibus, ascensu celeri petit ardua turris,
Nil sibi sub tanto fidens superesse periclo,
Edibus ingenuis quondam orto Marte refertis.
Pellitur inde tamen, victis accinctus et armis
Arnulfo manibus trahitur pos terga revinctis.
Ille calens ira, testatur cuncta creantem,
Arboris hunc ramis subito demittier altę.
Pro genus invisum loeti, suspendere ventis
Debita membra solo! mortalibus altera rerum
Pars datur ac membris prohibetur gleba caducis.
Hinc igitur iuvenum solvuntur frigore mentes:
Urbibus excedunt laxisque repagula portis
Discindunt hostesque feros in moenia linquunt.
  Sed quia non illis predo tutacula terris
Obtinuit, subito Etruscas procinctus ad oras
Vertit iter regum imperio Romana petentum
Atria; ne, summa forsan quia mansit in aula,
Haud latuisse queat Gallus se dicere, postquam
Fluctivagas Rheni Arnulfus remearit ad undas.
Fugerat hinc; Romana vafer sed culmina tandem,
Ne lepidos caperent, liquid fędata, tyrannos.
Hij tamen accitis hostilia crimina pandunt
Signiferis, vexilla iubentque educere castris
Viribus ac totis clausas insistere portas,
Vi saltem reserantis adire ut limina celum

---

113 morto *V: corr. Morelli (cf. app. gl.)* 122 excidunt *V* 129 rheri *V*

111 *Aen. VIII 221.* 115 *Pind. Theb. 540.* 119 *coniunge* mortalibus membris caducis. 125 procinctus *nomen subst.; cf. gl.* 127 *ne forsan Gallus (i. e. Wido) post Arnulfi reditum dicere queat se non latuisse (i. e. er habe sich nicht versteckt), quia in aula manserit.* 130 *Romana culmina, ne ea reges caperent (i. e. iis placerent), foedavit.* 133 *Aen. XI 20.* 135 *cf. I 9.*

Glossae. 111 ardua turris] pro 'arduam turrim' 113 ingenuis] liberis Marte] pro 'armis' 115 Arnulfo] solum Arnulfum hoc loco commemorat, ne Berengarius utpote pius tam dire mortis conscius esse videatur trahitur] ducitur 118 pro] interiectio ex persona poete 120 altera pars rerum: i. e. aer; nam partes rerum quattuor sunt, ex quibus hic due commemorantur 121 hinc] i. e. ex hoc quod suspensus est Ambrosius frigore] i. e. timore. frigus enim et timor reciproca sunt, i. e. pro se invicem ponuntur 122 repagula] seras 123 discindunt] dividunt 124 predo] Wido tutacula] refugia, munimina 125 procinctus] militaris expeditio 129 remearit] pro 'remeaverit' 130 vafer] callidus, astutus 131 'lepidos' i. e. iucundos; tractum est hoc nomen a suavitate leporine carnis; et ab uno utrumque 'lepidum' vocavit tyrannos] reges 132 citis] evocatis 134 clausas insistere portas] 'insisto illam rem' dicimus, non 'illi rei'; quod qui dicunt, decipiuntur propter 'insto illi rei'. Virgilius ⟨*Aen. VI 563*⟩ 'nulli fas casto sceleratum insistere limen' 135 ordo est: 'saltem ut vi liceat adire limina principis aecclesię reserantis celum'

---

113 M.] *siquidem recte legitur in carmine* orto *recteque intellego aedes tum, cum Mars oriebatur, ingenuis (militibus) refertas, hanc glossam ad v. 114 pertinere et sic scribendam esse consequitur* armis: pro armatis 121 *supra* frigore *iterum* timore *glossae loco* 131 l.] *ab uno, qui recte* lepidus *dici poterat, sc. Berengario, hoc epitheton ad Arnulfum quoque rettulit et utrique commune fecit; nihil ergo mutandum*

121 f.] *Serv. Aen. I 92 p. 46, 21.* 131 l.] *cf. Papias s. v.* lepos, lepidum. 134 *Serv. Aen. VI 563 p. 79, 8.*

Principis aecclesię liceat, ne frivola tantos
Propellant figmenta viros et vota retardent
Pręsenti promissa loco templisque dicatis.
Talibus imperiis talique hortamine regum
Induvias rapiunt cuncti Mavortis anheli,
Commissas avidi ferro proscindere portas.
Iam quia parta sibi speculantur nigra Quirites,
Undique dissutis reserant penetralibus urbem
Admittuntque duces veneranda ad delubra mites.
Hic ubi perfectis nituere altaria votis,
Ardet inexpletum ductor proferre furorem
Barbarus; infrenes animos sic ira fatigat.
Quid faciat, quo se vertat, quę moenia visat,
Ignorat rationis inops. Nam summa tenebat,
Spes ubi pestiferis restabat postera Gallis.
At ductor Latii sotium sine more tyrannum
Ut videt ingruere, placido sic pectore coepit:
'Desine, rex venerande; satis virtute peractum,
Nec decet ulterius socios deducere Rhenos.
Nam si itidem Wido victis spem ponit in armis,
Adveniat tumidus dextra hac (sine, posco) domandus,
Te dominante viris antiquo foedere iunctis'.
Mitior his dictis patitur repedare volentes
Barbaricos proceres diverso ab limite lectos
Germanę princeps metuendus et arbiter aulę.
  Vix proprios tetigit fines rex ille verendus:
Legirupis en Wido tubis rediviva resumit
Agmina, item vetitos cupiens pervadere campos.
Sevior ipse etiam regni pater hostibus arma
Molitur, tantos avidus finire labores.

165 auidos V^1

141 *Aen. IX 675.* 149 *cf. app. I 224.* 152 *Aen. I 521.* 154 *cf. III 27 cum gl.* 155 *cf. I 137; Aen. II 676.*

Glossae. 136 principis] Petri 'frivola' dicuntur quasi 'fere obola' sc. valentia: † qui enim frivolum vanum et vile 137 propellant] repellant 140 induvias] loricas; ab induendo 141 commissas] clausas. 'commissas portas' dicit clausas, nam 'commissura' dicitur tabularum coniunctio proscindere] dividere 142 speculantur] provident nigra] adversa Quirites] Romani 143 dissutis] divisis et apertis 144 admittunt] recipiunt 145 hic] tunc ubi] postquam 147 barbarus] Arnulfus. 'barbarus ductor' dicitur, quia barbaris gentibus imperabat; nam aliter non procedit, quia supra *(III 4)* dixit eum Berengario parentela coniunctum infrenes] indomitos 150 postera] postrema 152 ingruere] instare placido pectore] habitum monstrat futurę orationis 156 sine] permitte 160 arbiter] iudex arbiter aulae] hoc emistichion Sedulii est *(II 78)* 162 legirupis] legem rumpentibus rediviva] renascentia 164 pater] Berengarius

136 f.] ferre *V; cf. Papias s. v.* frivolum qui *(sic V per comp.)* enim *sqq. gravissime corrupta (cf. similem errorem gl. I 164); sententia haec fere esse poterat* proprie enim frivolum va(s vocatur va)num et vile *(cf. Isid. or. IX 7, 26)* 152 i.] *glossam a v. 153 e codice huc revocavit Schaus* 160 a. a.] emisticnion *V; cf. gl. III 245*

140 *Papias s. v.* frivolum*; Isid. or. XII 4, 47.* 141 c.] *Serv. Aen. IX 672 p. 370, 20.*

Interea sors lecta dei circumdata saccis
Vota facit vultum lacrimis altaria circum
Suffusa; has imo referebat pectore voces:
'O rerum genitor, cuntis metuenda potestas,
Imperio qui bella regis pacemque perhenni,
Da tantos cessare dolos; da, criminis auctor
Veloci pereat loeto; da tempora nostro
Longa duci, quando gemina fert laude coronam,
Virtutis merito et generis quod stemate pollet'.
Audiit ista sator, totum qui curvat Olymphum:
Mortis adesse diem cogit fera bella moventi,
Sic tamen, ut proprio componat lumina lecto.
Ultima lux instat, nec iam spes ulla diei,
Cum vocat hic natum tanto pro funere mestum,
Haec monita fractis promens memoranda loquelis:
'Nate, vides quam dura premant dispendia vitam,
Quae pater ille hominum vetiti pro crimine pomi
Intulit et rupto maculavit foedere massam.
Nec ultra patriis poteris tutarier armis;
Namque rapit natura diem somnumque reducit.
Percipe verba tamen positi sub fine parentis
Et, ratione vales quacumque, ascissere forti
Brengario. Hunc etenim fato meliore sequetur
Hesperia, et nostris etiam dominabitur arvis'.
Nec plura effatus, medio sermone resistit,
Et vitam pariter moriens et famina linquit.
Lętantur populi, Mortis cecidisse ministrum,
Et curis solvunt animos ac Marte lacertos:
Ut cum sole malo tristique rosaria pallent
Usta noto; si clara dies zephirique refecit
Aura polum, redit omnis honos emissaque lucent
Germina et informes ornat sua gloria virgas.

---

189 armis *V*

168 *Aen. V 409.* 169 *cf. IV 17. 41 et Paulin. Nol. carm. 4, 1 cum Hartelii adn. p. 379, quamquam ibi ante* rerum *distinguendum videtur.* 173 *cf. Hrotsv. Mar. 394.* 175 curvat Olympum *i. e. sidera torquet (Aen. IX 93).* 182 *Sedul. I 70.* 189 nostris arvis *i. e. Galliae.* 190 *Aen. IV 76.* 194—197 = *Stat. Th. VII 223—226* (pallent *cum plerisque codd.,* pendent *Put.).*

Glossae. 166 sors lecta dei] i. e. sacer ordo saccis] ciliciis 171 criminis auctor] i. e. Widǫ 173 duci] i. e. Berengario quando] siquidem 175 Olymphum] i. e. cęlum 177 componat] finiat sc. non in bello moriatur 180 memoranda] digna memoria 181 dispendia] damna 182 pater ille hominum] i. e. Adam 183 rupto federe inter se et deum massam] i. e. totum genus humanum 184 patriis] i. e. paternis tutarier] defendi 185 diem] i. e. vitam somnum] mortem 187 ascissere] asociare; nam inperativus modus est 194 Statii (*Theb. VII 223—226*) comparatio est 195 usta] siccata 197 sua] propria

---

187 inperitinus *V*

177 c.] *cf. gl. III 284.*

Pars quoque magna virûm properant Widone sepulto
Orantes veniam Latii ductoris ad aulam,
Dum Widone satum invalido comitante ministro
Deficiunt duplici nimium discrimine mestum,
Morte patris simul ac notis abeuntibus armis.
At recolens precepta patris iubet ire sodalem,
Qui pacem petat ac regem summissus adoret,
Ne memor esse velit genitoris bella gerentis,
Sed legat in regnum sociali foedere amicum
Miliciȩque etiam, Mavors si quando, ministrum,
Bella ciet. Dux interea venerabilis aevo
Fert pietatis opem venientibus ultro maniplis:
Nec Gallos abicit nec crimina ponit Etruscis,
Prȩtendit solito verum pia viscera cunctis.
Nuntius in medio demum ut Lanberticus adstat
Et, quȩ sit fortuna viro pacisque voluntas,
Edocet, ipse pater miti sic pectore reddit:
'Aequa referre malis nimium sacra iura recusant.
Namque poli sensum demissum traximus arce,
Cuius egent prona et terram spectantia. Mundi
Principio indulsit communis conditor illis
Tantum animam, nobis animum quoque, mutuus ut nos
Affectus petere auxilium et prȩstare iuberet.
Nec genitus gignentis habet pro crimine noxam,
Veridico cecinit quondam velut ore propheta.
Quapropter veniat noster dicendus amicus
Hac ratione, fide violet ne iura protervus,

---

214 mitis *V*

199 *Aen. I 519.* 202 *Stat. Th. III 708.* 204 *Stat. Th. VIII 284.* 216—220 = *Iuven. sat. 15, 146—150 paulum mutata constructione* (animas *pro* animam). 221 *sq. Ezech. 18, 20.* 223 *er komme, und er soll mein Freund heissen unter der Bedingung, dass ...*

Glossae. 199 orantes veniam i. e. pacem, nam et Virgilius ⟨*Aen. I 519*⟩ sub eodem sensu protulit 200 Widone satum] Lanbertum 201 discrimine] tristitia 202 abeuntibus] recedentibus 203 patris] sc. sui; i. e. que pater moriens dederat sodalem] i. e. unum ex sodalibus 204 summissus adoret] humilis precetur 205 genitoris] Widonis sc. 206 legat] eligat; notanda est distinctio precis: nam petebat se amicum (i. e. equalem) legi foedere (i. e. societate) regni, ministrum vero ⟨miliciȩ⟩ 207 Mavors] pro 'Mars'; dieresis 208 ciet] commovet dux] Berengarius 209 opem] auxilium 210 ponit] constituit, reputat 211 pia viscera] i. e. affectum pietatis 214 miti pectore] abitum future ostendit orationis 215 aequa referre malis] i. e. mala pro malis sacra iura] i. e. divina precepta ⟨*Rom. 12, 17; Thess. I 5, 15*⟩ 217 prona et terram spectantia] sc. animalia mundi principio] i. e. cum crearentur 219 nobis animum quoque] non solum animam, sed etiam animum 222 'propheta' dicitur quasi 'porro fans' i. e. futura dicens 224 fide] pro 'fidei'. notanda hoc loco sententia Servii ⟨*Aen. I 156 p. 65, 3*⟩ qua dicit, non esse apocopen, si dicamus 'fide' pro 'fidei'; nam docet obliquos casus numeri singularis nominativo plurali maiores esse non debere

---

206 notandū *V (cf. gl. III 230)* societatē *V* miliciȩ *ex carmine add. Duemmler* 224 obliquos: qbliq̈os *V* singularis: sclis *V tamquam a radice 'saeculi'* a nominativo *V*

199 o. v.] *Serv. Aen. I 519 p. 160, 8.* 217 *cf. glossae Pithoeanae ed. Lommatzsch, quaest. Iuvenal. (ann. philol. suppl. XXII) p. 503:* t. sp.] animalia *(cf. plenum Cornutum ad sat. 15 ed. Hoehler, progr. Ettenhem. a. 1890 p. 22).* 222 *Isid. or. VII 8, 1.*

In levi cumulans genitoris pectore technam.
Sin tenet ille dolum iuvenili mente resumptum,
Colligat arma cito patrique simillimus ultro
Exercens studium faxit per bella periclum'.
Percipit haec hilaris postquam iuvenilis alumnus,
Procidit et supplex regi veneratur amorem,
Quo tellus, pelagus servant atque astra tenorem,
Ne pontus liquidis arvum subvertat habenis
Aut ignita poli mergantur sidera lymphis.
Hinc remeans, iuveni defert sua nuntia voti,
Ordine cuncta monens. Tandem rex optimus atque
Lanbertus properant, ubi fertilis unda Ticini
Alluit egregiam fluvii cognomine dictam
Urbem, in qua soliti regem spectare Latini.
Mutua verba serunt postquam, promittit uterque
Mansurum foedus, roseis dum vecta quadrigis
Fluctibus Oceani perfunditur orbita Phoebi
Aut tellus immota manet nec pondere cedit
Undique pulcra tuens vertentem sidera mundum,
Si tot vita virum posset durare per annos.
O iuvenale decus, si mens non leva fuisset!
Sepe datas voluit pacis rescindere dextras
Fraudibus inventis; sed enim ratione sagaci
Deprendis, pater alme, dolos ac murmura tempnis.

---

229 anlumnus *V* 231 pellagus *V (cf.* tellus*)* 239 *distinxi* 246 *an* volvit *(sc. animo)?* pacis *bis V*

229 *i. e. alumnus adulescentis, nuntius Lanberti.* 240 *III 291; Aen. VI 535.* 245 *cf. gl.*

Glossae. 225 levi] 'levis' quando vanum significat, corripitur 'le-'; cum vero nitidum et planum significat, producitur technam] fraudem; grecum est 226 resumptum] coactum 227 colligat] coadunet 228 studium] bellandi, utpote iuvenis faxit] faciat; defectivum est periclum] probamentum 229 percipit] audivit alumnus] non a quo nutritus est, sed quem nutriebat 230 amorem] deum; amor enim, quo cunta elementa consistunt et tenorem suum servant, deus est. notanda distinctio verborum 'supplex regi veneratur deum' 233 ignita] bene dixit 'ignita', nam omnes stelle a sole accenduntur. distat siquidem inter 'igneum' et 'ignitum'; nam igneum est constans ex igni, ignitum vero extrinsecus ignem accipiens 234 hinc] dehinc iuveni] Lanb(erto) sua voti] propria voto, i. e. que secundum votum erant 235 cuncta] ea, que ⟨a⟩ rege didicerat 238 urbem] Papiam dicit, que ex nomine fluvii Ticinum vocatur spectare] videre; ibi enim generalia concilia geruntur a Latinis, convocante illos rege 239 serunt] miscent 240 roseis: pulcris; nam 'roseum' pro pulcro ponitur 241 orbita Phoebi] rota Solis. vulgarem oppinionem exsequitur 242 immota manet] naturalem legem exequitur: terra enim media omnium elementorum immobilis manet, quia quo cadat, non habet, nam undiquesecus ima est cedit] succumbit 243 tuens] intuens 245 leva] instabilis si mens non leva fuissèt] Virgilii ⟨*ecl. 1, 16; Aen. II 54*⟩ semistichion 246 rescindere] discipare dextras] antiquum morem commemorat dicendo 'dextras pacis'; antiqui enim coniunctione manuum pacem faciebant, unde Virgilius ⟨*Aen. VII 266*⟩ 'pars mihi pacis erat dextram tetigisse tiranni' 248 pater alme] apostropha ad ipsum regem tempnis] pro 'contempnis'

---

230 veneratur: uene͛ *V* 233 acenduntur *V* 234 i.] Lanberto *scripsi (in archetypo fuit* lanb.*)*: lanbertɔ *V; nuntius a Lanberto ad Berengarium missus 'ea quae a rege (Berengario) didicerat', omnia domino suo Lanberto refert* 235 a *add. Duemmler* 242 i. m.] regem *V* non habet non undiquesecus *V* 245 *fort.* emistichion; *cf. gl. III 160* 246 d.] antiquam morem *V* erit *Verg., quod reponendum puto*

240 *Serv. Aen. I 402 p. 135, 2; II 593 p. 305, 9.* 242 i. m.] *Mart. Cap. VI 599 p. 202 Eyss. (ubi v. 18* undiquesecus*).*

Tertia mox tamen hunc Latio produxerat ęstas
Ubere telluris potientem, pace sequestra —
Ecce dies instat iuvenilibus ęmula factis,
Mortis acerba ferens. Studio iam vadit in altos
Venandi lucos, cupiens sibi mittier aprum
Informem aut rapidis occurrere motibus ursum.
Avia sed postquam nimio clamore fatigant
Pręcipites socii, ipse uno comitante ministro
Dum sternacis equi foderet calcaribus armos,
Implicitus cecidit sibimet sub pectore collum,
Abrumpens teneram colliso gutture vitam.
Bucina triste canens disiunctos usque sodales
Convocat ac domini loetum crudele resignat —
Hoc sonitu nemus omne tremit fugiuntque volucres
Elapsę pennis possessaque lustra relinquit
Omne pecus: tanto sonitu glomeratur utrimque
Lecta manus comitum, disrupto et gutture mutum
Flebilibus iuvenem vocitat clamoribus. Ille
Nititur infelix fractas proferre loquelas:
Succidit in mediis equidem conatibus ęger:
Ulterius nec lingua valet, nec verba secuntur.
Haut segnes socii crates et molle feretrum
Arbuteis texunt virgis ac vimine querno
Exstructosque toros obtentu frondis inumbrant.
Hic iuvenem agresti sublimem stramine ponunt,
Qualem virgineo demessum pollice florem
Seu mollis violę seu languentis hiacinti,

---

256 comitantae *V; hac versus sede ae scriptum a poeta esse veri dissimillimum* 265 disrupto *sic V* 270 Aut V^1, Haud V^2 seges *V* 274 virgeneo *V* 275 hyacinthi V^2

255 *Aen. IX 605.* 257 *Aen. VI 881* (spumantis; sternacis *ex Aen. XII 364).* 268 *cf. gl.* 270 *cf. gl.*

Glossae. 249 tertia ęstas] i. e. tertius annus hunc] Lanbertum Latio]· in — 250 ubere] ubertate sequestra] media inter se et Beringarium 251 ęmula] invida 252 acerba] inmatura altos] secretos; vel revera altos, quia in montibus 254 informem: aut magnum, vel quia ursus tempore quo nascitur, forma caret; dicitur enim quedam caro nasci, quam mater lambendo in membra componit 257 equi] incespitatoris 260 usque] valde vel nimium 261 resignat] manifestat 263 lustra] stabula 264 pecus dicitur quicquid humana effigie caret et propria vita movetur 267 fractas] mortis vicinitate interceptas 268 iste locus Virgilianus est ⟨*Aen. XII 910—912*⟩, sensus e sen⟨su translatus⟩ succidit] subsistit 270 hic locus Virgilii ⟨*Aen. XI 64—72*⟩ est, verbum e verbo translatus segnes] 'segnis' dicitur hebes, quasi sine igne ingenii

---

254 labendo *V* 268 sensus e sen *V:* sen⟨su⟩ *Duemmler;* translatus *addidi coll. gl. III 270* 270 s.] signis *V*

252 ac.] *cf. gl. I 61.* alt.] *Serv. Aen. I 26 p. 22, 17; posterior glossae pars ab altero auctore addita esse videtur.* 254 *Serv. Georg. III 247 p. 295, 18 (ubi* quia *duo Thilonis codd.; ceteri* qui*).* 257 *Serv. Aen. XI 671 p. 555, 22 (cf. app. Thilonis).* 264 *Serv. Aen. I 435 p. 143, 5 = Isid. or. XII 1, 5; neuter tamen alterum exhibet indicium.* 270 *Serv. Aen. I 423 p. 139, 20 = Isid. or. X 247; ubi* sine igni (-ne), ingenio carens.

Cui neque fulgor adhuc necdum sua forma recessit:
Non iam mater alit tellus viresque ministrat:
Talibus expostum studiis ad templa reportant,
Ut condant digno iuvenilia membra sepulcro.
Hic ubi ductoris replevit nuntius aures
Brengari, Widone satum cecidisse coactum
Cornipedis tergo, trahit has de pectore voces:
'Heu mortis metuenda lues, quae dulcibus annis
Inseritur tristesque negat componere soles!
Dignior hic genitore foret, compluribus ille
Vixerit ac Latium quamvis turbaverit annis'.
Undique tota cohors regni concurrit in unum,
Vociferans: 'Pie rex, nostri miserere laboris,
Ne geminis posthac cogamur adesse tirannis,
Cum solus placeas rebus superesse Latinis'.
Ut Phoebo roseis arvum laxante quadrigis
Vere novo gaudent pecudes foetuque gravantur,
Humor adest herbis ac vastis semina sulcis,
Gratus aer pennis aequorque meabile nautis —
Cuncta nitent (succedit enim natura creatrix
Et rebus proprias certo dat tempore formas):
Haud secus Italię gestit sub principe tellus,
Impacatus ubi ab superis cum prole recessit
Quido ferus fastusque odii moriendo resolvit.

⟨EXPLICIT LIBER III. INCIPIT⟩ IV.

Quarta igitur Latio vixdum deferbuit ęstas
Hac ratione, iterum solito sublata veneno

---

280 auris *V* 286 ac] hac *V* 296 temppore *V* *cf. subscriptionem libri I*

282 *Aen. I 371.* 291 *cf. III 240.*

Glossae. 278 expostum] 'expostum' pathos est pro 'expositum'; et sciendum, quia talia verba, prout inveniuntur, poni possunt, neque ad eorum similitudinem aetiam formari debent 279 sepulcro] tria tantum nomina habe⟨ba⟩nt antiqui, in quibus 'c' litteram sequeretur aspiratio: 'sepulchrum' 'orchus' 'pulcher'; e quibus 'pulcher' tantum hodie recipit aspirationem 281 satum] generatum coactum] deiectum 282 cornipedis tergo] ęqui dorso 284 inseritur] inmiscetur componere] finire; Virgilius ⟨*Aen. I 374*⟩ 'ante diem clauso componet Vesper Olimpo' 285 hic] Lanbertus genitore] Widone compluribus] multis 289 posthac] una pars orationis est adesse] parere, obędire 290 superesse] i. e. ut supersis 292 vere novo] bene dixit 'vere novo', quia est 'adultum' et 'preceps'; sic et omnia tempora trifariam dividuntur 295 natura] gentiles creatorem rerum aliquando deum, aliquando naturam vocabant creatrix] que creavit 297 gestit] gaudet. 'gestire' est proprie motu corporis gaudium monstrare 298 impacatus] inquietus

IV 1 vixdum] una pars orationis: i. e. adhuc 2 veneno] i. e. felle malitię

---

278 expostum: exposttum *V (mutatis sc. formis* pos *et* post*)* heorum *V* aetiam ⟨alia⟩ *Bernheim* 279 habent *V: correxi ex Servio Georg. III 223 p. 294, 17, ne in consecutionem temporum peccetur* 290 id̄ (= id est) *scripsi:* uel (= ul̄) *V*

IV 2 maliticię *V*

278 *cf. app. gl. I 180.* 284 *Serv. ecl. III 108 p. 43, 17.* 292 *Serv. Georg. I 43 p. 143, 19 sqq.* = *Isid. or. V 35, 2.* 295 n.] *Isid. or. XI 3, 1.* 297 *Serv. Georg. I 387 p. 207, 6.*

Belua Tirrenis fundens fera sibila ab oris
Sollicitat Rhodani gentem; cui moribus auctor
Tempnendus Ludovicus erat, sed stirpe legendus,
Brengario genesi coniunctus quippe superba.
Hic dudum Ausonium cupidus regnasse per arvum;
Sed vetuit fortuna. Modo quia nuntia votis
Accipit, extemplo sociis ad tecta vocatis
Regia 'Quę totiens' inquid 'voluistis, amici,
En volvenda dies ultro attulit! este parati,
Prędulcesque petamus agros! nam rure vocamur
Vicino Italię: vires hic forte superbas
Dum tulero, propriis discedet ductor ab oris'.
O miser inque dies miser, invictumne lacessas?
Num te fama ducis totum vulgata per orbem
Pręterit? o genitor rerum, compesce furores!
Nescio namque mali quid mens presagat eunti.
Iamque valens modicum invalidos provincia alumnos
Legat in Ausonios inimico nomine campos.
Non ductor, decus et Latii spes unica regni,
Tunc Veneti servare solum de nomine dictum
Quartanam paciens poterat nec tendere bellum
Hostibus, inmodicas animo sed dequoquit iras —
Ut, caveis cum forte leo vinclisque tenetur,
Non artus agitare valet, non promere vires,
At duro premitur tantum sub lege magistro;
Forte aliqua partos valeat si rumpere nodos
Atque diu desueta cruor madefecerit hora,

IV 10 inquit V²; *sed cf. III 9. IV 52* 21 Nam uictor *V: correxi;* Nec victor *Valesius* 26 art/s *V*

IV 3 *Bertham dicit; cf. Duemmler p. 11¹. 36³.* 16 *Aen. I 457.* 18 *Aen. X 843.* 21 *cf. II 64 cum app.* 24 *i. e. decoquit.* 25—31 *Boet. consol. Philos. III 2, 7—16.* 26 *Aen. V 191.* 29 *i. e. ora.*

Glossae. 3 belua] 'beluam' vocat dominatricem Tuscię, quę semper hostibus favit 4 Rhodani gentem] que iuxta Rodanum habitat 5 ordo est 'temnendus moribus' 6 genesi] natura superba] nobili 7 hic] Lodovicus cupidus] sc. erat 8 votis] i. e. secundum vota 11 volvenda] pro 'volubilis'; participium pro nomine este] pro 'estote' 12 rure] pro 'ab his, qui in rure sunt'; metonimia: pro continente quod continetur 13 rure vicino Italiae] Tusciam significat 15 apostropha ex parte scriptoris ad ipsum in dies] in processu temporum 17 o genitor rerum] o dee 18 presagat eunti] predivinat illi 19 provincia] 'provincia' nomen est regionis; sed significat aliquando providentiam ut 'ex provincia factum est', aliquando 'celeriter', ut Iuvenalis ⟨*sat. 5, 97*⟩ 'instruit ⟨ergo focum provincia' i. e. celeriter⟩ 20 legat] separat, emittit 21 unica] solitaria 22 Veneti] pro aspiratione 'v' ponitur; nam Eneti apud antiquos dicebantur a proprio ductoris 23 tendere] i. e. pretendere 25 sensus huius comparationis de Boetio sumitur ⟨*consol. Philos. III 2*⟩ 28 forte] ⟨casu;⟩ nomen est modo, quia [casu] 'ali⟨qua⟩' coniungitur partos] pro 'paratos'

12 metominia *V ut gl. II 12* cominetur *V* 19 ergo focum *sqq. add. Duemmler ex schol. Luc. I 338 p. 56 W.* 22 dicebatur *V* ductore *V: correxi* 28 f.] casu *transposui* ali *V*

IV 11 v.] *Serv. Aen. I 234 p. 88, 24.* 12 *cf. app. gl. II 12.* 18 *cf. Paulum Festi p. 280, 15 ed. Thewrewk de Ponor.* 22 *Serv. Aen. I 243 p. 91, 7; cf. gl. I 23.* 28 f.] *Serv. Aen. I 377 p. 127, 5.*

Ipse lacer custos iras prior imbuet, inde
Obvia turba virûm morsus satiabit amaros.
  Interea Ludovicus ovat regnumque fatigat
Fastibus ac tantos sibimet blanditur honores,
Hoste velut necto spoliis potiatur opimis.
Infaustus Verone etiam contendit ad arcem.
More pii regis tamen ut subsedit apertis
Moenibus, antiquos sociis disterminat agros
Nil veritus, metuenda nimis quia sustulit ipsum
Fama, Berengarium loeti dispendia passum.
Ah Latium, quis te tantis defenderet armis?
Ergo, pius genitor rerum, servato magistrum,
Ne pereant uno Latialia gaudia loeto!
Convaluit quia regnator tamen, undique lecti
Conveniunt proceres lęti vexillaque castris
Proripiunt celeresque Athesis ad męnia tendunt,
Hęc obiter comi ⟨re⟩serantes famina regi:
'Te petimus, pietatis honor, nec parva precatu
Credimus haec: urbem propriis si cęperis armis,
Menbra viros sine curtari, qui foedera regni
Proturbant totiens, dampnum pietatis iniquę
Ne patiamur!' Ad haec 'Animis advertite,' ductor
'O proceres,' inquid; 'monitus et crimina capto
Ne conferte viro, generis quia sanguine pollet
Et forsan facinus maturis deseret annis.
Testetur pia iura poli, et dimissus abito'.
Hoc satis. Hi contra celeres cum murmure gressus
Intendunt, rabidas acuentes pectoris iras,
Nil moti dictis; potius fera murmura rodunt,
Non se posse malum posthac dimittere inultum.
Talibus ad veniunt urbem muroque propinquant:

---

31 Obua V^1 36 *nolim post* tamen *distinguere; ironice dicit* '*more pii regis moenibus fraude potitus est*' *(cf. gl.)* 41 *fort.* pium *mut. dist.*; genitor rerum *III 169 et IV 17 epitheto caret, et expectamus glossam de forma vocativi* 46 serantes *V* 52 inquit V^2: *cf. IV 10 fort.* monitus, set crimina capto Ne conferte viro *('ermahnt ihn, aber thut ihm nichts zu Leide')* 54 fonsan *V* maturiis V^1 58 modi *V* 60 *cf. III 80*

40 tantis *sc. quantis potest Berengarius.* 50 iniquę *i. e. 'übel angebracht'.* 57 *Aen. IX 463.*

Glossae. 30 imbuet] initiabit inde] deinde 34 necto] distat inter necatum et nectum; nam necatus ferro, nectus vero dicitur alia vi peremptus 35 infaustus] infelix contendit] ipse 36 subsedit] fraude potitus est 37 antiquos] nobiles disterminat] dividit 38 metuenda] non sibi metuenda, sed toto regno sustulit] sublevavit 45 A. a. m.] Veronam 46 obiter] in eundo comi] iocundo 47 precatu] ad precandum 48 haec] que dicturi sumus 52 monitus] 'monitus' et secundę et quartę declinationis est, sed dativo singulari et plurali a quarta declinatione non utimur, ut Servio ⟨*Aen. X 689 p. 460, 15*⟩ videtur capto] pro 'capiendo' 54 maturis annis] i. e. cum ad perfectam etatem pervenerit 55 testetur] iuret pia iura poli] i. e. deum abito] pro 'abeat' 59 posthac] una pars

34 negatum *V* 35 *glossas duas distinxi* 52 m.] declinationes est *V* 55 a.] habeat *V* 59 *fort.* una pars ⟨orationis⟩; *cf. gl. III 51. 289*

34 *Prisc. inst. IX 34 (G. L. III 170).*

Ilicet admissi penetrant miserabile templum,
Quo Ludovicus erat, subito rapiuntque ligantque
Et pulchros adimunt oculos. Securus in aula
Forte sedebat enim: idcirco pia munera lucis
Perdidit, obsessus tenebris quoque solis in ortu.
Tu ponens etiam curtum femorale, Iohannes,
Alta tenes turris, si forte resumere vitam
Sit potis; hinc traheris tamen ad discrimina mortis
Et miser in patria nudus truncaris harena.
Nuntius at postquam sociorum allabitur aures
Pręlatum iuvenem communi lumine cassum,
Consilii fugiunt inopes passimque recedunt —
Flante velud zephiro liquescunt aeros aurę
Vere novo, gremium solvunt cum rura coactum
Frigore brumali crebris boreęque pruinis.
Nec removere viros cessat de parte superbos
Fortis Adalbertus iuvenilibus obsitus annis,
Appenninicolas fausto qui nomine turmas
Elicit, egregio cupidus servire magistro.
Emicuit subito in mediis lux alma tenebris
Et rediit pax grata piis, procul agmine tristi
Exempto patrięque duce ac genitore recepto.
Qui, licet effusos toto egerit orbe triumphos,
Cluserat imperii nondum diademate vultum
Romana steterat rutilus nec vestibus aula
Induperatorum solito de more parentum
Cur, nisi quod vicisse dolos virtute decebat,
Ad summum transire gradum nisi saepe vocatum?

---

67 resummere *V* 75 crebis *V* 78 *fort.* quin omine; *i. e. non cessat (v. 76), sed fausto omine exercitum evocat; in Adalberti enim nomine nobilitas inest (cf. quae Hrotsv. gest. Odd. 473 de Aethelheithae reginae nomine scribit), non felicitas* 82 Exemplo *V* 83 thriumphos *V*² *(item in gl.)* 86 *interpunctionem delevi: 'qui, etsi triumphos egisset, cur nondum coronari voluerat, nisi (ideo) quod decebat (antea) dolos vicisse nec decebat* (nisi *v. 88 non excipit prius* nisi *v. 87) ad summum gradum accedere nisi saepe vocatum?'*

66 *Duemmler p. 38*³. 70 *Aen. IX 474.* 77 *cf. Serv. Aen. VIII 307 p. 243, 22* obsitus aevo: aetate involutus, ut Terentius ait 'annis pannisque obsitus' *et Stat. Th. I 486 cum app. O. Muelleri.*

Glossae. 61 ilicet] pro 'ilico' miserabile templum] metonomia; pro continente quod continetur 65 non solum in nocte, sed etiam in ortu solis 68 potis] possibilitas 69 'arena' si ab ariditate dicitur, non habet aspirationem, si ab herendo in fabricis, habet; sed melius est, ut ab ariditate dicatur 71 i. e. in regimine constitutum 74 coactum] constrictum 79 elicit] producit 82 exempto] eiecto 83 qui] dux effusos] sparsos triumphos] triumphus dicitur ΑΠΟ ΤΟΥ ΘΡΙΑΜΒΑΙΑΝ, id est ab exultatione 84 i. e. nondum erat coronatus ad inperium 88 transire] non decebat

---

61 metonomia *sic V; cf. app. gl. I 87 et II 12* 65 in nocte *sic V* 69 erendo *V* hariditate *V; turbavit librarius aspirationem expositione non intellecta* 83 sparsois *sic V* ΘΡΙΑΜΒΑΙΑΝ *sic V* exultando tatione *V;* 'tatione *vel potius* ratione *ad v. 84 referendum videtur' Schaus; sed cf. Serv. Aen. X 775 p. 467, 2* 88 debet *V: correxi*

69 *Serv. Aen. I 172 p. 68, 23* (ut in fabricis videmus *omnes Servii codd. praeter Casselanum).*

Summus erat pastor tunc temporis urbe Iohannes,
Officio affatim clarus sophiaque repletus,
Atque diu talem merito servatus ad usum.
Quatinus huic prohibebat opes vicina Charibdis,
Purpura quas dederat maiorum sponte beato,
Limina qui reserat castis rutilantia, Petro,
Dona duci mittit sacris advecta ministris,
Quo memor extremi tribuat sua iura diei
Romanis, fovet Ausonias quo numine terras,
Imperii sumpturus eo pro munere sertum
Solus et hocciduo caesar vocitandus in orbe.
Talibus evictus precibus iubet agmina regni,
Quîs-cum bella tulit, quîs-cum sacra munera pacis,
Affore, quę tanti gressum comitentur honoris.
Iamque iter emensus postquam confinia Romę
Attigit, ire iubet celeres ad templa sodales,
Vicinum qui se referant. Sonat ecce Subura
Vocibus elatis populi: 'Properate faventes!
Rex venit Ausoniis dudum expectatus ab oris,
Qui minuet solita nostros pietate labores!'
Fervere tunc videas urbem et procedere portis,
Quot Roma gremio gentes circumdat avito.
Interea, princeps collem, qui prominet urbi,
Prętericns ubi se prato committit amoeno,
Singula queque modis incendunt aethera miris
Agmina. Namque prius patrio canit ore senatus,
Prefigens sudibus rictus sine carne ferarum
Indicio: 'Devicta cadent temptamina posthac,
Si qua hostes animo cupient agitare ferino'.
Dedaleis Graius sequitur laudare loquelis

100 euinctus *V* 116 *verba senatorum distinxi* 118 *distinxi*

89 *sqq. cf. Duemmler p. 39; W. Sickel, Histor. Zs. LXXXII (N. F. XLVI) p. 35.* 93 *'was ihre Vorfahren im Purpur dem h. Petrus freiwillig gegeben hatten'.* 94 *cf. IV 145 sq.* 107 *Aen. II 282.* 111 *Aen. I 419.* 113 *cf. adn. gl.*

Glossae. 91 talem ad usum] i. e. qui talem ungeret 92 Charibdis] hanc vocat modo 'Charibdim', quam supra ⟨*IV 3*⟩ 'belluam' vocavit 94 castis] iustis 95 duci] Ber̄. 96 sua] propria 97 quo numine] qua virtute 98 'sertum' est proprie corona ex floribus 99 hocciduo] hoccidentali 105 Subura] i. e. Roma; nam Subura famosa platea est Romę 106 elatis] altis properate faventes] he erant voces elatę 110 anaculaton est, cum dicit 'quot' et non premisit ⟨'tot'⟩ 112 p. a.] i. e. prato Neronis 113 incendunt] implent aethera] pro 'aera' 114 patrio] i. e. Romano ore] eloquio; pro efficiente id quod efficitur 115 sudibus] nam prefixa habebant sudibus capita draconum caelata in ligno 116 indicio] ad indicium 118 dedaleis] Grecis sequitur laudare] figura poetarum est

92 *glossam bis adscriptam ex sinistra margine exhibui; in dextra* charipdim supra beluam (*om.* quam) *V* 95 berunt *V: restitui compendium* 110 tot *add. Duemmler ex Serv. Aen. II 331 p. 275, 5* 114 eloquo. pro eficiente id (*vel* ut) quod eff. *V* (*cf. gl. II 12*)

98 *cf. Serv. Aen. I 417 p. 138, 5.* 113 i.] *Serv. Aen. X 895 p. 474, 15; XI 147 p. 494, 7.*

Stoicus, hic noster cluibus quia pollet Athenis
Et sollers iter in Samia bene callet arena.
Cetera turba pium nativa voce tyrannum
Prosequitur totaque docet tellure magistrum.
Hic etiam iuvenes nitida respergine creti,
(Alter apostolici nam frater, consulis alter
Natus erat) pedibus defigunt oscula regis;
Hinc ubi prȩsul erat, gressum comitantur erilem.
Vestibuli ante fores, graduum qua pervius usus
Advehit ornatam cupidos intrare per aulam,
Ille quidem sacro fulgens residebat amictu,
Altarisque subibat ovans hinc inde minister.
Quid referam populos istinc illincque coactos
Undantesque gradus, cum rex ad templa subiret
Evectus pastoris equo? mox quippe sacerdos
Ipse futurus erat, titulo res digna perhenni.
Advenit ut tandem lecto comitante ministro
Atque pedes sensim gradibus conatur ab imis,
Undique turba premit, cui vix obstare satelles
Voce valet nutuque minans; erat omnibus ardor
Cernere presentem, cupiunt quem secula regem.
Ter quoque sacra pius gradibus vestigia fixit,
Magestate manus cogens cessare tumultus
Undantis populi. Postquam conscenderat omnem
Ascensum, aureolo prȩsul surgens cliothedro
Oscula figit ovans dextramque receptat amicam.
Hinc adeunt aulam pariter tibi, Petre, dicatam,

---

126 *sqq. distinxi ex gl.* 141 Magestatē *V* 145 habeunt *V*

124 apostolici frater *Petrus (Duemmler p. 41²).* 126 *Aen. VIII 462.* 134 *Iuven. sat. 6, 230.* 145 *sq. cf. IV 94.*

Glossae. 119 Stoicus] philosophus noster] Ber(engarius) cluibus] nobilibus. 'Cluis' dicitur auditrix sive auscultatrix. nam 'cluo' grecum verbum est, i. e. ausculto. est autem polisemus sermo; nam 'cluis' nobilis et pugnax vel auscultans dicitur et defensor 120 callet] cognoscit S. a.] nota rationem 'y' littere, quam Samius Phitagoras invenit. ideo dicit 'in Samia arena', i. e. bene cognoscit discretionem mortalis vitȩ. — exponit quid sit, quod a diversis gentibus laudatur imperator. nam a Grecis ideo laudatus est, quia sapientia pollet; Greci enim sapientiam querunt 121 tyrannum] regem 123 hic] illic vel tunc nitida respergine creti] i. e. clara prosapia geniti 124 consulis] Teophilacti 126 hinc] sc. et 127 ordo est 'ille quidem refulgens sacro amictu residebat ante fores (vestibuli), qua pervius usus graduum advehit cupidos intrare per ornatam aulam' 129 ille] presul 130 a. m.] i. e. sacer ordo 133 talis est mos Romanus, ut, cum quis debet promoveri ad dignitatem imperii, presulis equo deveatur in urbem 134 titulo res digna perhenni] perpetua memoria digna est hec res 136 sensim] paulatim 138 nutu] motu corporis 142 postquam conscenderat omnem ascensum] i. e. postquam pervenit ad sumitatem gradus 143 cliothedro] 'cliothedrum' grecȩ dicitur sella plectilis, que vulgo 'ualdestuolum' vocatur 144 oscula figit] osculatus est regem

---

119 cl.] Quis *V* pugnarum *V* (x *librario* ℞ *videbatur*) 120 S. a.] imperato℞ *V* sapientia querunt *V ut priore loco* 124 teophilactri *V* 127 vestibuli *addidi ex v. 127* 133 *fort.* Romanis 138 *fort.* capitis 143 c.] cliophedrum *V* ualde stodum *V; glossa germanica* valtstuol *(cf. Diez, E. W.⁵ p. 133)*

119 cl.] *de* cluvis *vel* cluis *adiectivo cf. Loewe, 'prodromus' p. 364.* 120 *Paul. ad Cor. I 1, 22.* 134 *appositionem ad totum enuntiatum referendam significat glossator.*

Ianitor aetherei pandis qui limina templi.
Ante fores stant ambo domus, dum vota facessit
Rex: etenim se cuncta loco vovet ultro daturum,
Quę prius almifici sacris cessere tyranni.
Illicet his verbis volvuntur cardine postes,
Extollitque sacer laudes per templa minister,
Utpote Silvestrum videat properare magistrum,
Constantinum etiam tipico baptismate lautum —
Nec minus his decus orbis inest rerumque potestas,
Tempora ni peiora forent impulsaque cessim.
Iam tumulo piscatoris sacra purpura regis
Sternitur et Christus lacrimis pulsatur obortis.
Templa petit ductor posthęc, ubi fercula dono
Pastoris digesta nitent. Setina propinant
Ac, decet ut regem, variant tucceta ministri.
Mox croceis mundum ⟨ut⟩ lampas Phoebea quadrigis
Luce, deus qua factus homo processit ab antro
Tumbali, perflat, populus concurrit ab urbe
Cernere vestitum trabea imperiique corona
Augustum. Replicata calent spectacula totis
Aedibus, auratis splendent altaria pannis,
Cum princeps nitidus Tyrio procedit in ostro
Tegmina vestitus crurum rutilante metallo,
Quale decus terrę soliti gestare magistri.
Advenit et domini pastor prępostus ovili
Officio lętus, quamvis resonaret utrinque
Clamor: 'Ades presul, totiens quid gaudia differs
Innumeris optata modis? per vincla magistri
Te petimus, depone moras et suffice votis!'
Talibus arę adeunt gestis absida sacratę
Lumina terrarum. Modicum post en diadema

---

161 ut *addidi ex gl. v. 163* 163—275 *suppl. man. rec. (cf. p. 355)* 163 *distinxi ex gl.* populos *V*

152 *sqq. de imagine Constantini, quae Romae erat in ecclesia s. Petri, cf. E. Steinmann, 'die tituli u. die kirchl. Wandmalerei im Abendl.' p. 35 sqq. Ex hoc loco consequitur* in imagine Constantini *expressum fuisse baptismum Constantini, quem a Silvestro papa baptizatum esse putabant. Comparantur deinceps cum Constantino et Silvestro Berengarius et Iohannes, quibus id tantum nocuisse dicitur, quod posterior aetas deteriores eos tulit.* 157 *Aen. IV 30.* 162 *i. e. die dominica, cf. Duemmler p. 10*[2]. 167 *Georg. III 17.* 173 *per vincula Petri.* 176 *cf. 'versus de Gregorio papa et Ottone augusto' (ed. H. Bloch, N. A. XXII p. 115) 31.*

Glossae. 150 verbis] quibus promisit se cuncta recte dispositurum 155 cessim] retro 156 piscatoris] Petri 157 pulsatur] rogatur obortis] subito ortis 159 Setina] vina preciosa, a loco 160 tucceta] regales epulas 161 croceis] pulcris 162 i. e. quo deus surrexit 163 ordo est 'mox, ut Phębea lampas perflat mundum croceis quadrigis luce, qua deus factus homo precessit ab antro tumbali' 168 nam ocreas habebat aureo colore respersas 175 absida] 'absis' circulus dicitur; sed hoc loco absiden circulum dicit altaris. et est tertię declinationis; unde est absida gręcus accusativus

---

162 *aut* qua *scribendum aut* quo ⟨die⟩ *supplendum est* 175 absiden circulum *V: toto tenore flagitari videtur* absida; *sed cf. Isid. or. XV 8, 7*

161 *Fulg. serm. ant. § 41 p. 122 ed. Helm.* 168 *vergoldete; unde explicatur* respersa.

Caesar habet capiti gemmis auroque levatum,
Unguine nectarei simul est respersus olivi;
Caelicolis qui mos olim succrevit Hebraeis
Lege sacra solitis reges atque ungere vates,
Venturus quod Christus erat dux atque sacerdos,
Omnia quem propter caelo reparentur et arvo.
Iam sacrę resonant aedes fremituque resultant
Clamantis populi: 'Valeat tuus, aurea, princeps,
Roma, diu imperiumque gravi sub pondere pressum
Erigat et supera sternat virtute rebelles!'
Perstrepuere nimis; sed facta silentia tandem.
Lectitat augusti concessos munere pagos
Pręsulis obsequio gradibus stans lector in altis,
Caesare quo norint omnes data munera, predo
Ulterius paveat sacras sibi sumere terras.
Dona tulit perpulchra pius hec denique templo:
Baltea lata ducum, gestamina cara parentum,
Gemmis ac rutilo nimium preciosa metallo
Ac vestes etiam signis auroque rigentes,
Distinctum variis simul ac diadema figuris.
Quid referam, quantis replerit moenia donis?
Nonne maris paucas videor contingere guttas,
Syrtibus atque manu sumptas includere arenas,
Quando brevi tantos cludo sermone triumphos?
Doctiloquum, credo, labor iste gravaret Homerum,
Officio et genuit tali quem Mantua dignum.
Nec temptabo meis ultra fastidia dictis,
O iuvenes, inferre, calet quîs pectore sanguis
Et plectro meliore movet pręcordia Clio.
Mille mihi satis est metris tetigisse labores;
Mevius atque licet videar, vos este Marones,
Et post imperii diadema resumite laudes!

---

178 et *V*   192 h· (*i. e.* hoc) *V*   195 At *V*   203 tentabo *V*   204 pectore *sic V*

179 *de Iudaeis* caelicolis *cf. I. Bernays, ges. Abh. II p. 71 sqq., inprimis p. 79²; mirum est iurisconsultorum elocutionem apud hunc semel poetam occurrere.*   195 *Aen. I 648.*   204 iuvenes *alloquitur poetas an discipulos?*   *Hor. carm. IV 2, 33* maiore plectro.   206 *dubito num Duemmler p. 11 et E. Voigt (ecb. capt. p. 63) recte coniunxerint* mille metris, *non quod sunt vv. 1090, sed quod praestat coniungere* mille labores *sc. Berengarii; summa sententiae vis inest in* tangendi *verbo: obiter tangit argumentum carminis, non exhaurit.*   207 *Verg. ecl. 3, 90.*   208 *et resumite laudes (sc. Berengarii; i. e. excipite meum carmen aliis carminibus, inde incipientes), ex quo imperator ille factus est.*

Glossae. 179 Hebraeis] apud illos enim primo uncti sunt reges et sacerdotes   180 vates] 'vates' et sacerdotęs et prophetę dicebantur   202 quem] illum —; sc. Virgilium

---

180 *Isid. or. VII 12, 15.*

APPENDIX.

I.

Praesul hic Eusebius scripsit, solvitque vetustas:
Rex Berengarius sed reparavit idem;
Argento postquam, fulvo depromsit et auro,
Ecclesiae, praesul, obtulit ipse tuae.

II.

Sanguine praecipuo Francorum germinis ortus
Lambertus fuit hic caesar in orbe potens.
Alter erat Constantinus, Theodosius alter,
Et princeps pacis clarus amore nimis.
Quam patrios fines, quam fortiter egit habenas,
Illius arma tibi par quoque visque ferunt.
Sed talem quia non meruit gens impia regem,
Subripit hinc sociis mors inopina suis.
Ecce suo cineres tellus de scemate sumptos,
Credo, quod inde manet, stelliger axis habet.
Hoc mecum credens tu dic poscensque, viator:
'O deus, angelici sit comes ipse chori!'

III. 1.

Dulcior ut portus nautis, ut meta quadrigis,
Ut stabulum fessis, ut frigida limpha sitis,

I *Versus in codice evangeliorum Vercellensi, quem s. Eusebius ipse scripsisse dicitur (cf. Sanftl, dissert. in aureum codicem p. 28; Duemmler, Gesta Berengarii p. 59[3]; Novum Testamentum edd. Tischendorf-Gregory[8] III p. 952; Belsheim, codex Vercellensis p. V), Eusebii imagini adscripti. — Similiter Berengarii et eius uxoris nomina in codice quodam Moguntiacensi (Monza) inscripta sunt (cf. Ebner, Quellen u. Forschungen zur Gesch. des Missale Romanum, Freiburg 1896, p. 105).*

II *Lamberti imperatoris epitaphium sine dubio genuinum ex codicibus Monacensibus lat. 526 fol. 146 et 716 fol 274 ab Hartmanno Schedel scriptis primus edidit W Wattenbach b. m. (Forschungen zur deutschen Geschichte XI p. 374), repetivit E. Duemmler (Liudprandi opera, ed. II, p. 24[1]); quos sequor.* 9 sumptus *codd.: corr. Wattenbach (cf. adn.)* 12 ohomes *codd.*

III *Versus rudes codicis Eporediensis n. 83 post alios ed. Duemmler, Gesta Berengarii p. 159 sq. (cf.*

II *De Lamberti imperatoris morte subita (15. Oct. a. 898) cf. Duemmler, Ostfr.[2] III p. 432 (Gesta Berengarii imperatoris III 249—274). Memorabile est, ut poeta Gestorum Berengarii regnum legitimum fuisse fingit, ita etiam Lambertum* sanguine praecipuo Francorum germinis ortum *dici in epitaphio (cf. Duemmler, Ostfr.[2] III p. 17 sq.; Auxilius und Vulgarius p. 95[1]), cum tamen per* patrios fines *v. 5 recte Italia intellegatur.* 5 *sq. 'wie energisch er sein Heimatland und die Zügel (der Herrschaft) gelenkt hat, sagen dir seine Waffenthaten und gleicherweise (?) seine Macht'.* 9 *sq. 'seine Asche hier, wozu sein Leib geworden, birgt die Erde, sein unsterbliches Teil, hoff ich, der Himmel'.*

III 1 *cf. Wattenbach, das Schriftwesen im Mittelalter[3] p. 281 sqq. 284. 495. 509 sq.*

Sic mihi similis, quem prebet pagina, versus,
Ultima dum extrema pangit arundo notas.
Qui nescit scribere, non putat esse laborem;
Ideoque obsecro, orate pro scriptorem,
Ut deum atque dominum habeat protectorem.

II.

Egregioque patri fer codicem milleque preces,
Summo Azo domino magnificoque viro,
Quem decorat pietas, quem Christi gratia adornat
Moribus in cunctis actibus atque piis.
Gaudet inire viam, qua tendit ad aetheris aulam;
Tramite iustitię transvolat ille pius.
Quotquot in aethereo clarescunt sidera caelo,
Tot flores in campis iam redolentque novis:
Nec minus obto vobis devoto corde salutes,
O decus ecclesiae, nobilis atque pater.
Clarus et ingenio clarescet munere Christi,
Utilis eloquio, fertilis atque manu.
Mitibus es mitis, sine dolo-felle columba;
Dum nocet ille lupus, es ovis inter oves.
Sanctissime, vale cum gratia magni decoris;
Sis memor (oro) mei, ut deus ecce tui.
Tu valeas semper per multa curricula evi
Et merear vobis servulus parva loco.
Continet in parvis nostrorum dicta priscorum.

Aspice, deus, de supernis sedibus,
Quos Agifredus condidit versiculum
De domino Azone viro sacratissimo;
In tuo regno fac eum dignissimo.
Placeat tibi atque tuo filio,
Qui tecum regnat et cum sancto spiritu
Per infinita secula et seculorum seculi.

---

ibidem p. 75). Ars fere nulla: neque enim sunt recte facti hexametri 'Langobardici', a quorum legibus abhorret clausula II 19 dicta priscorum, *quamquam 'Langobardicos' versus poeta facere voluit. Ab emendando atque etiam a terminationibus corrigendis abstinendum est, etsi fieri potuit, ut nonnulla librario non aequali debeantur: sedit Azo episcopus Eporediensis circa a. 876, codex autem saec. X exeuntis esse dicitur.*

II 22 *poterat* Domno Azoni 26 *poterat* Per infinita seculorum secula

4 *i. e. extremas.*

II 5 *i. e. quae?* 7 *sqq. cf. Muellenhoff-Scherer-Steinmeyer, Denkmäler[3] II p. 152 sqq.* 13 *cf. Matth. 10, 16.* 19 *sc. Ps.-Isidori decretales (ed. Hinschius p. XLV).*

CARMEN DE INVENTIONE S. CHRYSANTI ET S. DARIAE.

Carmen de inventione s. Chrysanti et s. Dariae ex codice Laurentiano bibliothecae aedilium Florentinae ecclesiae 139 II saec. XI primus edidit Bandinius in supplementi tomo I p. 364 sq. Duemmleri in usum ex codice altero eiusdem aetatis Laurentiano plutei XX 2 (Bandini, Catalogi IV = Lat. I p. 596 sqq.) p. 8 descripsit et varias lectiones orthographicas (nam ceteroquin nihil memorabilis discriminis intercedit) ex Bandinii codice adnotavit Fr. Roediger V. Cl. Locos aliquot a me temptatos iterum inspexit V. Cl. A. Warburg.

Stephanus papa quin V. sit, quem VI male solent appellare, nullus dubito. Is enim reliquias horum sanctorum invenit secundum AS. Octobr. XI p. 446 sqq.; idque dicit poeta v. 7 sq.

Quos studio proprio fossos ad sydera tollis
Ac condis digne, quos studio proprio.

Stephanus V autem cum ab a. 885 ad a. 891 sederit, intra hoc tempus carmen scriptum est.

Desiderabis fortasse carmen Pseudo-Damasi post Gallos editores a Bollandi successoribus repetitum in AS. Octobr. XI p. 488 sq.; quod certe exhibuissem, nisi Aldhelmus sub illo Pseudo-Damaso lateret, qui in laudibus virginum v. 1123 sqq. (p. 166 sqq.) de his sanctis scripsit[1]. *Nec impune in edendis vitis sanctorum metricis Aldhelmum neglegi, ut clarius appareat: ediderunt item tamquam ignotas ex codice Parisino 5301 Bollandiani in catalogo Aldhelmi vitas s. Agnetis (v. 1925 sqq. p. 188) et s. Agathae (v. 1736 sqq. p. 183), qua re etiam optimum iudicem poeseos Carolinae L. Traubium deceptum esse (cf. Vollmoelleri annales I p. 84) intellexi; et ipsi nuper in catalogo Vitarum feliciter coepto errorem correxerunt.*

Stephane sancte papa, mea carmina suscipe lętus,
Annue iam votis, Stephane sancte papa.
Magna trophaea iubes sanctorum promere scriptis;
Ut cunctis pateant magna trophaea, iubes.
Plurima congeries hos presserat actenus arvi,
Occultans illos, plurima congeries.
Quos studio proprio fossos ad sydera tollis,
Ac condis digne, quos studio proprio.

---

1) *Is enim, qui in codice Sangermanensi Damasi nomen carmini ascripsit, obiter meminerat versuum ab Ihmio editorum p. 91.*

Versibus illa tibi, prosa quin porrigo, domne,
  Quę didici, pandens versibus illa tibi.
Vocibus angelicis resonet polus omnis et ether,
  Concordent populi vocibus angelicis.
Auribus altithroni cęlestes cantica dicunt,
  Et nos cantemus auribus altithroni.
Quis tibi, rex, similis, verbo qui cuncta creasti?
  Tu formas homines: quis tibi, rex, similis?
Sanguine martyrii lotos diademate vestis,
  Abluis et iustos sanguine martyrii.
Numerianus enim, regni quum sceptra teneret,
  Chrysantum punit, Numerianus enim.
Virgineumque decus furiata mente trucidans
  Insequitur Dariam, virgineumque decus.
Mergere iussit eos lapidum iactuque retundi
  Et vivos humo mergere iussit eos.
Spiritus alta petit cęlesti sede locandus,
  Merguntur menbra, spiritus alta petit.
Nuntiat adveniens sevissima facta cruento,
  Et speleo fossos nuntiat adveniens.
Sed deus omnipotens portentis omnia lustrans,
  Se dignos mostrat, sed deus omnipotens.
Diodorus properans, nimia comitante caterva,
  Presbyter ad funus Diodorus properat:
Marinianus enim levitę functus honore
  Cum multis sequitur, Marinianus enim.
Undique conveniunt populi celebrare triumphos,
  Et venerare pios undique conveniunt.
Gloria, Christe, tibi! tua dum suffragia poscunt,
  Ad te pertingunt. Gloria, Christe, tibi!
Munera dum tribuunt venerantes corpora sancta
  Orando populi, munera dum tribuunt,
Indicat accelerans sanctorum facta tyranno
  Affore Christicolas, indicat accelerans.
Protinus ille furens praecepit claudere criptam,
  Obruit et montes protinus ille furens.
Clauditur innumerus populi conventus in antro:
  Thesaurus caeli clauditur innumerus.
Cantet 'Osanna' deo Seraphym pariterque Cherubym,
  Et genus humanum cantet 'Osanna' deo.
Dum veniam rogitant, conscendunt aethere laeti,
  Succurrunt cuncti, dum veniam rogitant.
Gloria sit domino patri sine fine perhenni,
  Ipsius et nato gloria sit domino;
Spiritus alme, tuum conlaudant sydera numen:
  Laudemus numen, spiritus alme, tuum.

F = consensus codicum Florentinorum a me correctus 13 cęlestis *F* 23 iactūq; *F* 30 mostrans *F* 36 uenerari *F* 40 populo *F* 43 illa *F* 44 illa *F*

31 *Aen. II 40.* 35 *Aen. IX 720.*

EUGENII VULGARII SYLLOGA.

Eugenii Vulgarii, hominis plane ignoti, memoriam E. Duemmler[1] *a. 1866 resuscitavit et illustravit. Cum autem ille historici officio functus tota de Formosi pontificatu controversia pertractata carmina secundo loco habuerit, ego qui philologus sum id potissimum meum putavi ut, quantum per me fieri posset, de Vulgarii doctrina et de syllogae Bambergensis compositione et origine quaererem.*

1. Praemitto pauca de Vulgarii vita Duemmlerum[2] *ducem secutus. Defenderat Vulgarius grammaticus eadem atque Auxilius*[3] *monachus Casinensis ratione ineunte saec. X causam Formosianam libellis apologeticis duobus*[4]*; sed Sergii III*[5] *papae Formosianorum persecutoris acerrimi iussu primum cella inclusus*[6]*, deinde Romam evocatus timebat, ne Formosi causam publice abdicare coactus audaciae poenas daret etiam graviores. Sergio igitur, ut rursus liberaretur, humillime adulari coepit et summis eum efferre laudibus; cum autem sibi parum confideret, suffragio usus est Vitalis cuiusdam episcopi et Theodorae*[7]*. Voti deinde compos 'horrida rerum egestate gravatus'*[8] *non modo a Sergio, sed etiam a Leone imperatore Byzantinorum adulando et mendicando stipem petivit; neque alia causa fuisse videtur, cur Gregorium*[9] *magistrum militum, Athanasium III*[10] *epi-*

---

1) *Semel sufficiat relegasse lectores ad librum de Auxilio et Vulgario Lipsiae a. 1866 editum; praesertim ad praefationis cap. IV et V (de Eugenio Vulgario; de codice Bambergensi).* 2) *p. 40 sq.* 3) *De Auxilio v. Duemmlerum p. 27—38, praesertim p.* 30^{3}. 4) *Alterum (cod. B fol. 88—101') ed. Duemmler p. 117 sqq., alterum (cod. B fol. 103'—110') ed. Mabillon, anal. vet.*^{2} *p. 28 sqq.* 5) *Sedit a. 904—911; temporum testimonia v. apud Duemmlerum p. 40.* 6) *Ad Sergium, cap. 2* ut absolutionem et benedictionem licentiam † coetaborandi cellulam meam mihi tua ne deneget diva potestas, qualiter laetus et liber in saeculum vadens longum tibi in terris aeternumque in caelis regnare dictu felici perorem. *Pro corrupta lectione Duemmlerus scripsit* licentiamque habitandi, *sententia ei, quam posuit Vulgarius, sine dubio contraria, cum ille laetus ac liber in saeculum vadere, non cellam in monasterio habitare cupiat.* 7) *Ad Sergium 2—6. 36. 37; ad Vitalem 7. 8; ad Theodoram 9.* 8) *17, 4, 3 (ad Leonem); 3, 19 (ad Sergium).* 9) *Ad Gregorium (c. 907—916) 26. 28; ad Athanasium (c. 907—960; v. adn. 10) 13; ad Petrum (887—914) 12; ad Atenolfum (900—910) 23. Diaconum Iohannem (25) non novimus; Duemmleri enim coniectura (p.* 40^{5}*) ob temporum rationes nimis incerta est.* 10) *Athanasii III aetatem fere annis 907 et 915 circumscribi non recte censuit Duemmler p.* 40^{2}*, quod diplomata duo a. 907 et 915 male ascripserant a. 937 et 930; sed Capasso (monumenta ad Neapolitani ducatus historiam pertinentia I p. 228) recte monuit restare testimonium idoneum miraculorum s. Agrippini (SS. rer. Langob. ed. Waitz p. 464):* Regnante igitur Romano et Constantino imperatoribus et residente in sede beati Petri duodecimo Iohanne papa et in hac civitate Parthenopense tertio praesule Athanasio et

scopum Neapolitanae ecclesiae, Petrum episcopum Salernitanum, Atenolfum ducem celebraret: Maecenates sibi conciliare studebat ut renascentium litterarum aetate philologi Itali fecerunt, quorum similem ea quoque re se praebuit, quod conviciis acerbissimis in Benedictum[1] *monachum invectus est. Quando mortuus sit Vulgarius, nescimus, nisi quod, cum Auxilius libellum de ordinationibus a Formoso papa factis ederet, Vulgarius iam defunctus fuisse videtur*[2]*; veri enim simillimum est eum ipsum ab Auxilio impugnari, etsi ille adversarium 'aethere cassum' nominare noluit.*

2. In Neapolitana regione, ubi vixit Vulgarius[3] *(ni omnia fallunt, ad tempus certe in Casino Monte*[4]*), saec. X multa veterum scriptorum opera extitisse ex eius operibus sequitur. Egit de ea re iam Duemmlerus p. 44 viamque munivit qua fortiter ingrediendum est, neque vero quisquam praeter R. Peiperum*[5]*, qui Senecae tragoediarum exemplis congestis bene de Vulgario meruit, eum secutus est; nam Hauptius*[6] *quod breviter egit de testimonio Petroniano, fieri non poterat quin incerto fundamento usus laberetur. Sed retractanda sunt, quae Duemmlerus posuit. Nam neque Ciceronis Milonianam*[7] *neque Lucani bellum civile*[8] *neque Petronii Arbitri satiras*[9] *legit Vulgarius; et ne Iuvenalis quidem satiras*[10] *notas ei fuisse pro certo affirmaverim. Legit vero praeter Vergilii carmina*[11]*, quae cum ceteri illius aetatis poetae plerique omnes ad taedium imitari soleant, ipse perraro affert, etiam Servii in eclogas commentarium; legit Horatii carmina*[12]*, Senecae tragoedias*[13]*, Porfyrii*

Iohanne consule ac duce gens nefanda Agarenorum ex Africae partibus adveniens hanc praefatam Parthenopensem urbem navali proelio diversisque machinis et expugnationibus eam comprehendere conabatur. *Agitur de obsidione a. 960; verba* adveniens hanc praefatam Parthenopensem urbem *coniungenda sunt (male distinxit Waitzius).*

1) *Ad Benedictum 10; in amicorum Vulgarii numero eum non recte enumerat Duemmler.* 2) *Auxilii locos v. apud Duemmlerum p. 112 et p. 115 sq.; invectivam in Romam (ed. Duemmler post Gesta Berengarii p. 137 sqq.; cf. ibidem p. 66 sqq., de Auxilio et Vulgario p. 42 sqq.) neque a Vulgario neque ab Auxilio, sed a tertio quodam Formosianae causae patrono scriptam duco a. 928; eius igitur ne in lectione quidem Vulgarii exponenda rationem habui.* 3) *Auxilius de ordinationibus (Duemmler p. 112):* Sed mirari non sufficio, quo pacto disertissimus iste contra Formosi ordinationem venire potuerit, praesertim cum geminos iamdudum libellos in eiusdem ordinationis tutelam patratos haberet, quorum alterum in Apulia et alterum longo post tempore apud Parthenopen composuerat. *Qui locus si forte ad alium Auxilii adversarium pertinet, tamen de Neapolitana commoratione Vulgarii dubitari nequit propter duces et episcopos illius regionis ab eo celebratos.* 4) *Fortasse Sergius illuc eum relegaverat; Casini certe etiamnunc in codice 439 servatur carmen 17 licet valde depravatum (cf. spicileg. Casin. I p. 407; N. A. XXI p. 325. 792) atque etiam Bambergensis codex Casini a. 999 scriptus esse videtur. Bene quadrat ad hanc coniecturam doctrina Vulgarii non vulgaris.* 5) *Mus. Rhen. XXXII p 536; de Senecae tragoediarum lectione vulgata (Vratisl. 1893) p. 14 sqq. Recte iam ille statuit Vulgarium uti codice eius recensionis, cuius unicus hodie extat testis liber Etruscus saec. XI. Cum autem codex Etruscus, qui cuiusnam ante Nicolaum Nicolai fuerit non constat, scripturae Francicae sit, non ineptum videtur conicere, ad monasterium Casinense redire archetypon: sed utcumque id est, hoc ex Vulgarii testimoniis confirmatur, etiam Senecae recensionem integram circa Casinum extitisse.* 6) *Opusc. III p. 590.* 7) *Certum videtur verba Tulliana* silent leges inter arma *(in defensionem Formosi p. 29 ed. Mabillon) non ex ipsa oratione Miloniana 4, 11, sed ex Servii commentario ad ecl. 9, 11 petita esse.* 8) *Lucani versum I 95 Augustino deberi discas ex adn. ad cap. 34.* 9) *Petronii verba ex cap. 46 Capro deberi exposui in Herma vol. XXXIII p. 506 sqq.* 10) *Totum caput 35 Vulgarius aliunde videtur mutuatus esse (cf. prooemii caput 4 p. 410).* 11) *Versu Aen. I 179 in cap. 35 laudato nihil probari potest (cf. adn. 10); X 386* vivida virtus *bis occurrit (38, 3; in defensionem Formosi p. 29 ed. Mabillon); de Servio v. adn. 7.* 12) *Cf. adn. ad 38, 5; rara apud Italos est lectio Horatii (cf. M. Manitius, Anal. zur Gesch. des Horaz im M.-A. p. 39): sed noverunt eum Erchempertus et Bertharius Casinenses.* 13) *Cf. supra adn. 5.*

Optatiani carmina figurata[1], *Sidonii Apollinaris epistolas*[2], *disticha Catonis*[3], *Martiani Capellae opus*[4], *Boetii et consolationem Philosophiae*[5] *et institutionem arithmeticam*[6], *Eusebii chronica ab Hieronymo versa*[7], *Hieronymi adversus Iovinianum libros*[8], *Augustini civitatem dei*[9]; *Capri denique grammatici orthographiam vel pleniorem legit quam ad nos pervenit saec. IX codicibus*[10], *antiquissimique astrologi Nembroth ineditos libros*[11]. *Quibus addenda sunt decreta canonica permulta; quae hic singillatim persequi longum est*[12]. *Metra habet permulta nec ea tantum, quae omnibus fere illius aetatis poetis communia sunt, sed etiam rariora.*

3. Commemoratur in eo catalogo, quem iussu Wolframmi abbatis s. Michaelis Bambergensis[13] *confecit Ruotgerus monachus,* de Formosiana calamitate lib. I. *Extabat igitur codex ille, qui nunc in bibliotheca regia Bambergensi adservatur sub numero P III 20*[14], *saec. XII in s. Michaelis monasterio. Hoc non fugit Duemmlerum*[15]; *sed debebat testimonio uti ad confirmandam coniecturam, quam ipse de codicis foliis male ordinatis verissimam proposuit*[16]. *Res ut patefiat, necesse est de compositione codicis, quae nunc obtinet, paucis referri; quo officio eo brevius licebit defungi, quo diligentius librum Duemmlerus ipse descripsit.*

Fol. 1 scheda singularis (manus Franca); olim cod. II^a fuit et locum habuit ante fol. 14 (v. infra).

I^b uniones duo (fol. 2—3; 4—5: fol. 4' partim vacat, fol. 5 versus de Atenolfo inscriptione carent, ut videantur folia ad minimum duo intercidisse; fol. 5' totum vacat), quaternio (fol. 6—13: fol. 6 et 13 manus Franca 1, fol. 12 manus Franca 2, fol. 13 manus Francae 3 et 4 rhythmum de Gregorio et Ottone[17] *scripserunt).*

II^a quaterniones tres (fol. 14—21: folium 14 olim folio 1 continuabatur Nolite tan|gere, *in parte inferiore folii 14^r Langobardica manus repetivit verba* et ad scelera *sqq. ex fol. 1^r, fol. 14^v incipit novus Auxilii libellus* Quis dabit aquam capiti meo *sqq.; 22—29; 30—37), ternio (fol. 38—43; fol. 43' partim vacabat, in versu extremo rubricator scripsit* Incipit libellus in defensionem Stephani episcopi et praefatae ordinationis: *in spatio vacuo litteris minutis Langobardicis scripta est de pontificibus illius aetatis adnotatio, quam Duemmler edidit p. 95).*

II^b quaterniones duo (fol. 44—51: fol. 44' manus eadem alio atramento uti coepit; fol. 52—59: fol. 59 Rodelgrimi et Guiselgardi epistola incipit, extremi versus fol. 59' angustioribus litteris scripti).

---

1) *Cf. carm. 2. 14—16. 36. 37; carmina figurata multi fecerunt, nemo vero psalteria praeter Optatianum et Vulgarium.* 2) *Cf. supra p. 355 adn. 12.* 3) *I 30, 2 citatur in libello de causa Formosiana (p. 131 ed. Duemmler):* Bonum quidem persequi vitium eius fuisset, si non imitabile esset; at quia imitatur, 'turpe est doctori, cum culpa redarguat ipsum'. 4) *Cf. adn. ad cap. 24, 5. 16 et 37, 20.* 5) *Carm. 13 = Boetii consol. Philos. III 5 metr.* 6) *Cf. adn. ad cap. 16 et 37.* 7) *Is enim est* fastus annalius *cap. 34.* 8) *Cf. Duemmler p. 130*[4]. 9) *Bis libris de civitate dei utitur in cap. 34.* 10) *Cf. pag. 407 adn. 9.* 11) *Cf. adn. ad cap. 24, 3.* 12) *Cf. editionem Duemmlerianam.* 13) *De Wolframmo I (1112—1123) cogitavit Duemmler p. 52, de Wolframmo II (1172—1201) H. Bresslau N. A. XXI p. 164. Catalogum Ruotgeri ex codice nunc deperdito ed. Schannat in vindemiis litterariis I 50 sqq.; repetierunt Ziegelbauer (hist. rei litt. ord. s. Bened. I 500), G. Becker (catalogi antiqui 80 p. 192), H. Bresslau (N. A. XXI p. 165); notavit Gottlieb, über mittelalterliche Bibliotheken n. 18 p. 22.* 14) *Descripserunt Duemmler p. 47 sqq., Bloch N. A. XXII p. 113. Codicis quantum in hoc volumine edendum erat, cum Duemmleri editione atque apographis, quae accuratissime facta esse expertus sum, iterum excussi a. 1897; libros Formosianos, quos ego inspexisse satis habui, contulit A. de Hirsch-Gereuth.* 15) *p. 53.* 16) *p. 51 sqq.* 17) *Rhythmum post Duemmlerum (p. 57; 'Anselm' p. 80) ed. Bloch (N. A. XXII p. 114).*

II^c unio (fol. 60—61: fol. 60 vacat, fol. 60′ incipit novus libellus), quaternio (fol. 62—69), biniones duo (fol. 70—73, 74—77), quaternio (fol. 78—85), unio (fol. 86—87; fol. 87′ partim vacat).

II^d quaterniones duo (fol. 88—94: post fol. 91 unum folium numero caret, fol. 88 Eugenii Vulgarii; *fol. 95—102); abrumpitur oratio.*

I^a quaternio (fol. 103—110: fol. 103 vacat, fol. 103′ Vulgarius in defensionem Formosi papae), *binio (fol. 111—114: fol. 114′ extremi versus angustiores).*

Codex II praeter superiorem partem folii 14^r nunc totus Langobardicis litteris scriptus et correctus est, nisi quod tribus locis[1] *Francae manus nonnulla addiderunt; in codice I praeter manus Langobardicas minoribus litteris usas etiam Franci duo versati sunt. Apparet primo obtutu duos codices coniunctos esse; utrum vero positio catalogi ad codicem iam saec. XII coniunctum an ad alterutram eius partem pertineat, per se incertum est: quam ad quaestionem diiudicandam proficiscendum est a verbis catalogi* de Formosiana calamitate lib. I. *Quibus cum initio codicis I^a fol. 103′* Petis a me responderi super Formosiana calamitate *comparatis dubium esse vix poterit, quin Ruotgeri aetate fol. 103 sui codicis primum fuerit. Tum vero, quod unius codicis in catalogo mentio fit, codices I et II hoc ordine comprehensos fuisse eodem volumine veri simile est. At ne sic quidem satis explicantur detritae in fol. 13′ litterae; sed necesse est post Ruotgeri aetatem, sed ante a. 1611, quo anno codex denuo compactus est*[2]*, codicis coniuncti partem I ex integumento antiquo solutam esse; ea causa erat cur a. 1611 homo imperitus schedarum rectum ordinem restituere nesciverit. Sic etiam factum est, ut codicis II extrema pars omnino periret: solent enim primi et extremi librorum male compactorum quaterniones mediis facilius solvi.*

4. Sed adscendamus ab ipso codice Bambergensi ad eius archetypon. Nam etiamsi Lachmanni arte, qua saepe codicis superstitis archetypon deperditum recuperare licet, hic nos progredi non posse consentaneum est, tamen utiliter quaeremus, num syllogae ordo ab ipso Vulgario constitutus sit. Et hoc quidem facile intellegitur, non semel ea, quae argumenti similitudine coniunguntur, etiam inter se excipere: fol. 110′ coniunguntur epistola et carmina ad Sergium III papam, quibus adnectuntur epistola carmenque ad Vitalem episcopum et epistola ad Theodoram; neque enim dubito, quin ad Theodoram, Theophylacti senatoris uxorem Sergiique III socrum[3]*, ideo scripserit Vulgarius, ut illa ipsi animum generi sui conciliaret. Sic etiam postea fol. 2 sqq. carmina ad Leonem imperatorem inter se excipiunt. Claudunt syllogam duo ad Sergium carmina supra neglecta. Nam consilio poetae haec carmina a ceterorum ad Sergium datorum grege disiuncta esse non iam putabit, qui carmina 11 et 30 inter se comparaverit*[4]*; quae facere non possum quin hic perscribam.*

XI. Cattus dum ructus refluit de sorice grandi,
Relliquias mensae musca deroserat audax.
Praecipitem hinc cattus mensam libamine plenam
Calce ferit, madidus probroque sepultus . . . ×
Hoc quoniam gallum milvum rapuisse dolebat.

---

1) *Fol. 24′ (p. 69 D.) verba* ⊙ *(sic pro* ○ *codex non semel)* incomparabile sacrilegium *ss. manus Franca; alia manus item Franca paulo infra in margine addidit verba* Nonne linguam melius fuerat particulatim dari avibus quam in tantam prorumpere vesaniam? *Utraque cum in Auxilii de ordinationibus libello cap. 28 (Mabillon Anal. vet. p. 37) recurrant, genuina videntur. Hinc etiam tertius locus ab altero illo Franco additus fidem accipit, qui est de Nicolaitis fol. 34′ (p. 82 D.)* Nicolaus quoque non ab alio aliquo .... quae et ego odi. 2) *Cf. Duemmler p. 47.* 3) *Cf. Liudprandi antapodosin II 48 (ed. Duemmler 1877 p. 45).* 4) *Duemmlerus rem sensit, neque vero persecutus est (p. 148).*

XXX. His dictis gallum milvum rapuisse ferebant
Cornice sub quercu gesticulante diu.
Cattus enim ructus refluens de sorice pingui
Relliquias musca roserat ardalia.
Praecipitem at cattus mensam libamine plenam
Calce ferit tumida, sternit ad hima sacra.

Vides idem argumentum metro heroico elegiacoque a poeta tractari coeptum, neutro absolutum; et, ni fallor, hoc etiam nunc cognosci potest, carminis 11 recensionem antiquiorem esse: videre mihi videor Vulgarium primis quattuor versibus hexametris scriptis in margine addentem v. 5, sed inter scribendum haesitantem, dum animadvertit male per caesuram semiseptenariam produci in musca *syllabam posteriorem versumque 4 pede breviorem et recordatur verbum exquisitum* ardaleon*: quis enim tam illepidus est deliciarumque graecarum expers, ut data occasione ponendi verbum rarum nec notum nisi doctis malit ponere verbum plebeium atque etiam pueris notum? reprobatur scheda incohata et, cum pro clausula hexametri* deroserat audax *ponendum sit* (de)roserat ardalea, *metrum heroicum elegis mutatur. Quis vero carmen ne absolutum quidem, sed inter mediam operam reiectum et denuo texi coeptum nihilo minus a Vulgario ipso edi potuisse concedet? Quodsi eo defuncto schedae posthumae in unum collectae sunt, facile accidere poterat, ut duae eiusdem carminis recensiones in diversis schedis scriptae reciperentur, quarum Vulgarius ipse ne posteriorem quidem recepturus fuerat; nam ne id quidem perfectum est.*

Accedit argumentum alterum. Inscripsit Duemmlerus p. 139 praeter codicis auctoritatem Eugenii Vulgarii epistolae et carmina. *Et ille sibi constitit, cum nihil praeter epistulas et carmina in ea libri parte ediderit; codex autem praeter ea continet adversaria et collectanea. Non dico illas 'interpretationes sermonum', quarum in numero etiam Capri de calce fragmentum habendum est cum Petronii verbis: eas enim scholiorum loco Vulgarius ipse, qui erat mos illius aetatis, carminibus doctis addi voluit. Quid vero carminibus, licet perversa doctrina inflatis, cum astrologicis excerptis de apocatastico et climacterico ex Martiano Capella et Nembroth 'antiquissimo astrologo' (24)? quid cum enumeratione* usque in quibus locis ante diluvium venerint *(34)? quid cum sermonibus interpretatis* quis, qualis, quantus *(29) et* glisco -is, torrens, labor -eris *et* lavor -aris *(35)? adversaria agnoscimus, quorum gratia postea carmina compositurus erat; satis, puto, novimus hominem, cuius in carminibus non verba inserviunt argumento, sed argumentum singulis verbis. Dubitari potest de fol. 1; quod quamquam olim pertinuit ad syllogam codicis II, tamen rudia excerpta continet similia atque codex I, sed canonici argumenti; hoc folium in adnotatione*[1] *edere malui quam syllogae addere, adiuncto folio 14ʳ, quod olim ei*

---

1) DE X CORDIS.

| pinquante, magis ac magis habundat iniquitas; idcirco probabilibus declarandum est documentis, qualiter in illis que luce clarius deo inimica esse monstratur, veluti homicidium, sacrilegium, nulli umquam potestati obtemperare debeamus et ad scelera committenda (nullius excommunicatio) nullius obligatio timenda vel observanda sit. Scimus igitur quoniam contra *fol. 1.*

DE X CORDIS *inscribitur Augustini (non Hieronymi, ut ait Duemmler p. 47) sermo I 9; verba in summo margine scripta vix eadem manu.* 2 *Auxilius de ordinationibus c. 34* tamquam in illis, quae manifesta ratione (luce clarius *ibidem c. 31*) deo inimica esse probantur, cuilibet pastori obtemperandum sit. Verbi gratia si te ad periurium, falsum testimonium, sacrilegium vel homicidium excommunicando impulerit, numquidnam in talibus vel eorum similibus pastoris excommunicatio timenda vel facienda decernitur? Nequaquam; quippe non solum qui faciunt (apostoli verba sunt), sed et qui consentiunt facientibus, digni efficiuntur morte perpetua *(Paul. ad Rom. 1, 32).* 3 obt. *sic manus Franca; Langobardici librarii ubique* opt- et ad scelera *usque ad* iudica causam tuam *(v. 11) iterum scripsit manus Langobardica* B^{II} *in fol. 14 parte inferiore* 3 *sq.* nullius excommunicatio *addidi ex* B^{II}

continuabatur. Ceteroquin in edenda sylloga eam mihi legem scripsi, ut quam accuratissime codicis unici legentibus proponerem imaginem; quod si per libri rationem facere licuisset Duemmlero, neque de Petronii fragmento egregio tam inique iudicavissent Haup-

---

nos sevire incipiunt et acerrimas iaculari minas; sed, quia nihil nos a caritate dei separare poterit, rectius putamus sevientium displicere comminationibus et vestris saluberrimis oboedire iussionibus. At vero si presens opusculum ideo quisquam superfluum putaverit eo quod ad tempus non sit qui nobis iudicium proferat ęquitatis, noverit plane, quia iuxta Hieronimum cano mihi et meis, videlicet ut bona animo simus et bonam causam nos habere non dubitemus, expectantes generalis concilii iustissimum examen, auctore illo, ad quem clamantes dicimus: 'Exurge, domine, et iudica causam tuam'. CONCILIO NICENI.

Cum omnes apostoli de hoc mundo tractassent, specialiter investigaverunt, inprimis de ordine monachorum et de ordine sacerdotum. Intentio autem orta est inter Theodosio orientalis provincie necnon et inter Hieronimus simplex presbiterum et Ambrosius archiepiscopus. Cum resedente se inter canonicorum, patrum et monachorum et episcoporum, presbiterorum, diaconorum, subdiaconorum, percussit itaque Firminus tribunus de ordine sacre tonsure.

Dixit Iustinianus. Non permittat dominus (quod absit) nec lex dei, ut aliquando laicus initi et manum in sacra tonsura cedere aut percutere, nisi episcopus, cui tradite sunt claves regni caelorum, ligandi atque solvendi, nec adhuc permittimus eis nisi pro certis culpis percuti. Quod absit; nec aliter preiudicet episcopus, quid non percussorem, sed domus dei sibi commissa, bene subministret, nisi inpoenitentia iudicetur. Dixit Iustinianus. Eufrosinus, Valentinus, Clemens episcopus, Sixtus episcopus, Victor episcopus. Ad sacra tonsura non licet arma vel fustem tollere nisi crucem Christi in manibus suis aut si iussio regis venerit ad ipsam provinciam defendendum, licet arma tolli episcopus vel abbatibus, ubi iussio regis est, licentiam damus.

Contrarium nobis est [seu Christianorum seu et sedem sanctam apostolicam que] laicus ad sacram tonsuram nec malis eloquiis vel prave aut proterve contendere [nisi que dicunt facere, facite; que autem faciunt nolite facere] acusationem contra eum non recipere [Audi David dicentem: 'Sacerdotes tui induantur iustitiam'.]; aut eum qui percusserit, nonaginta solidos dampnum patiatur et, si contempserit, anathematizetur, quia de his gradibus dei iudicium est, non humanum, sicut supra sedem sanctam apostolicam, cui tradite sunt claves regni celorum; et iterum 'nolite tan|gere christos meos et in prophitis meis nolite malignare. *fol. 14.* Et hanc preceptum canonum patri Basilii archiępiscopi et abbatis: 'Qui autem acusationem accoęperit adversus presbiteros, anathema sit [Non solum qui faciunt sed et his qui consentiunt facienti], quia dominus docuit per apostolos suos dicens: Nolite ligurio vobis triturantis [sed que dicunt facere, facite, nolite contempnere, quae autem faciunt, nolite facere] . . ., quia non est vestrum nosse tempora vel momenta, que pater posuit in sua potestate; ita et sacerdotem

---

5 sed quia B^{II}: et quia B^{I}; *cf. Paul. ad Rom. 8, 39.* 7 patauerit B^{I} 8 *Auxilius c. 40* Attamen iuxta beati Hieronymi sententiam canimus nobis et nostris, sc. ut bono animo simus et bonam nos causam habere non nobis, sed sanctis patribus credamus . . . . ideoque in sacro ordine quo consecrati sumus, permanentes praestolamur universalis concilii aequissimum examen, auctore illo, ad quem clamantes dicimus: Exurge domine et iudica causam tuam *(psalm. 73, 22* exurge, deus, iudica causam tuam*)* 9 bona B^{I} *(B^{II} evanuit).*
12 Cum omnes apl̃i] *fort.* ep̃i *(i. e.* episcopi*)* 14 puicie (n) *et* ieronm' (h) *B* 20 abscit *B* 21 inpenitentia (o) *B*
26 *Duo genera enuntiatorum mixta sunt; secrevi quae a lege canonica (locum ipsum non inveni) aliena esse intellexi; notas nimirum marginales praeter Auxilii (vel quisquis haec scripsit pro Formosiana causa) consilium textui canonico inseruit librarius.* sc̃e *in* sc̃am *corr. B* 27 a[d] *B* dicunt] dic̄it *B* 29 *psalm. 131, 9.* 32 *psalm. 104, 15; fol. 1 et 14 olim inter se continuata fuisse fugit Duemmlerum.* 34 Non solum qui faciunt *sqq.: cf. supra ad v. 2.* 35 *Paul. ad. Timoth. I 5, 18 sq.* Dicit enim scriptura: 'Non alligabis *(sic hic et ad Corinth. I 9, 9:* ligabis *deuteron. 25, 4)* os bovi trituranti', et: 'Dignus est operarius mercede sua'. Adversus presbyterum accusationem noli recipere nisi sub duobus aut tribus testibus. 36 *actus apostol. 1, 7.* 37 potes[ta]te *B*

tius et Buechelerus, neque neglecta fere iacerent carmina quae in primis digna sunt cura philologorum.

5. *Expositum est et de Bambergensi codice et de eius archetypo; restat ut coniectura quamvis dubia indagare studeamus: quando, ubi, cuius iussu codex Bambergensis ex schedis autographis descriptus sit. Adhiberi eae facile non poterant nisi eo loco, ubi Vulgarius obierat; i. e. in Neapolitana regione; supra*[1] *dixi de Monte Casino paene sponte cogitari. Codex scriptus est saec. X; saec. XII fuit eius monasterii, quod condiderat splendidissimeque exornaverat Henricus II imperator; saec. X exeunte cuius fuerit, indicare videtur Leonis episcopi Vercellensis*[2] *rhythmus duabus manibus Francis in fol. 13' scriptus de Gregorio et* O t t o n e; *nempe iam Duemmlerus*[3] *magna cum probabilitate coniecit Ottonis III eum fuisse et ex eius hereditate ab Henrico II Bambergensi ecclesiae donatum esse. Tum vero meminisse iuvabit, a. 999 Ottonem Casinum, Capuam, Beneventum venisse*[4]*, eaque occasione suspicari licet codicem eius iussu a compluribus librariis scribendi operam ob brevitatem temporis inter se partitis*[5] *exaratum esse. Sed miretur fortasse aliquis, quid Ottoni in Vulgario et Auxilio tantopere placuerit: at tum ille totus erat in restituenda ecclesia Merseburgensi*[6]*, quam pater eius funditus everterat, ut Giselero episcopo ad altiora adspiranti iure canonico liceret ad archiepiscopatum Magdeburgensem adscendere; nonne id sufficiebat ad excitandum studium cognoscendi historiam eius papae, in cuius memoriam ob idem crimen atrocissime successores saevierant? In carminibus vero placere poterat Ottoni, quod Vulgarius summis laudibus Romam 'auream'*[7] *extulerat, quam ipse erigere ardebat ad antiquae maiestatis culmina.*

---

sibi constituit atque ad suo iudicio reservabit, quia non est pars fidelis cum infidelis nec iustis cum iniustis.

U. C. A. U. A. D.

et ad scelera . . . . iudica causam tuam *(supra v. 3—11).*

1) *Cf. p. 407 adn. 4.* 2) *Probo sententiam Blochii (N. A. XXII p. 109 sqq.).* 3) *p. 53; propter rhythmum et manus Francas haec coniectura probabilior est quam altera quae in promptu est, codicem in aula Iohannis ducis Campaniae scriptum esse (cf. Waitz, Archiv IX 673 sqq. de cod. Bamberg. E III 14).* 4) *Cf. Giesebrecht, G. d. d. K.-Z.* I^5 *p. 716.* 5) *Cf. Wattenbach, Schriftwesen*^{3} *p. 437 sq.* 6) *Cf. Giesebrecht, G. d. d. K.-Z.* I^5 *p. 711. 733. 735.* 7) *E. g. carm. 38.*

---

38 *i. e. reservavit Paul. ad Corinth. II 6, 15* quae autem conventio Christi ad Belial? aut quae pars fideli cum infideli?

I.

VULGARII IN DEFENSIONEM FORMOSI PAPĘ.

Ed. I. Mabillon, anal. vet.[1] *IV p. 610, ed. alt. p. 28; libellum in fontibus historiae pontificum Romanorum denuo edendum exclusi.*

II.

AD SERGIUM PAPAM EIUSDEM.

Videtur corporis huius scematis dispositio sacratione numeri ita distributa, ut et apostolice fidei norma et proportio discriminalis non sit neglecta. Duodecies enim singula et sexies bina et quater terna et ter quaterna et bis sena duodecim faciunt. Ubi dum unitas totius essentię, quę constat in terna quaternitate et in quaterna trinitate,

---

II 1 muneri *B: corr. Duemmler* 2 fide normā *B: corr. Duemmler* 3 facuunt *B*

per geminam senariam et per binariam quantitatem senarii in duodenam determinans magnitudinem, liquet essentiam deitatis unam in tribus constare personis perque quattuor euangeliorum discurrere volumina, senariaque conditione duplicata eotenus in duodena apostolorum extuberare lumina. Quod autem partes eius monas dias trias et tetras necnon et exas insunt, omnia mystice trafusa secretorum arcana responsant; quippe praesagio quodam XII menses, signa et horę totidemque filii Iacob et fontes, exploratores etiam missi ac Iordanici lapides XII sublati, boves qui luterem ferrent et porte Hierusalem totidem: procul dubio apostolicus typificatus est numerus. Ceterum examinata linearum superficies unusquisque versus, etsi non ysosyllabus, totidem tamen caracteribus supputatur eiusque a principio ad medium, quo a medio † in premum impertite magnitudinis numerorum disponitur tractus, porro principii medii finisque conexio hoc consona voce coniubilat:

'Aeternum salve presul stans ordine Petri.'

AD EUNDEM VERSUS.

I.

AVREVSORDOMICANSC**E**LIDENVMINEFVLGE**T**
ELICHIASVERTEXSAC**R**ATISPERMATISOME**N**
VIRTVTVMPARETCOLV**M**ENSACRATIOCELEB**S**
AVCTORQVIPPEBONIC**L**AROMIRABILISACT**V**
ECLESIAMTALINVPTV**P**VLCHRESCITVTVBE**R**
ANTESTESSACRISETR**E**XINOLESCERETVNV**S**
VERBIVOCEPOTITVSO**L**IVĘCRISMATEFVSV**S**
TERRARVMCVSTOSSOL**A**MENPRECLVENECNO**N**
SANCTVSNAMPRESVLV**O**TODEIVREPRECATV**R**
DELECTAEPLEBITRAD**I**TNICTANDOIVVAME**N**
EXEMPLVMCVNCTISET**P**LENVSMVNEREVITA**E**
TOLLERECONTENDITP**R**IMATVMLVMINISEV**I**

II.

Aureus ordo micans celi de numine fulget
Elichias vertex sacrati spermatis omen.
Virtutum paret columen, sacratio celebs;
Auctor quippe boni claro mirabilis actu
Eclesiam tali nuptu pulchrescit, ut uber
Antestes sacris et rex inolesceret unus,

---

5 determinatur *Duemmler; sed. cf. p. 411, 15* 7 eu|angeliorū discurrurere *B* 10—12 *anacoluthon non videtur tollendum* 13 superficie *Duemmler; sed cf. nominativos absolutos 3, 15 sqq. 5, 21* ysosyllabus *(prior* y *ex corr.) B* 14 supputat; *B: correxi* pricipio *B* in p̄mū *B; aut* in ⟨su⟩premum *aut* ⟨ad⟩ infimum *legendum puto* 16—IV 3, 1 *cf. tab. II*

I 5 Eccl̄am *et* Pulcrescit *B: correxi* 6 Antistes *B: correxi (cf. ad 35)*

II 10 *cf. genes. 35, 22; exod. 15, 27; Iosue 4, 2. 8; regum III 7, 25; apocal. 21, 12.* XII signa *zodiaci.* 13 *sq. i. e. litteris tricenis quaternis.*

II 2 *i. e. Helcias?* 4 *cf. 37, 2.* 5 *i. e. pulchram facit; episcopus sponsus ecclesiae.* 6 uber sacris *i. e. plenus sanctitatis.*

Verbi voce potitus, olivę chrismate fusus,
Terrarum custos, solamen preclue necnon.
Sanctus nam presul voto de iure precatur,
Delectae plebi tradit nictando iuvamen,
Exemplum cunctis et plenus munere vitae
Tollere contendit primatum luminis evi.

III.

METRUM PHEREGRATIUM AD EUNDEM.

Salve summus et unus,
Sergi, gloria mundi
Vertex et decus orbis,
Tu victoria rerum,
Causarum reparator,
Natorum populorum
Verus presul in urbe
Fulges vestibus ecce:
Lumbi stimulus auro
† Nexus hiacinthus,
Stipans purpura iuxta
Coccus bis quoque tinctus,
Bissus tortus et idem
Circum punica mala.
Sic iam sic rationis
Cultum pectore portans
Sanctorum loca sancta
Ingressus sonat infra.
Quem nos rebus egeni,
Paupertate gravati
Nunc nostri memorare,
Te deposcimus ipsi.

IV.

AD EUNDEM METRUM SAPHICUM.

1. Tu decus magnum, metuenda virtus
Fulminas mundum reserasque cęlum
Lividas mentes medicans alyptes,
Larga facultas.

2. Ecce non unum pateris secundum,
Non tibi compar sociale quiddam,
Quippe sed subsunt tremibunda cuncta,
Sergie summe.

3. Conferens tecum decus omne priscum
Pulcrior tantum tua forma lucet,
Delior quanto nitet orbe pleno
Foebus et ipse.

4. Hoc deus fecit, pietas magistra.
Occidat crebro furibundus ictu,
Ducat ad pacem gravitas nefandos
Iurgia pulsa.

---

7 voce *Duemmler*: uiuę *B (ex* oliuę*?)* 10 Delectę *B* noctando *B: correxi; cf. 25, 5* 11 cunctus *B: corr. Duemmler* ut *B: correxi* uitE *B*

III 10 *versus corruptus* 19 ęgeni *B*

IV 1, 3 Libidas *B* 3, 2 tanto *Seneca* (tantum *ex* tecum *3, 1 natum?)* 3 Delius *Duemmler*; δῆλιor *i. e.* clarior *(Seneca)* 4, 3 negantes *Peiper (cf. p. 407*[5]*)*, iurgia pulsa *nominativum absolutum esse ignorans (cf. ad 2, 13)*

III 1 *cf. 6, 1.* 5 *verus praesul populorum in urbe natorum.* 8 *sqq. cf. exod. 39, 8. 19. 22.* 15 *dum rationis cultum (i. e. rationale; exod. 39, 8) gestans ingrederis sancta sanctorum, sonat ('es tönt') infra; nominativus absolutus (cf. 2, 13).* 19 *sqq. cf. 17, 4, 3.*

IV 1, 2 *cf. 38, 2.* 3, 1—3 *Senecae Phaedr. v. 741 sqq.* Conferat tecum decus omne priscum | fama miratrix senioris aevi: | pulchrior tanto tua forma lucet | clarior quanto micat orbe pleno *Phoebe.* 4, 1—5, 2 *Sen. Thyest. 556 (ensis)* quem movet crebro furibundus ictu *Mavors (4, 2); 559* ducit ad pacem Pietas negantes *(4, 3. 1); 560* otium tanto subitum e tumultu quis deus fecit? *(4, 1); 574* iam silet murmur grave classicorum, iam tacet stridor litui strepentis; alta pax urbi (*E;* urbis *A*) revocata laetae *(5, 1. 2).*

5. Iam silet murmur litui fragoris,
Alta pax urbi revocata (laetae)
. . . .
. . . . . .

6. . . . . cantat
Psaltria plectro feriente cordas,
Alleluianum resonant et aulae
Carmen ubique.

7. Rapta iam dudum nova pompa morti,
Nullus ad manes properatur ordo:
Unde sint laudes, honor ac potestas,
Gloria Christo.

V.

AD EUNDEM METRUM PARHEMIACUM.

Nunc gaudeat aurea Roma,
Surgunt quia pergama fracta
Et puplica res male lapsa
Tandem rutilans rediviva
Florescit ut imbrea verna.
Sub presule denique tanto,
Delectat, ut ardua cuncta
Sint et celeberrima sęcla,
Subsidat et horrida noxa,
Pellantur (et arma) hebetata.
Fortuna quidem rotat alta,
Vertit quoque fata priora,
Quo prima fuere quirina
Ob hoc solio relocata.
Lauda, nitidissima Roma,
Per quem tibi talia lata;
Hinc † eveheris ad astra!
Sed iam ratione perita
Dicat modulando camena,
Ut Sergius ordine papa
Felicia tempora ducta
Letetur in ęona longa!

VI.

EPISTOLAE SUPERSCRIPTIO.

Lucida dum current annosi sidera mundi,
Candida, sancte, tui, Sergi, venerabimur ora.

5, 1 fragoris] strepentis *Peiper ex Seneca* 2 *defectum statui; versum supplevi ex Seneca* 6, 2 psaltrias. *B: corr. Peiper* 7, 1 Rapta *Peiper coll. Seneca:* Rupta *B*

V 5 imbre averna *Duemmler, sed novi nominis* imbrea, -ae *ablativum Eugenius corripuit (cf. 14, 3, 3. 19, 3. 23, 18. 31ª, 9, 1); verni imbris notio hic aptissima* 10 et arma *addidi; elisiones paucae, sed certae (8, 9. 11, 3. 16, 39. 21, 2. 4. 5. 8. 23, 4. 6. 14 quater. 15. 17 quater. 18. 21. 27, 1. 2. 30, 10. 33, 3, 3. 36, 16. 28.)* 13 fuêre *B; itemque v. 19* camêna 17 *fort.* ecce veheris (*sed cf. 6, 4* caelo evecta)

6, 2 *Sen. Troad. 833* tinnulas plectro feriente cordas. 7, 1. 2 *Sen. Oedip. 126* ducitur semper nova pompa Morti, longus ad manes properatur ordo.

V 6 *cf. 16, 36.* 11 *'cf. Senecae Phaedr. 1124 sqq. et Thyest. 618'. Peiper; vix recte, cum sententia haec potius esse videatur: 'Fortuna Romae reducit aurea saecula, quibus primi reges ob easdem ac Sergius virtutes in solio sunt locati'.* 21 *i. e. felicibus temporibus ductis; sed omnes versus praeter v. 6 in* -a *exeuntes fecit Vulgarius.*

VI 1 *Sen. Oed. 504. 508* lucida dum current annosi sidera mundi . . ., candida formosi *(AR,* formonsi *ETh)* venerabimur ora Lyaei; *nescio an reservatione quadam mentali Vulgarius secundum Senecam se* candida Formosi *papae* ora *semper veneraturum esse voveat.*

EPISTOLA AD EUNDEM.

Summo et universali papae ac vero apostolico domno Sergio Vulgarius peccator vestro⟨rum⟩ omnium servorum ultimus servus.

Sanctam vestrę divinitatis ępistolam, etsi indignus, accepi; sed ea, ut par erat, bis terque adorans utpote cęlo evecta gaudio exhilaratus fui. Ubi dum communiones et proprietates differentiarum divisibilium et specificarum, generum et specierum perpenderem, defeci scire nequivique penetrare, quomodo in eodem simile et dissimile coercitum coesisset ac non modo suam speciem eadem species, sed etiam omnis sui generis species simulque specierum genus supergressa fuisset; sed ubi deficit humanum, supplet divinum. Verum ⟨cum⟩ te dominum, immo deum, meque pulicem considerassem et sic filium me appellasse legissem, expavi et contabui. Quippe patris magnum est nomen nimiumque potens; nostros humilius nomen affectus decet, servum vel famulum vocare. Sed quia neque potius servum neque absolutionem et benedictionem, quam tam care poposci, quia non promerui, indignum me compensavi; quod vero repromissam legi, recordatus fui, quia nescia est mens hominum fati sortisque futurę. O quam miserum est nescire mori! Idem autem quod divinitas vestra mihi tam vili et squalenti salutem mandare bonaque promittere dignata est, pavet animus horridus, quassat artus tremor ac, ut liceat impune loqui, metuo deos nimium faventes. Est enim regis alti spiritum regi dare simul et negare. Rotat igitur omne fatum: nemo tam divos habuit faventes, crastinum ut sibi posset polliceri. Rex deus nostras celeri citatas turbine versat. Proprium quidem hoc miseros sequitur, numquam rebus credere letis; licet redeat felix fortuna, tamen dubios gaudere piget. Et quidem peior est bello timor ipse belli. Certe maiora veris monstra vix capiunt fidem. Non est, inquam, ad caelum mollis e terra via: fata enim, si miseros iuvant, ferunt salutem, si negant, sepulcrum. O quanti casus

---

VI 1 domno] dom̄ *B (sic etiam in libellis pro Formoso scriptis)* 2 ur̄o *B* 3 diuinatis *B* (it *ss. m. 2 ant.)* 7 om̄is *B; fort.* omnes 8 supergressā *B*[1] 9 cum *om. B: add. Duemmler* 10 *fort.* appellatum esse 11 humiliū *B* 12 deque absolutionem *B* quantam *B: corr. Duemmler* 14 hominum] hum/// *(i. e.* humana*)* *B*[1] 17 fabentes *B* 21 peiorē *(non* peiorem*)* *B* 23 iubant *B*

4 *cf. 5, 17; 'nachdem ich sie, wie sich's gebührte, zwei und drei Mal anbetend gen Himmel gehalten hatte'.* 7 suam *(humanam)* speciem eadem *(humana)* species. 8 *cf. 17, 1, 4* species superans genus omne. 9 *cf. Commodiani instruct. I 31, 9* suggerit hoc Paulus apostolus, non ego pulix *(de lectione cf. Dombart, über die ältesten Ausgaben der Instructionen Commodians, Wiener S.-B. XCVI p. 457*[3]*) et codicis Paris. lat. 2440 saec. IX fol. 130' versum* te nostra de parte pedunculus iste salutat *(ed. Hampe, N. A. XXIII p. 629).* 10 *Sen. Phaedr. 609* matris superbum est nomen et nimium potens; nostros humilius nomen affectus decet: me vel sororem, Hippolyte, vel famulam voca, famulamque potius. 12 *sed quia neque potius (Sen. v. 612) servum (sc. me vocasti) neque (i. e. et* quia non*; quae repeti non debebant) absolutionem promerui, indignum me (sc. ea) esse reputavi.* 14 *Verg. Aen. X 501* nescia mens hominum fati sortisque futurae. 15 *Sen. Agam. 611* o quam miserum est nescire mori. 16 *Sen. Troad. 168* pavet animus, artus horridus quassat tremor. 17 *Sen. Herc. fur. 661* liceat impune loqui *(E:* eloqui *A recte).* *Sen. Troad. 262* metuentem deos nimium faventes. *Sen. Troad. 327* est regis alti spiritum regi dare. 18 *Sen. Thyest. 618* rotat omne fatum; nemo tam divos habuit faventes, crastinum ut posset sibi polliceri: rex *(sic Rehdig. S I 6, 10 et alii teste Peipero:* res *EA recte)* deus nostras celeri rotatas turbine versat. 19. 20 *Sen. Thyest. 938* proprium hoc miseros sequitur vitium, numquam rebus credere laetis; redeat felix fortuna licet, tamen afflictos gaudere piget. 21 *Sen. Thyest. 572* peior est bello timor ipse belli. 22 *Sen. Troad. 169* maiora veris monstra vix capiunt fidem. *Sen. Herc. fur. 437* non est ad astra mollis e terris via. 23 *Sen. Troad. 510* fata si miseros *(A:* misero *E)* iuvant, habes salutem; fata si vitam negant, habes sepulchrum. *Sen. Phaedr. 1123* quanti casus humana rotant.

humana rotant, languescit mundus, labor undique durus; venit imperii sitis, venenum in auro bibitur, nulla umquam lux secura fulget; finis alterius mali gradus est futuri ac sic inter ruinas orbis et semper novas factum est caelum nocens. Ob id pectora tantis obsessa malis non sunt ictu ferienda levi; uno planctu tria regna sonant. Lacrimis lacrimas miscere iuvat, nova enim suspiria causa ministrat. Implere enim lacrimis fletus erumnas est levare. Periere namque mores, ius, decus, pietas, fides; periere cuncta, occidit regni status, crevit ingenium malis, nullam posteritas inveniet fraudis. Quocirca, pro dolor, cuncta expavesco meque non credo mihi et quod volo nolo quodque nunc nolo, id est quod volo. Detur idcirco, postulo, quieti tempus, ut somno gravi vis victa morbi pectus oppressum levet. Animam enim senilem mollis exsolvit labor, tenuis etiam anima vinculo mihi pendet levi, unde iners iam senectus adiuvat baculo gradum. Virginibus itaque pudor, consulibus eloquentia, magistris gravitas, omnibus honoribus sufficit proprium: sufficiat et mihi exotico mea exiguitas. Ecce enim angulus meus mihi placet paupertinusque recessus. Quies namque miserias lenit, pectora quoque pauper secura gerit. Novit igitur paucos secura quies: alium multis gloria terris garrula laudet, alius curru sublimis eat, me mea tellus lare secreto tutoque tegat. Liceat itaque, oro, in media mihi liceat latere turba: palatinum cultum meus refugit squalor; et dum, inquam, sim fedus, turpis, hebes, ignobilis, tardus et improvidus, non me talem curia requirit. Romana enim spectacula non talia poscunt. O dulce pignus, hominum deus, patriae decus: te vivente Roma beata; te obeunte versa fortuna quae sit nescitur futura. Quocirca unum tantum restat, o bone, ne amodo deneges petenti mihi et querenti absolutionem et benedictionem. Hoc nimirum unum est, quod precor,

27 ferienda *sic B* 29 erumna *B: correxi ex Seneca* (erumnam *Duemmler*) 30 nullam] *'verbum deesse videtur' Duemmlero; fort.* nulla novam viam 37 miserias *(*miseri *in ras.) B* 41 inquam si *Duemmler:* in qua si *B* 43 uersa *in ras. B* quae *Duemmler:* quē *B*

24 *verba* languescit mundus, labor undique durus *ex carmine heroico sumpta puto.* *Sen. Phaedr. 542* venit imperii sitis. *Sen. Thyest. 453* venenum in auro bibitur. 25 *Sen. Herc. fur. 207* nulla lux umquam mihi *(EA:* umquam Herculi *U. de Wilamowitz-Moellendorff; quicquid verum est, dativum omittere debuit Vulgarius in sententia generali)* secura fulsit, finis alterius mali gradus est futuri. 26 *Sen. Oedip. 32. 36* inter ruinas urbis *(sic EA)* et semper *novis* deflenda lacrimis funera ac populi struem incolumis ast . . .; fecimus caelum nocens. *Sen. Herc. fur. 1112* pectora tantis obsessa malis non sunt ictu ferienda levi; uno planctu tria regna sonent. 27 *Sen. Agam. 664* lacrimas lacrimis miscere iuvat. 28 *Sen. Troad. 78* sed nova fletus causa ministrat. *Sen. Troad. 765* implere lacrimis: fletus aerumnas levat *(*fletus *pro accus. plur. male accepit Vulgarius).* 29 *Sen. Agam. 112* periere mores, ius, decus, pietas, fides. *Sen. Med. 879* periere cuncta; concidit regni status. 30 *Sen. Med. 910* crevit ingenium malis. *Sen. Thyest. 192* fac quod nulla posteritas probet; *cf. appar.* 31 *Sen. Oedip. 27* cuncta expavesco meque non credo mihi. *Sen. Phaedr. 604* hoc quod volo me nolle. 32 *Sen. Herc. fur. 1051* detur quieti tempus, ut somno gravi *(E:* gravis *A)* vis victa morbi pectus oppressum levet. 33 *Sen. Oedip. 788* animam senilem mollis exsolvit sopor. 34 *Sen. Troad. 952* quam tenuis anima vinculo pendet levi. *Sen. Herc. fur. 696* iners Senectus adiuvat baculo gradum. 36 sufficit: *'man suchet nicht mehr an ihnen'; cf. 7, 10.* *Sidon. Apollin. epist. VII 17, 21* angulus iste placet paupertinusque recessus *(hanc versus formam iam Peiper restituerat, Sidonii non memor).* 37 *Sen. Med. 559* miserias lenit quies. *Sen. Herc. Oet. 652* pectora pauper secura gerit. 38 *Sen. Herc. fur. 174* novit paucos secura quies. *Sen. Herc. fur. 192* alium multis gloria terris [tradat et omnes fama per urbes] garrula laudet caeloque parem tollat et astris; alius curru sublimis eat; me mea tellus lare secreto tutoque tegat *(verba inclusa in Vulgarii codice ut in E post* parem *transposita fuisse recte statuit Peiper).* 40 *Sen. Thyest. 533* liceat in media mihi latere turba. 42 *cf. 7, 14* iam senes(centibus) et effetis viribus non me spectacula vix anhelantem poscunt; *coniunge* Romana spectacula *(nom.).* *Sen. Troad. 766* o dulce pignus, o decus *(A:* o *male add. E)* lapsae domus.

solumque, quod mihi aeque carum est ut vita cariusque patria. Unde per hanc fidem, qua deum in te adoro quave vicarium sancti Petri te credo, oro, si qua pietas mollescere potest, ut absolutionem et benedictionem † licentiam coetaborandi cellulam meam mihi tua ne deneget diva potestas, quatinus letus et liber in saeculum vadens longum tibi in terris ęternumque in cęlis regnare dictu felici perorem.

VII.
EIUSDEM AD VITALEM EPISCOPUM.

Episcoporum venerantissimo summeque sedis apocrisiario ac senatori primo Vitali episcopo ac omnium nostrorum magistro Vulgarius peccator fidele votum.

Sacram vestram reverentiam nos humiles quaesumus, quatenus bonus, ut semper, erga nos existatis et benivolentiam vestrę dulcedinis, quam puram indesinenter et sinceram iam olim concessistis, nullatenus a nobis subtrahatis; et quidem de fideli lucrum est fideliorem facere. Igitur domnus papa parvitatem nostram iubet ad se ire, unde pedes vestros osculans in deum et propter deum quęro consilium, quoniam quidem (ut pudet fateri!) paveo: nescio quod mihi, nescio quod animus grande presagit piaculum. Obscura loquor nostre verba fortunę. Non enim ingruit temporalis necessitas deo pręsule, quin non sufficiant nobis nostra; non enim est opus nobis Romam ire, invidias nonnullorum pati, quę nonnumquam nusquam desunt, presertim cum ipsa morte peior sit mortis locus. Invidia quippe et luis labes non servant modum nec temperari facile nec reprimi stricti ensis ira potest. Quocirca oro, precor nimis nimisque precor, compescite iussionis imperium et quia iam senes(centibus) et effetis viribus non me spectacula vix anhelantem poscunt, merear excusatus emeritus fieri et absolutione et benedictione eius potiri, te interveniente teque faciente. Cęterum vestram dignitatem servus exopto, ut finem huiusce negotii sacris vestris dignemini litteris remandare. Commendamus nos vobis: sic ergo statuite, quicquid statueritis, ut causam vestram.

VIII.
AD EUNDEM VERSUS.

Inter pontifices presentis tramitis ęvi
Lucifer ut terris alter splendescis honore.
Tu presul magnus summum decus esque tuorum,
Egregium columen, patrię mirabile lumen,

---

48 coe uborandi *in* co&aborandi *corr. B;* licentiamque abitandi *Duemmler, quod verum esse non potest, cum Vulgarius potius* liber et laetus in saeculum vadens *vagari cupiat, cella nimirum relicta* 49 quatinus *scripsi:* qualiter *B (cf. 7, 3; 9. 23)*
VII 10 rotam *B: corr. Duemmler* 14 senes|et effētis *B: correxi (v. 13* compes|cite *B dispescuit);* senem *Duemmler*

VII 8 *Sen. Herc. fur. 1147* pudet fateri: paveo; nescio quod mihi, nescio quod animus grande praesagit malum. 9 *Sen. Phoen. 123* obscura nostrae verba fortunae loquar. 11 *Sen. Herc. fur. 706* ipsaque morte peior est mortis locus. 12 *Sen. Herc. fur. 403* arma non servant modum, nec temperari facile nec reprimi potest stricti ensis ira. 14 *cf. 6, 42* Romana enim spectacula non talia poscunt. 18 *Sen. Herc. fur. 1306* sic statue, quicquid statuis, ut causam tuam.
VIII 1 *'der jetzigen Zeitläufte'.* 2 *cf. 16 v. 37; 37, 3.* 4 *cf. 16 v. 40.*

Acceptus mundo, meritis acceptior astro,
Prȩclarus natu, multo preclarior actu.
Mittimus unde tibi laudes et signa dolentis
Velle valere tuum nomen per tempora ductum:
Atque animȩ semper pollens cum corpore sospes
Optineas, cupimus, longos feliciter annos
Vitalis vivens vitali vivere vita.

IX.

EIUSDEM AD THEODORAM.

Sanctissimȩ et deo amatȩ venerabili matronȩ Theodorȩ Vulgarius peccator vitam in Christo.

Odor vestre religionis circumquaque redolens; Christi bono odore flagraris ubique, dum sacra vestra religio sparsim oblectatur in mundo. Relatu enim plurimorum vitam sanctam vestram et conversationem audivimus et, quia deus vos ad exemplum virorum presenti tempore lucernam fulgentem posuit, spiritali gaudio congratulamur. Et quidem amplectimur in vos, quod deesse permaxime cernimus in viros, scilicet sanctum conubium, torum immaculatum, hospitalitates, ȩlemosinas, excubias sanctorum indesinentes, divina etiam ȩloquia, quȩ sedula perrimas. Dum igitur divinitus presagiatum sit, ut Theodora, id est dei donum, nuncupareris, par nimirum erat, ut translationem tui nominis imitareris: ut, quȩ a deo mundo data fueras, versa vice temet ipsam mactando deo redderes. Ȩquum est enim, ut perpendas, quia ‘fallax est gratia et vana pulcritudo; mulier timens deum ipsa sola laudatur et ridebit in die novissima’. Age ergo, Christi famula, defende honorem tuum, perduc ad finem, quod inchoasti. Veniat in mente, quia deus per feminam venit et illuxit mundo resurgensque a mortuis prius feminȩ quam viro apparuit. Honora eum de te, qui honoravit te de se. Habes itaque virum multo plus fortiorem et potentiorem isto senatore: iste etsi est dominus unius urbis, sed ille totius orbis. Si percontaris, quo ierit: ‘abiit viam longinquam, sacculum pecuniȩ sibi tulit, in die plenȩ lunȩ reversurus est in domum suam’. Beati, qui parati sunt occurrere illi! Memento igitur, quia decem leguntur virgines, quarum quinque fatuȩ et quinque prudentes: fatuȩ videlicet in hoc, quia, si quid boni egerunt, per inanem † faborem amiserunt. Placeat igitur, placeat tibi, ut, dum es nobilis carne, nobilior fias mente, quatenus commoto omni elemento, etiam dum angeli et archangelorum virtutes contremescent, merearis audire: ‘Euge, Theodora, optimam partem elegisti, intra in gaudium domini tui’. Igitur commendamus nos, o domna Theodora, commendamus nostram parvitatem vestrȩ sublimitati; et quia in presenti carne corruptibili non nos videbimus, in illa incorruptibili in Christo Ihesu valeamus. Pax et caritas domini Ihesu Christi sit nobis.

IX *post* Theodoram *aliquid erasum* 3 vestrae *Duemmler:* ur̄ et *B* flagra|ris (lagra *in ras.*) *B; fuitne* fragla-? 6 gratulemur *B*[1] 12 perpendis *B: correxi* 19 q *ss. B* 22 favorem *Duemmler* 27 valeamus] videamus *nolim*

7 dolentis *ob Sergii papae evocationem.*

IX 3 *cf. Vulgarii de causa Formosiana libellum p. 126 D.* non bene redolentes rumores procedunt; *Paul. ad Corinth. II 2, 15.* 7 *sq. epist. ad Ebr. 13, 4; nimium adulatur impudentissimae mulieri.* 12 *proverb. 31, 30. 25.* 17 senatore *Theophylacto.* 18 *proverb. 7, 19 sq.* 20 *Matth. 25, 1 sqq.* 24 *Matth. 25, 21. 23.* 26. 27 *Paul. ad Corinth. I 15, 42.*

X.

EIUSDEM AD BENEDICTUM MONACHUM.

Dic, rogo, cur pullo deludis corda cucullo?
Ostendis celebrem vano sub tegmine mentem.
Cur tibi sunt mores alii nomenque reluctans?
Fare, sophus, veheris qui forte novellus Athenis.
Dum iactes tete doctum, cur puplice pergis,
Esque tuum cor, communi fruerisque lavacro?
Sed (scio) Plautine iam surrexere phalanges
Carpendo tandem prompte reprehendere summos.
At quia merso sole chaos densatur et horrens
. . . .
. . . .

XI.

Cattus dum ructus refluit de sorice grandi,
Relliquias mensę musca deroserat audax;
Precipitem hinc cattus mensam libamine plenam
Calce ferit madidus probroque sepultus . . . ×
Hoc quoniam gallum milvum rapuisse dolebat
. . . .
. . . .

XII.

METRUM IAMBICUM TETRAMETRUM AD PETRUM SALERNE URBIS EPISCOPUM.

1. Laudis tuę potentiam,
Rerum bonarum gloriam,
Humanitatis gratiam
Audivimus dignissimam.

2. Nobillimus tu germine
Parens modestus pectore,
Vitam ligans sanctissime
Arcis subisti culmine.

3. Florente nunc te denique
Nostro bearis carmine;
Vivas valens sic tempore,
Aeternus ut sis ęthere.

X 1 c̊ur *B (itemque v. 3. 5)* 2 germine *B: correxi coll. Boetio consol. Philos. IV 2, 4* vani tegmina cultus *post v. 9 novum carmen significavi, quod quomodo cum carmine 30 cohaereat, exposui in praef. p. 411 sqq.*

XI 1 Cattus *sic B* 4 *crucem defectus indicem appinxit B*[1]*; cf. praef. p. 412*

XII 1, 3 *om. Duemmler* 3, 2 bearis *sic B; strophica ratione non perspecta falso distinxit Duemmler*

X 1 *i. e. dissimulas.* 2 *i. e. saecularem.* 3 *cum Benedictus sis nomine, maledictus es moribus et merito.* 4 *responde, sciole, qui Graecos veteres (paganos) aemularis temporibus modernis (Christianus).* 5 *cur prodis in publicum (quod dedecet monachum), ut iactes doctrinam?* 6 *acedia affectio monachorum propria (v. Ducange s. v.; Migne 220, 827) dici videtur;* es *(i. e. edis)* tuum cor *ut Bellerophon Tullianus (Tuscul. III 63),* qui miser in campis maerens errabat Aleis, ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans. communi fruerisque lavacro: *cf. I. Marquardt, das Privatleben der Roemer p. 275.* 7 Plautinae phalanges *nescio quo pacto mihi in mentem vocant equites illos quattuor ex apocalypseos capite 6.*

XII 2, 4 culmine *homoeoteleuti gratia.*

XIII.
BOETII.

Qui se volet esse potentem,
Animos domet ille feroces
Nec victa libidine colla
Fedis summittat habenis.
Etenim (licet) Indica longe
Tellus tua iura tremescat
Et serviat ultima Thile:
Tamen atras pellere curas
Miserasque fugare querelas
Non posse, potentia non est.

HOS ETENIM VERSUS VULGARIUS ATHANASIO
TERTIO SEDIS NEAPOLITANAE EPISCOPO DIREXIT.

XIV.
EUGENII VULGARII CRUX.

*C*astra vigent; mala vis *cum* signis pulsa feritu*r*;
*V*incit ubique potens a*rx* sacri luminis auctri*x*.

I. Metrum adonium.

Taliter (inquam)
Rex animarum
Robore fixus,
Corpore tensus
Tartara fregit
Nosque redemit.

II. Metrum paremiacum.

O quam lacrimabile gestum!
Servus dominum crucifixit
Et post pia munera sumpsit!

III. Metrum colophon.

Deus et homo Christus in ista
Pietate sua, sine nostra,
Patitur veneranda figura.

IV. Metrum pheregratium.

Hoc signo ruit umbra,
Mors et ferruginosa
Pallens aufugit acta.

XV.
EUGENII VULGARII CRUX.

*C*ongreditur mundo *cur*su mirabile facto*r*,
*V*exillum gestans, a*rx* in quo permanet ana*x*.

XIII 5 licet *Boetius consol. Philos. III 5, 5: om. B* || VERSUS *ss. B* ||
XIV *Metra quattuor circa crucem obliquam v. 1. 2 constantem scripta; litterae cursivae et exteriores et interiores faciunt* crux *(item in carm. 15)*
XV *crux recta; cf. ad carm. 14* 2 *temptavi* sarx, *i. e. crucem gestans, in qua ἄναξ σάρξ (γενόμενος) pendebat (sic in utroque versu fiunt litterae tricenae senae); at cf. 14, 2* arx

XIII *Boetii carmen ex consolatione Philosophiae III 5 (separatim scriptum in cod. Parisino bibl. nat. lat. n. 1154 fol. 120v; cf. N. A. IV p. 116) Vulgarius Athanasio misit ut Waldrammus monachus Sangallensis episcopo suo Salomoni Waldonis fratris mortem lugenti Fortunati et Boetii versus.*
XIV I 1 taliter robore fixus: *in dieser (Kreuzes-) Form ans Holz geheftet.* 2 *cf. 26, 1.*
II 3 post *i. e. postea.*
III 1 in ista veneranda figura *(de* a *ablativi correpta cf. adn. ad 5, 5 et Traube, Karol. Dicht. p. 28 adn.).*
IV 1 hoc signo *i. e. cruce.* 2 ferrugineum *epitheton rerum inferarum.*
XV 1 *i. e. mirabili (cf. 18, 3, 1 et adn. ad carm. de s. Cass. 108, supra p. 184).*

XVI.
EIUSDEM PYRAMIDA AD LEONEM IMPERATOREM.

L
V A V
X E C
H T I
O V F
M S E
I H R
N O I
V N N
M O C
P R A
A **V** **E**
T I L
R T O
I A C
A E A
E C E
C **E** **S**
O V
V N L N
G V
L A S T **R**
V E
M D A S N
E V
E T S M O
M M
N V V
S N
S T B D V
S V
A E V S S
O L
L L **E** A **O**
L E
V V C T R
N V
E O T S T
N Ę S
S V V V
I E B S
G C
N I I A I
R E
E R N S N
E A
F T A R A
S E
I V R T A E
V N
N Q C T V
Ę C C E T V I M A I O R S P E C I E S P L E N D E S C I S A B A S T R **O**


Pyramidę expositio. Liquet orbem tripertitum unius imperii dominio unitum esse, instar cuius exempli formę huius habitudo videtur existere. Namque sex versibus heroicis subsistens senis et tricenis ęquis caracteribus quisque versus disponitur; trium autem angulorum principatus ternis constat litteris nomen divi augusti designantes, quarum tribus novena capita linearum principium finemque sortiuntur. Quę dum sint tres, in gignendo ex se versus duplex ternarius reddit senarium; rursusque in fungendo vice litterarum triplicatus consideratur novenarius. Metiuntur interea hę, quae maiori situ occupantur, consona parilitate ita, ut directa ęqualitate tertius, secundus et primus versus respondeant pari supputatione superioris et inferi⟨ori⟩s textus, dicentes AVE CESAR LEO. Quota igitur numeratio a primo L usque ad duodenum V et inde ad septenum E exindeque usque ad novenum E et quota abhinc usque in calce: tota per cęteras lineas litterarum fit calculatio. Porro reliquorum trium versuum conexio uno fit elemento, id est U, quod sicut angularis vice trium litterarum fungitur, ex utraque parte ęquo discurrente numero. Denique nomen sanctę dominationis divi augusti, quod huic triangulę figurę inseparabiliter tribus lineis insertum est, id designat, quod sublimitas tanti imperatoris tripertitum orbem vi fortitudinis suique sapientię omnia domando penetret. Divinitus enim actum est, ut orbem tribus partibus subsistentem nomen tribus elementis constans sibi glorioso subderet imperio.

Aliter. Triangula figura in alias figuras non resolvitur nisi in se ipsa; in trina enim triangula dissipatur. Hęc enim figura princeps est latitudinis et nullis est principiis obnoxia. Sicut enim omnium numerorum unitas principium est, ita omnium figurarum triangula figura initium est; et sicut alii alii omnes numeri ex unitate procreantur et in unitatem resolvuntur, ita et omnes figurę superficiales ex triangula figura nascuntur et in triangulas figuras resolvuntur. Posito enim triangulo atque descripto si per tres angulos singulę rectę lineę stantes ponantur hęque tres inclinentur et ad unum medium punctum vertices iungant, fit pyramis. Quae cum triangula basi profecta sit, tribus triangulis latera concluditur, hoc modo: LEO. Si huic igitur triangulo per

XVI 4 designantes *sic B* 6 *fort.* duplex ternarius ⟨numerus⟩ 9 inferis *B: corr. Duemmler* 13 angulares *B: correxi* 16 *fort.* vique 18 siui *B* 19 *immo* in se ipsam, *ut codd. Boetii (cf. adn.) p. 92, 3 ed. Friedlein; sed cf. app. ad Boetii p. 92, 9* trina] *immo* tria 25 *sic ex Friedleinii apparatu p. 105, 8 unus codex Bambergensis HI. IV. 14 (F, 3) saec. X; ceteri* lineae rectae *(vel* recte*)* hequę *B* ut *Boetii codd., ut vid., omnes* 26 uasi *B (*a triang. b. *Friedlein cum paucis codd.)* 27 per latera *Boetii codd. (cf. v. 30)* concl. h. m.: sit abc triangulum *Boetius*

XVI 1 *cf. Peiper ad Ekkehardi Walthar. v. 1.* 4 divus *hic et v. 14 maiestatis ergo* vivus *dicitur imperator.* 5 quarum *genetivus partitivus male positus: 'in welchen dreien neun Zeilenköpfe ihren Anfang bezw. ihr Ende nehm'.* 6 *was die Erzeugung von Versen aus ihr betrifft, schafft die Dreizahlen (der Buchstaben) verdoppelt eine Sechszahl (von Versen).* 7 q. m. s. o.: *eae sc. lineae, quae a* L *proficiscuntur.* 9 p. s. s. e. i. t.: *'in gleichen Abständen von oben und unten'.* 13 ex utraque parte: *dextra sc. et sinistra.* 19 *cf. Boetii instit. arithm. p. 92, 1—9 ed. Friedlein:* At vero triangula figura, cum eam quis ita diviserit, in alias figuras non resolvitur, nisi in se ipsam; in tria enim triangula dissipatur. Triangulus in tres triangulos divisus: *(sequitur figura in textu Vulgarii p. 424 posita omissis litteris).* Adeo haec figura princeps est latitudinis, ut ceterae omnes superficies in hanc resolvantur, ipsa vero, quoniam nullis est principiis obnoxia neque ab alia latitudine sumpsit initium, in sese ipsa *(sic codd. Friedleiniani praeter Monacensem 3517, in quo* ipsam *esse videtur, omnes)* solvatur. 21 *cf. Boetium p. 16, 23* quare constat primam esse unitatem cunctorum, qui sunt in naturali dispositione, numerorum et eam rite totius quamvis prolixae genitricem pluralitatis agnosci *et p. 93, 3 sqq.* 22 *cf. Boetium p. 104, 12* omnium formarum principium elementumque esse triangulum. 24 *cf. Boetium p. 105, 7—19, cuius discrepantias in apparatu notavi, praeterquam quod exemplum litterarum* abcd *in* LEOE *mutavit laudator Leonis imperatoris.*

tres angulos erigantur lineę et ad unum punctum convertantur quod est E, ita ut E punctum non sit in plano, sed pendens, illę scilicet lineę ad ipsum erectę verticem et quodammodo cacumen E facient et erit basis LEO unum triangulum, per latera vero tria triangula: id est unum triangulum LEE, aliud vero ⟨EEO⟩, tertium vero OEL; quod subiecta formula clarius exprimitur. Hoc igitur advertendum, quod istud E medium illud sit, quod est in figura in medio octavum decimum.



⟨Laetus honor vitae celsa subvectus in arce;
Congaudet mundus laetus sub Caesare tanto.
Lucifer in caelo, Caesar novus ortus in aevo:
Ecce tui maior specie splendescis ab astro;
Equus terrigenę non ullo est summus et unus.
Lux hominum, patriae culmen, salve sine finę.⟩

XVII.
AD EUNDEM METRUM ANAPESTICUM ISOSYLLABUM.

1. Hominum caput, inclyte cęsar,
Species superans genus omne,
Nitidissimus unus in arce,
Cui fit decus imperiale!

2. Ratio petit ordoque poscit
Merito tibi promere laudes,
Tua carmina voce perita
Modulando sonare choraulas.

3. Etenim pius atque benignus
Premis effera colla superbûm,
Animos relevasque proborum,
Moderaris et undique mundum.

4. Memor unde mei, rogo, dive:
Equidem famulor tibi sponte,
Gravat horrida rebus egestas:
Miseresce, beata potestas!

XVIII.
METRUM ASCLEPIADEUM AD EUNDEM.

1. Salve magne Leo, summa potentia
Romanumque decus clara prosapia:
Salve, nate deûm, Caesar, in ęona,
Antiquum columen, numen et aureum.

2. Felix imperium, quod metuas nihil,
Quod defit, cupias: hoc etiam nihil;
Solus divinitus cerneris unicus,
Dum nec dissimilis nec similisque fis.

30 qđammodo *(i. e.* quod ammodo*) B* 32 EEO *addidi duce Boetio p. 105, 19* 34 qud (o superscr.) *B* 35 *versus figuratos meo iudicio ordinavi, secutus W. Froehneri in Optatiano Porfyrio exemplum clarissimum (krit. Anal. § 87, Philologus Suppl. VI p. 82)* 37 *fort.* arvo

XVII *praeter B habet codex C(asinensis 439) fol. 143, unde ed. domnus Amelli, spicil. Casin. I p. 407 (cf. Arch. XII p. 508, N.A. XXI p. 325. 792)* isosyllabum *(*b *ex* u *corr.) B* 1, 1 capud inclite *C* 2 Specie *C; sed cf. 6, 6 sqq.* 2, 3 Tunc *C* 4 choraula *C; sed cf.* ydraulas *19, 9* 3, 3 releuansque *C* 4, 2 spopondi *C* 3 *sq.* Grauet orrida rebus eiestas. Miserescebat tua potestas *C*

XVIII 1, 3 *post* Caesar *distinxi coll. 25, 8* 2, 2 deficit *B: correxi*

37 *cf. 8, 2.* 39 *cf. 38, 14. 3, 1.* 40 culmen *i. e. columen; cf. 8, 4.*

XVII 2, 4 *cf. 19, 9; 16, 38.* 4, 1 *sqq. cf. 3, 19 sqq.* 3 rebus *metri causa pro* rerum.

XVIII 2, 1 quod metuas nihil *(et)*, quod *(i. e. siquid)* defit, cupias; *neque vero quicquam defit.* 3 divinitus _ _ ◡ ◡ *recte metitur 23, 10.* 4 *is qui tamquam sui generis est, aliis neque dissimilis neque similis esse potest, cum res diversorum generum omnino non possint inter se comparari.*

3. O sceptrum Thracium, missile fulmine
Quod bellans Asiam, ferrea pectora,
Europam domuit, stravit et Africam,
Totam barbaricam subdidit orbitam.

4. Laudes unde tibi canto, piissime,
Cordarumque sonis asclepiadeis
Te rerum dominum cęlitus intonans
Aeterno rutilo vivere concino.

XIX.
METRUM ADONIUM AD EUNDEM.

Dicite gentes
Undique laudes,
Lingua perita
Carmina docta;
Musicus ordo
Coetus et omnis,
Orpheus ipse
Organa quassans,
Linus ydraulas
Molliter implens,
Alta refractim
Omnia dicant:
Ut Leo cęsar
Magnus et unus
Sede coruscus,
Divus honoris,
Numine felix
Vivat in annos.

XX.
EIUSDEM DE DEO OMNIPOTENTE.

1. Rex erat unus in arce potens,
Magnus et inclytus imperio;
Omnia condidit eloquio,
Secula fecit et ingenio;
Illius aurea conditio.

2. Tum homo liber in arbitrio
. . . .
Carus et ipse suo domino:
Quem gravis (heu dolor) invidia
Improba curvat ad imperia.

3. Vidit et hoc super indoluit,
Carneus huc deus introiit:
Plasma sui lacrimans repetit,
Id quoque rursus ab hoste tulit;
Victor et ipse polos rediit.

4. Post subit ecce redemptus homo,
Liber ut ante sub arbitrio,
Dans epinichia cum modulo:
'Rex' ait 'hic bonus est dominus,
Omnibus ęquus et ipse pius.

5. Hunc benedico, pavens veneror,
Diligo, supplico, confiteor,
Laudo, colo, voco, glorifico,
Sanctifico, precor et timeo,
Credo per omnia secla deum'.

XIX 4 Carmine *B*: *correxi*

XX 2 *unus versus intercidit, cum verbum desideretur neque possit dubitari, quin etiam Vulgarius more Prudentiano (cf. Traube vol. III p. 728. 816*[a] *s. v. 'alcmanius'; N. A. XXII p. 755) strophas quinorum versuum fecerit* 2, 3 dominio *B* 3, 3 repetiit *B*

3, 1 *O sceptrum Thracium (i. e. Graecum), quod missili (cf. ad Hrotsv. Mar. v. 891) orbem tripertitum (cf. 16, 1 p. 423) sibi subiecit.* 4, 3 *cf. e. g. Verg. Aen. I 282;* caelitus *sc. institutum.* 4 *i. e. in aeterno splendore.*

XIX 3 *cf. ad 5, 5.* 7 Orpheus *trisyllabum (cf. Birt, 'sprach man* avrum *oder* aurum*?' mus. Rhen. LII suppl. p. 10 sqq.).* 9 *Linus hydraulas molliter implens aliunde vix notus; cf. Verg. ecl. 4, 55 sqq., Isid. or. III 15, 1.* 11 *'aller Tiefen Widerhall'.* 16 *cf. 31*[b]*, 46.*

XX 1, 3 *i. e. Verbo.* 3, 2 deus *ἀπὸ κοινοῦ positum.* 4, 2 *cf. 20, 2, 1.*

XXI.
DE THESIN ET YPOTHESIN.

Est fandi vertex, cui forma subest quoque duplex:
Principium est prorsus vocis proposita causa.
Hinc bifidus torrisque manat germanicus amnis:
Horum alter faturque thesis generalia curans,
Diducens ductum, exceptus septem periochis;
Dicitur ipothesis, multo sed dispar, et alter,
Qui quamquam similis natu, sed dispar in actu,
Per varios ductus fert circum-herentia septem.
Dedicat hic ,nam quadrifidus, quin abdicat omne,
Ordine quadrato verum falsumque sequestrans:
Scilicet aut ex bis iunctis hoc tramite veris
Astruit, aut ex bis iunctis hoc tramite falsis:
Aut ex veridico primum, post hinc quoque falso,
Aut ex falsidico primum, post hinc quoque vero.
Utpote, si sanus quisquam, mox tum 'valet' inquam;
Et, si non sanus quisquam, mox 'non valet' inquam;
Est aut si sanus quisquam, mox 'non valet' inquam;
Aut si non sanus quisquam, mox tum 'valet' inquam.
Clauditur his etenim normis verbosa loquella,
Personis quę fit certis causisque privatis.

XXII.
⟨DE SYLLOGISMIS DIALECTICĘ⟩ IPOTHETICALI⟨TER⟩.

Si sol est, et lux est; at sol est: igitur lux.
Si non sol, non lux est; at lux est: igitur sol.
Non est sol et non-lux; at sol est: igitur lux.
Aut sol est aut lux; at sol est: non igitur lux.
Aut sol est aut lux; at non est sol: igitur lux.
Non est sol et lux; at sol est: non igitur lux.
Non est sol et lux; at non sol est: igitur lux.

XXI De syllogismis dialecticę *(cf. ad 22 inscr.) et deinde, trium versuum spatio intermisso, iterum* De thesin et Ypothesin *inscribit B* 5 exeptus *B: correxi*

XXII Ipotheticali *inter lineas add. rubricator B; correxi et ex inscriptione carminis 21 supplevi* 2 at *scripsi:* aut *B*

XXI *cf. Augustin. rhetor. 5 sqq. (Rhet. lat. min. ed. Halm p. 139, 23 sqq.); conclusiones carm. 21 sq. saepe ineptae.* 3 *i. e. fraternus.* 4 *i. e. dicitur.* 8 *de septem circumstantiis hypotheseos cf. Augustini cap. 7.* 9 dedicare: *'bejahen',* abdicare: *'verneinen' (cf. C. Prantl, Gesch. der Logik im Abendlande I p. 581. 676);* verum: *'positiv',* falsum: *'negativ'.*

XXIII.

AD ATENOLFUM PRINCIPEM BENEVENTANE URBIS.

'Dic, Capuane, mihi, quali sub principe sistis?' QUIDAM INTERROGAT
'Tu prius ede, rogo, quis sis, qui talia queris'. ALTER RESPONDET
'Sum prorsus ratione vigens numerumque recensens'. ALTER
'Angelus atque deus pariterque homo dicitur istud; INVECTIO
Impar et ambiguus finis, necnon minus ęquus.
Non igitur, quodcumque subest generi, simile id fit;
Finis ob hoc dubius, quoniam discretio nulla'.
'Attamen est princeps Atenolfus ad astra refusus, LAUS
Sollemnis princeps sollemni nomine fulgens
Pręsago quodam fausto divinitus acto,
Ut corpus virtus, nomen quoque vis animaret.
Ecce etenim Atenolfus ⟨ternis⟩ terque figuris
Nomine dum constet, fiat si forte reflexim
Octava et prima ac sexta et terna atque secunda
Ebdad et quinta nec non quarta atque suprema,
Auditur verbis ęquis legiturque 'valet fons'.
Hinc iterum octava et prima ac sexta atque triade
Postque secunda conexa ad quintam tramite recto
Auditur verbis ęquis legiturque 'valeto'.
Ecce 'valeto' suis dicit, qui sorte valet fons;
Fons Atenolfus enim est magnus dulcissimus amnis,
Quo terris haustu non ullus dulcior alter'.

XXIV.

Apocatasticus dicitur uno loco consistens. Manifestum enim planetas tum preire solem, tum retrogradas, tum stationarias. Hinc est quod mathematici Saturnum apocatasticum dicunt id est tardum vel gravem. Unde Nembroth antiquissimus astrologus approbat Saturnum stare in uno signo XXX annos; qui complent in summa CCCLX annos. Martianus autem doctissimus de pentadis numero inter cetera ita: 'Pentas

---

XXIII 3 *cf. Verg. Georg. IV 436* 4 Alter *in B praescriptum est ut v. 3, et v. 6* NVECTIO *(sic): correxi et v. 6 distinxi; cf. adn.* 12 *post* atenolfum *trium fere litt. spatium reliquit B:* ternis *(sed minus probabiliter ante* atenolfum*) add. Duemmler* 15 et *Duemmler:* ∸ *(i. e.* est*) B* 17 tricade *B: correxi (*a *Langobardica aperitur)*

XXIV *caput neglegenter scriptum atque etiam graviter corruptum fere reliqui ut traditur in cod. B* 2 ret/ogradas *B (eras.* h*)* satur///num *B* 3 graue *B*

XXIII 3 *sqq. 'Rationalis sum.' "At ambigua haec est definitio, cum rationali generi plures subsint species: deus, angelus, homo; ut autem species inter se distineantur, generis notioni addas oportet aliquam discretionem. Neque igitur omnia, quae eidem generi (rationali sc.) subsunt, inter se sunt similia; velut si hominem dicere vis, definitio 'rationalis' erit ambigua, nisi discretionem addas 'rationalis mortalis sum''. — Nescio an Vulgarius sequatur Boetii in Porphyrium commentarium III (Migne 64, 103a):* Sub animali autem rationale atque irrationale; sub rationali deus et homo: nam si rationali mortale subieceris, hominem constitues; si immortale, deum. 8 attamen *Atenolfus homo est divina maiestate non multum inferior.* 10 *nomine, quod (ei) divinitus actum (i. e. datum) est per faustum quoddam praesagium.* 12 *sqq. cf. carm. 26 anagramma* Gregorius — Orgigerus.

XXIV 3 *Nembroth astrologi scriptoris memoriam nullam in opusculis astrologicis extare videri me certiorem fecit W. Kroll.* 5 *Martianus Capella VII 735 ed. Eyssenhardt p. 260, 11—15 (*apocatastaticus, *v. l.* apocatasticus*).*

apocatasticus dicitur, quia sive cum aliis imparibus sive cum suo genere sociatus se semper ostendit. Nam quinque per quinque, habes viginti quinque; et quinquies terni, XV; et quinquies septem, tricies quinquies'. Ecce qui est apocatasticus scilicet uno loco consistens; utpote Saturnus, qui ob tarditatem sui cursus apocatasticus id est uno loco consistens dicitur.

Climacterica sunt incerta rerum profugia. Nam cum mathematici intellecturarum motum geniturarum hominum computant, quicquid extra XXX partes signi occurrerit, illud spatium quo sol de uno signo exiens in aliud transit, climactericum vocant id est incertum rei profugium. Scribiturque per l in prima syllaba. Hęc Nembroth examinatis . . . Annus tuus ex diametro sumptus est. Diameter iuxta litteram dicitur medietas mensurę id est sperę; nam metron mensura. Unde penthas numerus diameter dicitur, quia decadis perfectio circulusque eius huius hemispherio edisecatur. Proprie vero quare hic positum sit et quem sensum habeat talis oratio, non ex diametro, sed ex diametro rectius profertur. Diademetrum enim est medietas sperę, linea videlicet illa, que speram secat per medium. Haec enim omnia mechanice per trimatus. Mathematici itaque genesim omnium perscrutantes cudebant omnia conrotundata ut ionum in circulo anni herere. Ibique per medium diademetrum et ibi circumquaque captari fortuni favum asserentes orbem rotare utpote molam et in medio esse cespitem et in cespite favum mellis (quia ubicumque dulce, in prope est acidum); formantes etiam genesim nascentium per duodecim signa iuxta varias qualitates boni malique fortunii.

XXV.

AD IOHANNEM LEVITAM.

I nter sacratos caelesti iure ierarchos
O rdine conspicuo rutilas, levita Iohannes.
H ausisti factum, geminans de nomine factum,
A lto presagio scitus, quis sorte futurus.
N us etenim nictans pollet tibi mentis in arce,
N omen principium resonet charismatis utrum —
E loim veretur — positum spectabile doctum,
S alve quocirca felix, mi gnosie, perpes.

Digestio sermonum. Iera: divinum; inde 'ierarchia' sacer principatus vel divinus, vel 'hierax' dicitur sacer. Hausisti: 'haus' graece profundum: hinc 'hausit'; et est poli-

---

9 tartitatem *B* 11 profugia *sic B; cf. adn.* intellecturarum *sic B fort.* per l 15 *defectum statui ante initium responsi apotelesmatici* Diametus *B (compendium falso solutum)* mediatas *B* 17 henuspherio *B* edisecatus *(sic) B; cf. Martianum Capellam p. 260, 20* (edissicatur *cod. Bambergensis)* 19 profertus ·,· Diademetrum (demet *in ras.) B* 21 /ionum *(ex* nonum?) *B*

XXV 3 factum *semel fort. corruptum; at* geminans de nomine factum *id esse videtur, quod vulgo (cf. C. Weyman, histor. Jahrbuch der Goerresgesellschaft XV p. 96; v. supra p. 265 adn.) dicunt* itt. nomine et merito; *cf. adn.* 8 *immo* gnesie; *cf. in digestione sermonum v. 14* germanissimum

11 *glossae cod. Casin. 439 et cod. Vatic. 3321 (ed. Goetz, C. Gl. L. IV p. 34, 59)* climacteria naturae rei incerta perfugia vel auxilia *(= Liber Glossarum vol. V p. 180, 2).* 17 *Martian. Cap. l. l. (p. 260, 18—20).*

XXV 3 *cf. Isidori orig. VII 9, 12 (vol. III p. 336 ed. Arev.)* Iohannes quodam vaticinio *(cf. v. 4)* ex merito nomen accepit; interpretatur enim 'in quo est gratia' vel 'domini gratia'; *cf. v. 6.* 5 *cf. 2 v. 10; nus pollet vigilans, num nomen (tibi) positum ('beigelegt') spectabile (et) doctum resonet principium charismatis (i. e. deum): deum (enim) veretur (nus).* 7 Eloim *i. e. deum, hebraice.* 10 *cf. gl. cod. Cas. 439 (vol. IV p. 85, 11)* haus profundus.

phemus sermo: modo accipit, modo vidit, modo audivit, plura significat. 'Nus' dicitur superficies mentis. Nictans ·i· vigilans. Pollet ·i· crescet. Gnosie: 'gnosius' grecus sermo est et nullo modo exprimi latine potest iuxta litteram, significat quoque plus quam dilectum et germanissimum et cetera.

XXVI.
AD GREGORIUM CONSULEM.

ORamus, deus, imperium cui est animarum, :ȮṘ
GIgnendo causas nutris, disponis et ornas, ⁞G I·:·
GErmine vivifico consul tibi vivat ut iste, ·G Ë R:
USque tibi iunctus laudet per secula secli. ⁞⁞U S⁞⁞

Interpetatio sermonum. 'Orgia' dicuntur omnia sacra; hinc 'Orgigerus', hoc est 'omnia sacra gerens'; quod enim Latini ceremoniam, Greci orgiam dicunt.

XXVII.

Si verum-simile ut verum, qui iure necesse
Hoc, quando verum-simile, inde probabile, quondam?

Sermonum interpretatio. Si: coniunctio negativa, ·i· 'non'. Ut: pro 'uti'. Qui: pro 'quomodo'. Necesse: inevitabile. Quando: pro 'quia'. Quondam: pro 'semper'.

XXVIII.
AD GREGORIUM MAGISTRUM MILITUM.

Omnipotens rerum factor, bonitatis et auctor,
Gregorii vitam, petimus, quo consulis amples,
Illustres, purges, pietate fovendo reformes,
Quatinus exemptus maculis post vincula carnis
Coniunctus superis reddat tibi debita laudis.
Presta, summe deus, qui vivis in omnia secla!

XXIX.

Sermones interpretati. 'Quis' pro 'qualis' et pro 'quantus' invenitur; 'qualis' vero et 'quantus' non pro 'quis'. Et † meonmiter fit interrogatio: Quid sit vel quid est

---

12 Nictans ·i· vigilans. Pollet ·i· crescet *sic B; cf. 29, 4*
XXVI 4 tui *B: correxi coll. 28, 5*
XXVII 1 ut *scripsi secundum interpretationem:* aut *B*
XXIX 2 *latet fort.* ter (*ter enim interrogatur: per* Quid, *per* Quale, *per* Quomodo) *vel* termin-

XXVI 1 *cf. 14, 1, 2;* cui est *hiatus legitimus.* 5 *cf. 23, 12 sqq.*

XXVII *Non(ne) verisimile (est) (sic)ut verum, (eodem modo), quomodo semper iure est inevitabile, hoc, quod verisimile est, ideo probabile esse? — Acumen obscurum; nescio an ludat in duplici* probabilis *notione:* 1) = *verisimile* 2) = *laudabile.*

Vulgarius? Animal. Quale sit? Rationalis vel stultus vel rusticus vel calvus. Quomodo se habet? Aut sedet aut leget, et cetera..

XXX.

CAPER DE DIFFERENTIA CALCIS. 'Cals' per 's' de calce unde fit maceria, 'calx' per 'x' de compedibus; uterque feminini generis. Inde 'calcar' neutri, a calcaneo; inde et 'calces' feminini. Hinc et 'callis' via masculini generis a calce pedis dicitur, et 'calceus' masculini, et 'calcearium' et 'calceamentum' neutri, et 'caliga' femininum. Preter hęc unum est aptoton, quod est 'in calce' ·i· in fine.

EUG. His dictis gallum milvum rapuisse ferebant
Cornice sub quercu gesticulante diu.
Cattus enim ructus refluens de sorice pingui
Relliquias musca roserat ardalia.
Precipitem at cattus mensam libamine plenam
Calce ferit tumida, sternit ad hima sacra.

PETRONIUS ARBITER. Iam alumna creperam Gręculis calcem impingere norit. Creperam ·i· dubiam; unde 'crepusculum'.

XXXI.

SPECIES COMICE.

XXXI^{A} [ANACREUNTICUM COLOPHON]

1. Anacreunti carmine
Telam libet contexere,
Pedem pedi lentiscere
Et tramitem transducere.

2. Sunt sęcla preclarissima,
Sunt prata vernantissima,
Formosa gaudent omnia,
Sunt grata nostri moenia.

3. Letentur ergo somata
Et rideant precordia,
Amor petens finitima
Sint cuncta vitulantia.

---

4 leget *sic B; cf. 25, 12*

XXX 1 Cap *sic B; cf. quae de toto hoc Flavii Capri grammatici fragmento dixi in Herma vol. XXXIII p. 506 sqq. et in praef. p. 409* 3 calce *scripsi:* calle *B* 5 aptoton/ton *B: corr. Duemmler* 9 Re^{l}liquias *B* 11 ^{h}ima *B* 13 ·I· *sic B*

XXXI^{A} Anacreunticum colophon, *quod scholio Franca manu scripto recte explicatur, hoc carmen non est; notam ad carmen deperditum pertinentem huc rettulisse videtur librarius, quod poeta* Anacreunti carmine *telam pertexuit. Poetam dixi, non Vulgarium, a cuius more prosodia liberior* (aquila 13, 1. 17, 2, iecora 16, 1, invidia 12, 4, lusciola 6, 1. 14, 4. 16, 3, merula 5, 3, similia 7, 1, ulula 18, 1, vada 12, 2, vitulantia 3, 4) *aliena est, nec tam saepe ille participiis coniungendis* (3, 3. 5, 1. 3. 6, 2) *peccare solet; cf. ad* 19, 2. *Pes quartus semper purus iambus, secundus plerumque (praeter* 5, 4. 10, 2. 3. 4. 19, 4; 9, 1 materna _ _ ◡ *metiri licet, cf. ad* 5, 5; 18, 3 *corruptus est).*

Glossae marginales truncatae a bibliopego; Franca manu scriptas uncis stantibus saepsi. XXXI^{A}. [Hoc metrum rec⟨i⟩pit primo loco an⟨a⟩pestum, dein duos iambos et semipedem. Anapestus consta⟨t⟩ ex duabus brevibus et longa.] 3, 1 [Soma corpus, e⟨t⟩ *(sic ego:* e| *B,* est *Duemmler)* ab eo asomatum ⟨·i· incor⟩poreum.] 4 gau⟨dentia⟩ *(*gau| *B;* gaudentia *repetivit manus Franca).*

XXX 9 *cf. Goetz, Thes. gloss. emendat. I (C. Gl. L. VI) p. 91^{a} s. v.* ardalio.

XXXI^{A} 1, 3 *'Versfuss an Versfuss kleben'.*

4. Phoebus rotat per tempora
Torquens polorum lumina,
Somnum susurrant flumina,
Aves canunt et dulcia.

5. Turtur prior dans oscina,
Rauce sonat post ardea;
Sistema miscens merula,
Olos implet croemata.

6. Myrto sedens lusciola
'Vos cara' dicens 'pignora,
Audite matris famina,
Dum lustrat ęther sidera.

7. Cantans mei similia,
Canora prolis germina,
Cantu deo dignissima
Tractim refrange guttura.

8. Tu namque plebs letissima,
Tantum dei tu psaltria,
Divina cantans cantica
Per blanda cordis viscera.

9. Materna iam nunc formula
Ut rostra vincas plumea,
Futura vocis organa
Contempera citissima'.

10. Hoc dixit, et mox iubila
Secuntur suptilissima;
Melum fit voce vindula
Soporans mentis intima.

11. Densantur hinc spectacula,
Accurrit omnis bestia,
Leena, linx et dammula,
Caudata stans vulpecula.

12. Pisces relinquunt aequora
Et vada sunt retrograda;
Pulsando Codrus ilia
Praegnas adest invidia,

13. Auro sedet rex aquila,
Circum cohors per agmina,
Gemmata pavo tergora,
Cornix subest et garrula.

14. Corvina quin centuria,
Ardet phalans et milvea;
De marte tractant omina,
Vincatur ut lusciola.

15. Palumbes at iuvencula
Praesumit e victoria;
Gallus prior cum merula
Disrumpta plangunt ilia;

16. Cicadis inflans iecora
Campo crepat misellula:
Palmam tenet lusciola
Versus trahens per sibila.

17. Turbata gens tum rostrea,
Exsanguis hinc et aquila;
Frigescit, in precordia
Virtusque cedit ossea.

18. Pręco fugę fit ulula
Urgens gradi per abdita,
Pudore mens ne conscia
Poenas luat per secula.

19. Tunc versa castra plumea
Sparsim legunt aumatia
Aureque fissa flamina,
Petuntur tecta silvea.

XXXI[B] SAPHICUM ADONIUM

Accidit, ut, dum
Hęc gererentur,
Orbita lustri
Et theatralis
Circulus orbis
Curreret annus.
Pergitur illo
Gente refusa,
Pervia trita
Undique calle

5, 4 olor B^2 *(manus antiqua);* croemata *in 'vocibus animantium' ceteroquin non occurrunt* 9, 4 citissima *(*t *ex* u *m. 1) B* 10, 1 Hoc *sic B* 2 seq$^{2}_{t}$ *(i. e.* sequitur*) B: correxi* 3 *fort.* tinnula 14, 1 phalans *sic B* 15, 3 galus *B* 17, 2 et *ss. B* 18, 3 pudorē *B: correxi* 19, 1 pumea *in* plimea *corr. B: corr. Duemmler*

4, 2 *i. e. stellas.* 5, 1 *cf. 31^b, 49.* 6, 1 lusciola *(cf.* 14, 4. 16, 3*) pro* lusciniola *scriptum est in Varronis codice Florentino (de lingua latina V 76 p. 32, 5 Sp.*[2]*), olim Casinensi (cf. L. Spengel, Münch. Abhdlg. I Cl. VII 2 p. 434).* 12, 3 *Verg. ecl. 7, 26.* 13, 1 *i. e. solio aureo.* 14, 3 *i. e. inaugurantur certamen.* 15, 1 *'rechnet auf den Sieg'.* 4 *cf. Verg. ecl. 7, 26.* 16, 1 *poeta deceptus Vergiliano versu (ecl. 2, 13 vel Georg. III 328) cicadam putat avem esse.* 19, 2 aumatium *a Fulgentio (ed. Helm p. 126, 9) sumptum esse recte monet Haupt opusc. III p. 590; Fulgentium autem a Vulgario lectum esse aliunde non constat.*

XXXI[B] *in distinguendo hic saepius solito recessi a Duemmlero.* 9 *'indem der staubige Pfad, von allen Seiten besucht, ausgetreten wird'.*

Pulverulenta.
Plasmata lęta,
Ventus et aura
Cantilenosa,
Claraque celsa.
Stant famulanda
Debita iuxta
Sorte parentis
Quisque facescens
Quid famulari:
Unde ministrat
Martius iras,
Zephirus herbas,
Fulminat auster;
Hirtus erinis
Pungit et artus.
Intrat Abyssus
Sordida purgans,
Pocula prestans;
Umbrifer atque
Fumat et Orcus,
Sibilat ydra,
Ulula plangit.
Arguta vulpes
Improbe gannit,
Rudit asellus,
Garrit agrinus
Bosque remugit.
Omne per omnes
Stat genuinum.
It fragor astris,
Pertonat aula,
Gaudia festę
Vaste resultant.
Tum lupus agnum
Lętus honoris
Portat in ulnis,
Mella dat ursus,
Oscina capus,
Vina Falernus,
Silvius aprum,
Aquila caprum,
Holera tusa
Galbana fracta
Atque sub ora
Aurea cena.
Karolus altus
Ut leo frendens,
Grandia colla
Sub pede calcans,
Franco superbus,
Ense coruscus
Aestuat armis,
Spicula limans,
Proelia clamans.
His quoque gestis
Seneca signat,
Cantat Apollo,
Saltat iena,
Cato fabellas
Mente serena
Dictat et ornat,
Cicero magnus
Organa quassans
Haec rhetorizat.

XXXI[B] 13 Ventus *(nt in ras.) B* 24 *utrum* auster *(sic Duemmler) an aestus B voluerit, ambigo; cf. tab. II* 25 erinis *sic B, cf. tab.; fort.* echinus *(i. e.* ericius, *ut Duemmler volebat versu hypermetro)* 29 *post* prestans *dist. B* 31 ortus *B: corr. Bloch (cf. N. A. XXII p. 180 col. 4 v. 48* montibus ortus advenit Orcus *in Leonis episcopi Vercellensis concilio bestiarum; videntur Itali saec. X Abyssum et Orcum pro daemonibus formae ferinae habuisse)* 44 vastę *B (ex praecedenti* festę*): corr. Duemmler* 48 /dat *B* 56 cena *(a ex u corr.) B* 65 *versus singularis in B; ceteroquin bini iunguntur*

16 *i. e. famulabunda.* 17 *i. e. secundum officium, more maiorum.* 22 *i. e. Mars?* 32 ydra *Lernaea, infernalis belua (?); de vocibus serpentis, vulpis, asini, bovis v. Sueton. p. 247 sqq. ed. Reifferscheid.* 37 *cf. Bloch, N. A. XXII p. 132 col. 7 v. 8 sq.* 39 *'alles geht bei allen aufrichtig zu'.* 46 *'froh der Ehre', quod sc. sibi liceat agnum ulnis ferre.* 49 *cf. 31ª, 5, 1.* 57 *sqq. non intellego;* Karolum *dicere videtur Magnum, cuius historia iam exeunte saec. IX in fabulas abire coepit.* 67 *Senecae mentio num cum tragoediis a Vulgario lectis cohaereat, nescio.* 69 *i. e. hyaena.* 70 *Cato fabellas dictans vide num sit dictorum moralium poeta, quem novit Vulgarius (cf. p. 408[3]).*

XXXII.
METRUM PARHEMIACUM TRAGICUM.

1. O tristia sęcla priora,
Quę vos docuere sepulcra
Animisque parando nociva
Belli fabricare pericla?

2. Heu quis prior ille piator,
Qui cusor in arte fabrina
Variavit in igne figuras,
Cudens gladii male formas?

3. Quis denique Martia primus,
Arcus volucresque sagittas
Ignivit et edidit iras,
Mortes stabilivit amaras?

4. Qui spicula cudit in usus,
Conflavit in incude funus;
Lamne tenuavit et ictus,
Ventris vacuaret ut haustus.

5. Docuit quoque cuspide mortem,
Qui duxit in ordine martem;
Amiserat et quia mentem,
Umbrę tenuere tumentem.

XXXIII.
IN LAUDEM FILII DEI.

1. Laudes pange deo, redempta lingua,
Quî coram seraphim tremunt beati,
Laudantes Sabaoth deum tonantem.

2. Lauda glorificans patrem potentem
Et Christum genitum polos regentem
Cum sancto iuge spiritu manentem.

3. Hic prorsus deus omnium patrator,
Hic sanctus dominus patrum sacrator,
Qui custos animę est beatus auctor;

4. Hic solus bonus, aequus et benignus,
Clemens ac pius arbiter supernus,
Mentis principium, refusa virtus,

5. Infectum hominem dolens ab angue
Ne servum male perderet subactum,
Campum congreditur potens in armis.

6. Senis pugnat homo deusque lustris.
Miratur legio chorusque celebs,
Pro servo dominum pati stupentes.

XXXII *strophas distinxi* 1, 1 sęcła *B* 3, 4 Morte *B: correxi* 4, 1 contudit *B: corr. Duemmler* 3 Tamne *B: correxi*

XXXIII *strophas distinxi* 1, 2 Quo *Duemmler* beata *B: corr. Duemmler* 4, 1 benignus (nig *in ras.) B* 5, 2 Me *B: correxi*

XXXII 1, 2 *'quid vos docuit sepulcra et vitae nocentia pericula belli parando fabricari?'* 3, 1 *i. e. arma.* 4, 4 *i. e. ut animam de corpore expelleret.*

XXXIII *cf. carm. 20.* 4 *cf. 20, 4, 4.* 6, 1 *cf. Luc. ev. 3, 23.* 2 *cf. Matth. 22, 30.*

7. At hostem superans ligansque verbo
Victor celsa redit sedens in astra
Regum subsidium satorque regum.
8. Cui semper decus et honor † sit per omnis,
Virtus, imperium, salus perennis;
Sit perpes iubilum manens per evum.

XXXIV.

Usque in quibus locis ante diluvium venerint. Posteritas filiorum Adę ante diluvium totam Asiam lustrans eo tenus usque in Thraciam Europęque partis dicitur pervenisse. Testatur hoc fastus annalius asserens tempore diluvii iam Athenas conditas ibique Minervam coli et Cecropem dominari; cuius rei etiam Augustinus in libro civitatum memor reminiscitur. Fertur etiam Damascus a Cain iam ędificata, quę 'fluens sanguinem' interpretatur, ibique fratrem occidisse unde poeta 'fraterno primi maduerunt sanguine [hoc Lucanus de Roma dicit] muri'. Si enim Adam eliminatus a paradiso usque Cariatharbe, quę et Hebron dicitur, potuit transcurrere triginta miliariis ab Hjerusalem, ubi medius fertur mundus, potuit eius procreatio multo longius circum sese effundere. Insulas tamen non impleverunt neque optinuerunt, quia procreatio Gomer filii Iaphet filii Noe iuxta linguam et domum et sui familias primum insulas orbis coluit.

XXXV.

Sermonum interpretatio. 'Glisco gliscis' id est vigilo; dicitur autem a bestiola quadam quę est glis; sicut est et 'congruum' a grue, et multa alia. Dicunt enim quod glis dormiat quodam tempore et postea vigilet duplum; unde 'glisco' vigilo sonat. Grues autem ordinate volant, unde et 'congruum' dicimus hoc est ordinate.

'Torrens' dicitur rivulus, qui quadam celeritate ab edito concite erumpens ima replere maturat. Hinc metaphorice 'torrens torrentior torrentissimus' dicitur orator, qui [copiam] facultatem fandi prestantissimam superque effluentem diffusim habet; hinc Iuvenalis ait 'torrentior Iseo' id est eloquentior veloci emissione argumentacionis. Unde quod dicitur 'torrens spiritus', additur similitudo 'tamquam'; id est vehemens et concitus

---

8, 1 *doxologia hypermetra ut saepe, librarii culpa (fort.* per *delendum)*

XXXIV 2 partis *sic B* 3 annalius *sic B* 6 *glossam a Vulgario ipso scribi non potuisse dixi praef. p. 407*[8]

XXXV 2 quędam *B* est *(ante* et*) fort. delendum (*sicut et congruum a grue, *sc. dicitur)* 7 copiam *delevi; vocem synonymam posuerat librarius, sed errorem statim animadversum addita recta lectione emendavit*

XXXIV 3 *Hieronymi sc. chronicon ad annos Abrahami 468. 495 (ed. A. Schoene vol. II p. 27).* 4 *de civ. dei XVIII 9 (*[2]*ed. Dombart vol. II p. 266; cf. cap. 8 extr.).* 5 *cf. Hieron. onom.*[2] *ed. Lagarde, p. 5, 6* Damascus: sanguinis potus. 6 *Lucan. I 95.* 7 *cf. Iosue 14, 13—15 (De-Vit, onom. I p. 52*[b] *s. v.* Adam *§ 7 sq.).* 10 *cf. genes. 10, 5.*

XXXV 1 *Servius ad Aen. XII 9 (vol. II p. 576, 17 ed. Thilo)* gliscit: crescit, unde et glires dicti sunt, quos pingues efficit somnus. 2 *Festus Pauli p. 28, 17 ed. Thewrewk de Ponor* congruere dictum est a gruibus, quae non fere segregantur, sive cum volant sive cum pascuntur *(cf. p. 69, 4).* 5 *vulgo aliter secundum Festum p. 532, 29.* 6 torrens oratio *e. g. Quintilianus inst. orat. III 8, 60.* 8 *Iuvenalis 3, 74.* 9 *de spiritu sancto die pentecostes emisso agitur; cf. act. apost. 2, 2 sq.* tamquam advenientis spiritus vehementis, ... seditque super singulos eorum.

veluti celerrime sese ingessit et torruit sedens super eos. Inde est quod 'lapides torrentes' Stephano leguntur extitisse; torrentes videlicet, qui cum summa immissione missiles erant et torridi; torrere enim immittere plerumque dicitur, ut Virgilius 'torrere parant flammis'.

'Labor laberis' longa 'la-'; 'lavor lavaris' brevis 'la-'. Unde 'Ihesu, lavantes respice'.

Antestes, non antistes, quia regulariter non corrumpitur.

---

11 qui| *B: fort.* quia   14 labor labaris brevis la B^1 16 *sic B; post* corrumpitur .,. *add. m. 1* E .,., *quae vero in margine huc pertinebant, eorum nunc nihil extat nisi* |est observandum .,.

11 *non inveni.*   12 *Verg. Aen. I 179.*   15 *U. Chevalier, repertor. hymnolog. n. 9557* Iesu labentes respice *(corrige* labantes, *ut secunda sede iambus legatur).*   16 antistes *probatur auctoritate non minus bonorum codicum quam grammaticorum (Ritschl, opusc. II p. 559; Brambach, Neugestaltung der lat. Orthogr. p. 180); in hoc codice 2, 6* antistes *(quod correxi), Duemmleri p. 122* antestite.

XXXVI.

RECTORTERRARVMRERVMMENTISMODERATOR
EEDEMCAVSECELEBRESRVTILANTSIMVLAEE
CoCTVSDIVINISSANCTVSQVODICITABACvC
TANTORVMNVTVCRISTVSHAECOMNIAPATRAT
ODISORBISOVATRENOVATAMICANSETORIGO
RESPORROSOLLERSGRATISIVREPE/REQVOR
TRANSITNVSSEM//ITISLE/ITVRETINSTAT
EDATCELESTESLAVDESMENSCANTETETAPTE
REGNORVMREGIREFERENSREGNAREFATETVR
REPLENDOGRATISKARISMATÆGRATIÆ////R
ARBITERVTMAGNVSSACRATSVAFACTABEATA
REXERGOCELORVMFORTISVERVSETAVCTO R
VNVSHICDOMINVSVIVVSLAVSINCLITARITV
MAIESTASSVRSVMSEMPERMIRABILECAELVM
REDDITLAETALESRERVMRIVOSSACERIMBER
ETPRESTATVERNALEEMERSOVIVEREFLORAE
RECTORTERRARVMRERVMMENTISMODERATOR
VITAMCONFORMANSVVLVERITESCITABORTV
MATERIEICOMPAGEMMEMBRISQVEFLVENTEM
MOLISNATVREQVIMEMORMVLCESSITETORVM
ESTIGITVRGERMENRECALENSENIXASVBAXE
NEVISORANOCENSTENERVMNATVFERATOMEN
TVDEVSESCVLTVIVSTVSFORTISQVESABAOT
IMPLORAMVSIAMDOMINVMSOLITOMISERERI
SERGIVSVTSANVSSOSPESLETOSVEATANNOS
MAIORSITMAGNISETMAXIMVSALMIFICORVM
OVIRTVSOCCVRRATHONOSDECVSOOCIVSEVO
DVCAGEDANVMENLAVDISCELORESIDEILLVD
EXVLTENTETPRIMORESSTENTQVEQVEBEATE
ROBVRROMANVMNVPERRIMVSVNDIQVERIGOR
ARCANVMMVNDIPVGNAXHORRENSSVPERARMA
ToTVSHVCFAVEATCETVSLVCISDECVSASTeT
OORTVSIAMPHEBVSSOLITORVTILESCATEOO
RECTORTERRARVMRERVMMENTISMODERATOR

Rector terrarum, rerum, mentis moderator,
Eedem cause celebres rutilant simul aee
Coctus divinis sanctus quo dicit Abacuc
Tantorum nutu Cristus haec omnia patrat.
Odis orbis ovat, renovata micans et origo,
Res porro sollers gratis † iure per equor.
Transit nus † semitis lenitur et instat,
Edat celestes laudes mens, cantet et apte;
Regnorum regi referens regnare fatetur,
Replendo gratis † karismatę gratię .... r,
Arbiter ut magnus sacrat sua facta beata.
Rex ergo celorum fortis, verus et auctor,
Unus hic dominus vivus. Laus inclita ritu
Maiestas sursum semper! Mirabile caelum
Reddit laetales rerum rivos, sacer imber
Et prestat vernale emerso vivere florae.
Rector terrarum, rerum, mentis moderator
Vitam conformans vulve rite scit ab ortu
Materiei compagem membrisque fluentem
Molis nature † qui memor mulcessit et orum
Est igitur germen recalens enixa sub axe,
Ne vis ora nocens tenerum natu ferat omen.
Tu deus es cultu iustus fortisque Sabaot.
Imploramus iam dominum solito misereri,
Sergius ut sanus sospes letos veat annos,
Maior sit magnis et maximus almificorum.
O, virtus occurrat, honos, decus oocius evo!
Duc, age, da numen laudis celo reside illud,
Exultent et primores, stent queque beate:
Robur Romanum, nuperrimus undique rigor,
Arcanum mundi, pugnax, horrens super arma;
Totus huc faveat cetus lucis, decus astet;
Oortus iam Phebus solito rutilescat eoo,
Rector terrarum, rerum, mentis moderator.

XXXVI *transscripsi omnibus coniecturis abstinens, cum certi quicquam in his metricis ineptiis constitui posse paene desperem; eadem de causa malui aliquot versus omnino nulla distinguere interpunctione quam falsa* 3 dicit *(c ex corr.) B* 6 iurepe/R *(eras. r) B; fort.* ivere per 7 sem//iTis *(eras.* it*)* le/itur *(n a tineis corrosa) B; fort.* sese mitis 10 kaRismatæ gRatiæ ////R *(eras.* e/vr*) B; fort.* karismate gratia detur *(cf. adn. ad 17, 4, 3)* 12 *fort.* aet auctoR 18 vvlverite *(*er *ex corr.) B* 20 *fort.* natureque 26 Magnis *(*a *ex* g *corr.) B* 27 o ocius *mavult Duemmler*

XXXVI 3 *Dan. 14, 32 sqq.* 4 *haec omnia, quae tanta sunt (?).* 7 *νοῦς* = mens *(v. 8).* 16 *cf. 5, 5.* 19 *natura enixa est germen recalens (?).* 24 *ut solito misereatur et Sergius ...* 27 *i. e. celeriter in aevum.* 28 caelo reside *i. e. de caelo stabili (nam* caelum stabile *Boetiana elocutio est).* 32 *i. e. omnes angeli.*

XXXVII.

I.

SOLOTVNVTVNATISEDICERISVNV**S**
AVERODIVOFACTUSMIRABILISACT**V**
LVXEOIPYRNEERONILLABERISORBE**M**
VNVSNEPRIMVSVT**PA**SSVSIVREDIADE**M**
ELVCESMVNDOLAM**PA**SFVLGORENITENT**E**
SERGIVSEFATONOMENCVISORTEFATETV**R**
EMIXTISSENSV/ELEMENTISGAVDIATERR**E**
RESTATNAMTETRASSOCIATADIADESONETV**R**
GEPENTASQVETRIASPRIMASEXASQVECONEX**V**
INTERRISRISVMPERTESPLENDESCERESACRV**M**

II.

Solo tu nutu natis e diceris unus
A vero divo factus mirabilis actu;
Lux eoi pyr necron illaberis orbem
Unus ne primus tu passus iure diadem
Eluces mundo lampas fulgore nitente,
'Sergius' e fato nomen cui sorte fatetur
E mixtis sensus elementis 'gaudia terre'.
Restat nam, tetras sociata diade sonetur
'Ge', pentasque trias primas exasque conexu
In terris risum per te splendescere sacrum.

Denique quia instar organici psalterii formula haec versuum paret, quod in modum deltę litterę est, Δ ad hoc innuit, quia par erat, ut divus divinis mulceretur laudibus. Nam quia mundus decem verbis clauditur contraque et decem verbis scribitur, merito homine fato deo cultus faventis decem verbis versuum attribuitur. Quia itaque officium psaltrię exhibet caput psalterii: procul dubio, ut 'beatus vir', optinet his profecto ut verus psalta, qui divinam intellegit et perficit legem, honorandus et ut egregius psaltes qui per acta bona divinis respondet verbis venerandus; nihilo minus et ut summus psaltades, qui non solum cum operibus bonis divinis respondet verbis, sed in ipsis verbis alios misticos sensus introducit, summopere est colendus et amplectendus. Ecce

---

XXXVII 3 neeron *B: correxi; si* neeron *trisyllabum metimur, nascuntur totius carminis syllabae CXXXVI, atqui Vulgarius ipse CXXXV syllabas esse p. 439, 33 indicat* 4 tu *scripsi:* ut *B, quod in figurato exemplo servandum erat* 7 sensus *(extr. litt. a tineis corrosa)* 11 organicis *B*[1] 13 *hoc enuntiatum non intellego* 18 psalta|des qu* (i *tineae corroserunt) B; aut* psalta *aut* psaltes *videtur legendum*

XXXVII 10 *Sergii enim anagramma sic nascitur* GE RISUS *(i. e. τῇ γῇ).* 11 *Organi speciem carminibus figuratis 20^b et 27 (p. 61 et 68 M.) expressit Porfyrius Optatianus; ceterum psalterium decalogi typus est Augustino (e. g. in sermone I 9* de decem chordis, *ed. Bened.*[3] *vol. VII 48 sqq.; cf. etiam praef. p. 410 sqq.).* 13 *a me (qui merito homo sum) tibi (qui fato deus es; cf. 6, 9) cultus faventis ('Huldigungszoll') d. v. v. a.* 15 caput psalterii exhibet officium psaltriae *i. e. psallit (cf. psalm. 1, 1* beatus vir, qui non abiit *sqq.).* obtinet *intransitive;* his *i. e. is.*

etenim decem sunt versus et decas omnes numeros diverse virtutis et perfectionis intra se habet, est enim primi versus finis, numerorum regulas analogiasque, genera, species, differentias, perfecta et imperfecta concludens; unde ab imparibus procreatus pariter est impar, figura etiam actu et opere trianguli tertia quattuor habens per singula.

In hac figura duo termini speculantur, monas et decas. Ubi si a monade supputandi exordium fuerit, tam linearum quam litterarum incrementum erit; si vero a decade, quantum numerus linearum crescit, tantum litterarum aufugit. Rursus si, ut sunt distributi, despiciantur, omnes sesquitertii alterutra vicissitudine invenientur; sin ab ultimis ad primos fuerit progressus, erit aut sesquitertia aut sesquiquarta proportio iuxta naturam quattuor ad tria. Primus igitur ad primum multiplex superparticularis, proportio diatessaron: differentia novenaria. Secundus vero ad secundum sesquiquarta id est U ad quattuor; differentia septenaria. Reliqui omnes superparticulares atque praeter sextum, qui est pariter par, omnes sunt impariter paris naturae. Ceterum totius huius formae corporis moles trecentis quindecim constat litteris, que in centum triginta quinque glutinantur sillabis. Cuius proportio multiplex superparticularis, quia maior minorem superat, habens eum bis et eius tertiam partem, id est XLU. Preterea omnes armoniarum simphoniae in distributione huius decadis ita constant, si tamen per singulas unitates ut est ordo portendatur taliter: III· IIII· UI: II· III· UI: UI· UIII· ⟨UIIII·⟩ XII. In hac igitur dena distributionis proportionalitate fit III ad UI diapason, IIII ad UI diapente; rursus duo ad UI tripla diapason, duo ad tres diapente; iterumque sex ad octo et novem ad duodecim bis diatesseron, sex autem ad UIIII et UIII ad duodecim bis diapente, UIII quin etiam ad UIIII est epogdous. Quod supra scripta forma clarius monstrat.

---

22 creatus B^1 *(corr. m. 1)* 23 *sc. quattuor unitates per singula latera;* latera *fort. addendum* 29 multiplex *delendum, illapsum ex v. 34; nam Boetius p. 61, 1* multiplex superparticularis est, *inquit*, quotiens numerus ad numerum comparatus habet eum plus quam semel et eius unam partem *sqq.; p. 49, 15* superparticularis vero est numerus ad alterum comparatus, quotiens habet in se totum minorem et eius aliquam partem: *XXXVI autem XXVII semel habet et eius tertiam partem (est igitur ad eum superparticularis, non multiplex superparticularis)* 31 quintus *B (cf. appar. ad v. 35. 38): correxi; et debebam fortasse ubique litteras numerales ponere, neque vero in re dubia a codice recedere volui* 32 natura *B: correxi* 34 glutinatur *B: correxi* (quae *sc. litterae;* cuius *sc. molis*) quia *scripsi:* qua *B* 35 quadragesimam quintam *B: correxi (cf. v. 31)* 37 *sq.* UI *(post* IIII) *scripsi* (III *B*), UIIII *addidi, tria membra distinxi* 38 fit tertius ad sextum diapason, quartus ad sextum diapente *B: correxi* 39 *fort.* tripla, ⟨bis⟩ diapason; *cf. Boet. p. 158, 9—13* 40 nouem a duodecim *B: correxi*

20 *Martianus Capella VII 742 (p. 264, 21 E):* Decas vero ultra omnes habenda. Quae omnes numeros diversae virtutis ac perfectionis intra se habet. Quae licet primi versus *(= der Einerreihe)* finis sit, secundae monadis *(= der Zehnerstufe)* implet auxilium. Haec primi versus numerorum regulas analogias *(sine* que *codd. Eyssenhardtiani)* perfectiones et imperfecta concludis *sqq.* 22 *cf. Boetius instit. arithm. I 10 (p. 21 sqq. F), praesertim p. 22, 4. 23.* 23 *Boetius p. 93, 17* tertii vero *(sc. trianguli; supple* actu et opere *ex p. 93, 11. 15)* id est denarii, quaternarius latus continet *cum figura numeri X p. 92.* 25 *Porfyrius Optatianus p. 60 M. in organi figurati descriptione* et inde singuli per ordinem, incrementis singularum litterarum. 29 *Decimi versus litterae sunt XXXVI, primi XXVII: XXXVI autem ad XXVII (i. e. IV ad III) proportio est sesquitertia (i. e. diatessaron); differentia IX. Noni versus litterae sunt XXXV, secundi XXVIII: XXXV autem ad XXVIII (i. e. V ad IV) proportio est sesquiquarta; differentia VII. In ceteris versibus XXXIV ad XXIX, XXXIII ad XXX, XXXII ad XXXI sunt numeri superparticulares. Quod autem omnes versus praeter sextum (XXXII = 2^5) numeros impariter paris naturae habere dicit, errat manifesto: nam XXX (= 15. 2^1) et XXXIV (= 17. 2^1) sunt pariter impares, XXXIII (= 3. 11) secundus et compositus, denique XXIX et XXXI primi et incompositi ('Primzahlen'). Erravit igitur Vulgarius; neque vero de corrigendis codicis verbis cogitandum est.* 31 *Boetius p. 152 sqq. exponit de progressionibus harmonicis III. IV. VI et II. III. VI, p. 170, 22 sqq. de progressione VI. VIII. IX. XII.* 42 supra scripta forma: *sc. decachordi.*

XXXVIII.

Roma caput mundi, rerum suprema potestas,
Terrarum terror, fulmen quod fulminat orbem,
Regnorum cultus, bellorum vivida virtus,
Immortale decus solum, haec urbs super omnes.
Sergius, ecce, polos magnus qui vertice pulsat,
Dignus apostolicus divino munere lectus,
Mistice qui factus conformis imagine divûm
Aurea priscorum reparat nunc secla virorum,
Scipiades claros, Fabios gentemque togatam,
Fasces et curules, anulos ac paludamenta,
Palmatas tunicas, trabeam falerasque nitentes,
Imperium renovat heroum numenque priorum.
Quocirca 'tantus vivat per secula praesul
Pontificum primas, antistes summus et unus'
Assiduis precibus dominus poscatur ab alto.

[XXXIX.

Rhythmum ab H. Bloch (N. A. XXII p. 114 sq.) accuratissime editum propter temporum rationes hoc loco exclusi.]

XXXVIII 5 cui *B: corr. Duemmler* 9 Scipidæs claros fabios fabios *B: corr. Duemmler (cf. Ribbeck ad Verg. Aen. VI 843)* 10 et *del. Duemmler; sed metri offensio vix minor est in paludamentis quam in curulibus, neque sciri potest, quomodo* curules *acceptum voluerit Vulgarius* (curules fasces? curules anulos? curules *sc. sellas?)* paludamenta *(extr. litt. in ras.) B*

XXXVIII 2 *cf. 4, 1, 2.* 3 *Verg. Aen. XI 386* vivida virtus. 5 *cf. Hor. carm. I 1, 36* sublimi feriam sidera vertice. 7 *i. e. imagini (cf. Traube, Karol. Dicht. p. 28[1]) divorum conformis.* 14 *cf. 16, 4.*

APPENDIX.

Vulgarium sequuntur carmina minora eiusdem aetatis et regionis: nam in cod. Casin. 439[1] *saec. X (= C), qui appendicis carmina I—III continet, extremo loco legitur Vulgarii carmen 17; notique sunt ex causa Formosiana Guiselgardus grammaticus*[2] *et Athanasius III episcopus sedis Neapolitanae*[3]. *Ignoti sunt Petrus subdiaconus, Sergius praefectus, Eusebius reclausus; sed aetas eorum ex Guiselgardi et Athanasii aequalitate cognoscitur.*

Quarto loco receptum est carmen Neapolitanum a Capasso[4] *editum.*

Exclusi versus[5] *in miraculis s. Agrippini obvios, quos edere non poteram nisi toto fere libello recepto.*

I.

VERSUS PETRI GRAMMATICI.

1[A].

Rex deus ille magnus, qui vos in tanto culmen erexit,
Vos salvet semper suoque iungat ad regno,
In quo consistit sanctorum summa caterva.

1[B].

Perfice, quod posco (per Christum quaeso), benigne...
Nunc rogo, magne pater, poscenti suscipe vota...

1[C].

Altithronus deus, qui regat intima vestra,
Noxam relaxet vobis (per Christum rogo) benigne,
Ut cunctorum rex relaxet vobis facinora vestra
Detque vobis semper cum sanctis omnibus perpetuam vitam,
Quod pollicitus est cunctis fidelibus suis,
Concedat et regnum, in quo sine fine regnetis,
Donetque vobis partem cum sanctissima virgo Maria.

I 1 *tres partes distinxi, quarum prima et tertia epistolia sunt integra, illud ad ducem aliquem vel episcopum nuper electum (v. 1) cui gratulatur poeta, hoc eidem fortasse directum sed tempore aliquanto post electionem intermisso; v. 4. 5 vitiis metricis carentes eiusdem poetae esse non posse certum* 5 *fort.* poscentis v. 10 *fort. post v.* 11 *ponendus*

1) *Cf. Spicil. Casin. p. LXXXV; mihi iterum inspexit domnus Amelli.* 2) *Duemmler (Auxilius und Vulgarius p. 105) edidit Rodelgrimi exigui presbyteri et monachi monasterii s. Modesti et Guiselgardi ultimi Beneventanae sedis diaconi epistolam. Nescio an Guiselgardus grammaticus (non recte 'Petro i. e. Guiselgardo' Amelli p. 407*) saeculum reliquerit; rarius enim nomen est quam ut idem duobus eiusdem aetatis hominibus litteratis fuisse videatur.* 3) *Cf. p. 406 adn. 10.* 4) *Monumenta ad Neapolitani ducatus historiam pertinentia I (Neapoli 1881) p. 22*[5] *(ex codice recenti Neapolitano, bibl. Nazionale IX C 33 = N); mihi denuo contulit Otto Cartellieri.* 5) *Ed. Waitz SS. rer. Langob. p. 463 sqq., Capasso p. 112 sqq.*

I 1[c] 12 *formula usus esse videtur nominativa vel vocativa.*

II.

Angelica plaudens exultet turba polorum,
Mistica dona, simul laudando cunctipotentem,
Intonet hac salpinx pro Christi valde triumphis:
Ecclesia placide, cunctorum mater opima,
Vocibus egregiis polorum sancta resultet,
Dicendo Christo regi per cuncta potenti:
'Gloria, Christe, tibi, rex regum, celsa potestas,
Qui celis veniens in sacre virginis alvo
Per sanctam mortem purgasti crimina mundi,
Cetibus angelicis iunxisti terrea regna;
Gloria, Christe, tibi, salvator, gloria semper'.

III.

Morte sua Christus destruxit Tartara victor
Sustulit inde pius Adam cum coniuge cara. —
Hoc crucis auxilio salvantur rite fideles,
Hoc tibi magna salus, qui vitam sumis in undis. —
Currite christicole; baptismi sumite donum,
Quo pereunt scelera et reparantur gaudia vite. —
Christe, salus mundi, per tristia mortis amara
Gaudia sancta tuis reparasti a Morte perempta.
Qui in te confidit, mortem non sentiet umquam.

IV.

Excipe dignanter, Sergi praefecte, beati
Gregorii vitam luculento themate comptam,
Nathinneus obans Petrus quam transtulit apte
Ex Danahis scriptis linguis retdendo Latinis.
Presul Athanasius hoc iussit promere digne,
Parthenopense decus, placidus qui trinus habetur,
Ductus amore tuo germano nectare farmis.

III 7 *fort.* amarae   IV 1 beate *C: correxi*   3 *i. e.* ovans   6 que *C: correxi*   7 *fort.* fartus

II *in natale domini.*   3 *i. e. ac.*   4 *sancta ecclesia resultet ('halle wieder von . .') vocibus egregiis polorum (i. e. turbae angelicae, cf. v. 1).*   8 *i. e. de caelis; cf. Eugenii Vulgarii carm. 36, 28.*   III *videtur ob v. 5 inscriptio esse baptisterii, qualem in Anthologia latina n. 378 (I 1 p. 290 R*[2]*.) recte agnoverunt ΦM (Rhein. Mus. XIX p. 474), W. Fröhner (krit. Anal. § 71, Philologus Suppl. V 1 p. 69), I. B. de Rossi (inscr. christ. urbis Romae II p. 240), etsi is, qui novissime anthologiam Salmasianam edidit, nullam harum commentationum novit.*   4 vitam *aeternam.*   8 *'hast zurückgebracht'.*   IV 3 *cf. Capasso p. 320* Petrus quoque vocaris nathinneo redimitus honore; *glossam* ypodiacones grece, latine subdiacones, idem hebraice natinnei *ex ipso hoc codice Casin. 439 affert Amelli.*

II.

COMMENDATIO DOMNI GUISELGARDI GRAMMATICI.

Opto, tibi maneam praesens, dum sistis ad aram,
Ne scelerum moles baratri me mergat in himum,
Ne socium teneat me vetus ille draco. Domne Eusebi.

III.

I.

Suscipe, Eusebi, Siponti clara lucerna,
Quod toto mandat devota mente sacerdos.
Non valui pauper transmittere digna placendo
Nec tanto patri letas deferre salutes;
Sed quia te scimus conspicere omnia recte,
Et gratis cunctis largiris dogmata sancta,
Non ti⟨bi⟩ me totum dubito prosternere supplex,
Dextera sancta tua quo protegat intima nostra
Et tenebris pulsis ducat ad limina lucis.

II^A.

Quidquid mihi placidum dignumque benignum
Per te, clare, datur, Petre, magne sacerdos,
Grates non valeo dignas deferre misellus;
Grates pro nobis referat theo⟨to⟩ce Maria,
Patrona insignis, sub cuius templa coruscas.
Quod valui, hoc misi devotus corpore mente;
Tu venerande, precor, pro magnis suscipe parva,
Ut Christus quondam, rex clemens, aera minuta
. . . .

II^B.

. . . .
Suppliciter semper deposco cunctipotentem,
Ducat et ad polici sanctissima gaudia regni;
Et quia sum famulus, nec Tantalus atrox,
Non mihi sis Midas nec Prognes pabula prestes,
Gaudia sed Christi et veneranda dogma reclausi.

II 1 maneam: praesens *Amelli: distinxi ('supplica pro me')* 2 *sic C (teste Amelli a. 1896)*
III I 2 toto] *fort.* domno *(nam* tota *displicet)* 5 conspicere _ _ ◡ ◡ *(cf. I 10) cum hiatu (cf. v. 1) toleraverim* 7 time *C: corr. Amelli* II^A 1 *fort.* Quidque; *pentametri sunt v. 2 (an* domini, Petre, magne sacerdos? *cf. IV 3). 11 (an* supplex sum?*)* 4 uobis *C: correxi* theoce *C: corr. Amelli; cf. IV 1 post v.* 8 *defectum statui* (reclausus *enim v. 13 Eusebius est).* II^B 11 tanta lux *C: correxi* 12 Non *sic C* 13 *fort.* uenerandi *(cf.* II^A 7 III 2*) vel* venerandum

II *metrum hoc ab Godefrido Viterbiensi adhibetur.* 1 *cf. III III 1.*
III II^A 5 *ecclesiam s. Mariae Neapolitanam dicit (*Parthenopolis *i. e. Neapolis).* 8 *Luc. ev. 21, 2.* II^B 11 *debebat potius: 'ne facias me Tantalum (Ovid. met. IV 458) vel Midam (ib. XI 119 sqq.) nec mihi cibum des scelestum ut Progne Tereo (ib. VI 647 sqq.)'.*

III.

Orgia dum celebras, sacras persistis ad aras,
Sis memor (oro) mei, o venerande pater.

IV.

supra edidi inter Eugenii Vulgarii carmina num. 17.


IV.

Excipe, Christe potens, Theotoce et virgo Maria
Hoc opus egregium, quod praebet mente fideli
Stephanus insignis domini mitisque sacerdos,
Scilicet . . . . miracula sancta,
Agnellus sanctus quae gessit munere divo,
Optime monstrando, quantum valet optio Christi.
Illius ad templum qui currunt pectore puro,
Commoda percipiunt, pellunt incommoda porro,
Qualiter vexatos ac morbo valde tumentes
Concite curavit salubri virtute tonantis,
Solvit energumenos paralysi peste revinctos,
Dissolvens ora . . . . . vincta cathena,
Munera cuncta dei cunctis saluberrima praebens;
Quicquid amans deum quaesivit, habendo recepit.
Hinc ego posco Petrus, studui qui haec pandere facta
Ductus amore tuo, Christi confessor amande,
Quo pius exposcas veniam pulsando tonantem,
Crimine quo caream, delicti pondere laevo,
Et mihi post mortem vel ultima portio detur.

IV 1 Christe potens *ex corr. N* 12 *fort.* iamdudum vincta catena *(i. e. muta)* 13 Munera *scripsi:* Muner *extrema littera prorsus oblitterata N (teste Cartellieri);* Munere *Capasso* 14 amando *Capasso; an* dominum? 15 ergo *(vel* cogo*) N: corr. Capasso* 17 pie *(sic) N: corr. Capasso*

III 1 *cf. II 1.*

IV 1 *cf. III* 2^a, *4.* 5 *de Petro archiep. Neapol. (ex. saec. XI, Cap. p. 231)* munere divo. 6 *Christum optasse pro mundo.* 7 *cf. I 3, 5.* 9 morbo tumentes *hydropico.* 18 laevo *i. e. nocuo.* 19 *licet ultima portio, dum ne prorsus negetur.*



CODEX PARISINUS 13833.

ABBO II 481—498.

Alb. Frisch, Berlin, reprod.